
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
35 H
17
ROMA

AVTHORITAS GERMANI PHILALETHIS EVPISTINI (Jacobi Platelii S.J.)

CONTRA PRÆMOTIONES PHYSICAS
Pro Scientiâ Mediâ.

EXAVTHORATA




PRO PRÆMOTIONIBVS PHYSICIS.
Contra Scientiam Mediam.

PER

R. P. F. PAVLUM FASSEAU
Ordinis F F. Præd. S. Theolog Licentiatum ac Studij Generalis Collegij S. Thomæ Aquinatis Duaci Professorem.

DUACI,
Typis BALTAZARIS BELLERI,
Anno 1670.
CVM APPROBATIONE.




EXIMIO AC REVERENDO ADMODVM Dno. D. FRANCISCO DE BETHENCOVRT

S. THEOLOGIÆ DOCTORI

S. ORDINIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS IN BELGIO PROUINCIALI MERITISSIMO AC CONUENTVS DUACENI MINISTRO DIGNISSIMO.

EXIMIE AC REVERENDE ADMODVM DOMINE



CALAMO aggredior, quod pridem voce prælibasti; & præmotionis canos propugno, quos ex pulpitis & Cathedris cum omnium applausu dudum solidè æquè ac generosè defensasti: vt proindè in re, quam tracto, mutua nobis sit necessitudo; ex quâ & eâ, quâ me dignaris, amicitiâ tuâ, audet exiguum hoc opusculum patrocinium tuum præstolari, quod & à Natalium tuorum splendore, & sapientiæ tuæ corusco expectat. Antiqua enim sunt Majorum tuorum Gentilitia stemmata, quæ à trecentis & amplius an-

nis Illustriora Nobilium Capitula meritò occuparunt; quæ etsi gestiat animus percurrere, id prohibet tum Scholastica, quam tracto, materia; tum fœlix tua optio, quâ eis posthabitis Christo humili per Religionis votum adhęsisti; vt tibi vndequaque dicere liceat ex S. August. Ep. 143. *Corporalis Nobilitas atque opulentia tuorum intelligitur esse, non tua.* Tua autem est præclara illa sapientia, quam ex congenitâ ingenij subtilitate, labore, & studio tibiipsi comparasti. Tua sunt ea trophæa quæ in omnium doctorum animis erexisti, dum in Celeberrimo ac planè Thomistico Collegio Regio Duaceno Philosophiá ad genuinam D. Th. mentem publicè prælegebas, præmotiones physicas ex D. Th. statuebas solidè, tuebaris invictè, & dilucidè enucleabas. Tua est Laurea Doctoralis, quam in hâc Celeberrimâ Universitate cum omnium applausu reportasti. Tua sunt denique ea omnia merita, quæ ad S. Ordinis tui in Belgio Provincialatum te evexerunt ad majora Natum. Hæc est Tua Nobilitas, non Tuorum, cujus patrocinium ambit meritis Tuis impar hoc opusculum, sed sincerioris affectus munusculum; quo æternum maneo.

Ex. ac Reverendę Adm. Dominationis tuæ.

Obsequiosus & humilis servus,
F. PAVLVS FASSEAV.
Ord. FF. Prædicat.

Duaci 17. Iulij 1670.

Facultas Ex. ac R. Adm. P. Provincialis.

NOS F. Godefridus Marcquis S.T. Magister; ac Sacri Ordinis FF. Prædicatorum per Germaniam inferiorem Prior Provincialis ac servus, Facultatem facimus Reverendo Patri P.F. PAULO FASSEAU S.T.L, ac studij nostri Duaceni, &c, emittendi in Lucem libellum quemdam à se compositum in defensionem Scholæ nostræ Thomisticæ sub titulo *Authoritas Germani Philalethis*, &c. *Exauthorata*, &c. Requirentes tamen prius, præter approbationem Censoris Ecclesiastici, approbationem admodum RR. PP F. Angeli Hennotelle S.T. Magistri, ac Conventus Sanctæ Crucis Prioris, nec non F. Hieronymi Henneguier S. T. L. ac Studij Præfati Regentis Primarij, quibus examen & censuram ejusdem Libelli committimus Datum Antuerpiæ in nostro Sancti Pauli Conventu FF. Sacri Ordinis Prædicatorum die 7. Martij 1670.

F. Godefridus Marcquis Provincialis,

Approbatio Ordinarij.

VIDI Librum inscriptum *Authoritas Germani Philalethis Eupistini*, &c. *Exauthorata*, in quo nihil moribus, aut fidei contrarium reperi; sed maximè eum vtilem judicavi ad rei veritatem, quæ nuper Personata visa est, vindicandam; Proinde Lucem videat. Datum Duaci die 18. Aprilis 1670.

N. I. De la Verdure Sacræ Theol. Doctor & Professor Regius & Ordinarius.

APPRO

APPROBATIO.

EX commiſſione Ex ac R. Adm. Patris Godefridi Marcquis S Theol. Magiſtri Ord. F F, Præd Per Inferiorem Germaniam Provincialis, vidimus, & accuratè legimus Librum R.P. Pauli Faſſeau S. Theol. Licentiati, & Studij noſtri Generalis Duaci Regentis ſecundarij, ſub titulo, *Authoritas Germani Philalethis Eupiſtini exauthorata*. In quo nihil fidei, aut bonis moribus contrarium reperimus, ſed ſummum in eo authoris ſtudium, ac in conquirendis legendiſque Auctoribus Laborem ſuſpeximus; dignumque judicavimus qui Lucem videat, vt ipſo Prodeunte diſſipentur falſitatum tenebræ, quas ſub fictitio veritatis nomine antiquæ S. Thomæ & Diſcipulorum ipſius de concurſu Prævio Doctrinæ offundere nitebatur Germanus Philalethes Eupiſtinus. Datum Duaci 20. Aprilis anno 1670.

F. Angelus Hennotelle S. Theol. Doctor Conventus Sanctæ Crucis Prior.

F. Hieronymus Henneguier S. Theol Licentiatus Studij S. Thomæ Aquin. Duaci Regens Primarius.

Approbatio Theologorum Uedaſtinorum.

NOS infra ſignati Collegij Uedaſtini S. Theol. Profeſſores publici in Almâ Vniverſitate Duacenâ legimus librum inſcriptum: *Authoritas Germani Philalethis Eupiſtini contra præmotiones Phyſicas pro Scientiâ Mediâ exauthorata*, &c. *Per R.P. Paulum Faſſeau* S. *Theolog. Profeſſorem in Collegio S. Thomæ Aquinatis*, in quo Author inſigni, quo pollet judicij acumine ita nervosè ea retundit, quæ nuperus ſcriptor ſub aſſumptâ laruâ Germani Philalethis Eupiſtini contra decreta Dei per ſe efficaciâ toties ab Auguſtino explicata & propugnata, & vim ipſorum effectivam Præmotionem Phyſicam ex antiquis deprompſiſſe videri volebat, quibus expetitam antiquitatis notam Prædeterminationibus ereptam ſcientiæ ſuæ Mediæ, novello Molinæ Partui adſtrueret: vt, conatus hominis planè irritos in hujus libri decurſu facilè quivis percipiat. Vndè opus

prelo

prælo dignum, & sinceræ veritatis amatoribus gratissimum fore censemus. Datum Duaci in Collegio Vedastino 16. Iulij 1670.

D Petrus Lestrelin Religiosus Monasterij S. Vedasti S.Theol.Professor.

D.Gislenus de la Ruë Theol.emeritus Professor & S.Vedasti Religiosus.

D.Philippus Albertus Desprez Religiosus S.Vedasti S.Theol.Professor.

D.Antonius Chasse Religiosus Monasterij S. Vedasti Atrobatensis Ord.S.Benedicti S.Theol.Professor.

Approbatio R.P.Jacobi Thorentier S. Cong. Oratorij D.Iesu S. Theol. Professoris, ac Concionatoris Facundissimi.

AGnosco fontem in rivulo, solem in radio conspicio, veneror in discipulo Magistrum. Doctorem nempè Angelicum fontem Sacræ sapientiæ ac Theologorum omnium solem. Sicut enim Beati Augustini fidelissimus interpres ab omnibus retro sæculis dictus & habitus est Divus Thomas: ita Authorem hujus operis fidelissimum Divi Thomę Interpretem, ejusque Doctrinæ Propugnatorem acerrimum maximâ cum Laude se præstare nemini dubium esse debet. Quare si edatur in Lucem genuinus Scholæ Thomisticæ foetus, non parum emolumenti, rei Theologicæ accessurum esse existimo, testorque. Datum Duaci sexto decimo calendas Augusti anno millesimo sexcentesimo septuagesimo.

I. T. S. C. O. D. I. S. T. P.

Approbatio S.Theol. Professorum S.Ord. Eremitarum D. P. Augustini.

HIC liber quatenus medicinalis gratiæ. Christi efficacissimas vires, ex æquo & vero sic extollit, vt ejusdem in gra-

tuitæ

tuitæ Prædestinationis beneficio, necessitatem adstruat, aliundè verò scientiæ Mediæ, quam pro novitate deprimit, superfluitatem vel exindè evincit, quod hodierno lapsi hominis statui, nihil congruat, nedum prosit; in sincerum Augustinianæ Doctrinæ sensum & partes transit: eò vel maximè quod ex antiquo Magni Patris Augustini veriloquio: certum sit nos facere cum facimus, sed ille (Deus) facit vt faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati: & amentia sit, si in donis ejus, nos priores faciamus posteriorem ipsum quoniam misericordia ejus præveniet me, &c.

F. Antonius Douché S. Theol. Professor & studij Augustiniani Duaci Regens.

F. Christophorus de L'Abbalettrié S. Theol. Professor August. &c.

Datum in S. Aug. Duaci 16. Iulij 1670.

Approbatio Theologorum S. Ordinis Carmelitarum.

VEnerandam Antiquorum senectam in hoc libro viuidâ pubertate reflorescere, diffitebitur nemo, nisi de eorum numero sit, *qui* (teste Cassidoro l. Inst. c. 11) *putant esse laudabile, si quid contra antiquos sapiant, & aliquid novi, vt periti inveniantur, inveniant. Non enim* (inquit Damianus tom. 1. l. 5. Ep. 18) *jam licet vltimis Ecclesiæ membris, quod sibi potissimum videtur, eligere, sed necesse est antiquitus ordinata servare.* Cum igitur hic liber ostendat primatũ Dei in actionibus causarũ secundarũ à tot Veteranis Doctoribus sine omni præmotione, nõ fuisse defensũ, benè libertatẽ humanã, sine recursu ad Scientiã Mediã, Patribus antiquis (fatẽte ejus nõ antiquo Inventore) ignotam; hinc est quod vetustatis amantes magis quàm novitatis, in hâc tam gravi de libertate controversiâ; in quâ Augustinus sine armis prædictæ scientiæ de Pelagianis triumphavit, hunc librum pro antiquitate pugnantem luce dignum judicemus Datum Duaci in Conventu S. Iosephi Carmelitarum Reformatorum 16. Iulij 1670.

F. Romanus à S. Philippo Carmeli Duaceni humilis Prior, anteà S. Theol. Lector.

F. Gregorius à S. Martino S. Theol. Lector.

Approbatio

Approbatio Lectorum Collegij Duaceni Carmelitarum Excalceatorum.

LEgimus Librum, cui titulus est, *Authoritas Germani Philalethis*, &c. *Exauth.* &c. Nihil sanæ fidei, nihil bonis moribus habet adversũ. Verum aucthoritatem Scientiæ mediæ verè exaucthoravit, dum omnes antiquos pro eâ falsò citari evidenter ostendit. Hinc mirari desinent Cordati conversionem Philalethis, quâ ex *Nominali*, meliora sapiens, fecit se *Realem* veritatis Amatorem. Quare librum dicto prælo dignum censemus, & realibus veritatis Amatoribus fore perjucundum. Datum in Collegio nostro Duaceno 17 Iulij 1670.

F. Carolus ab Assũptione Definitor Provincialis & S. Theol. Prælector.

F. Dominicus à S. Mariâ S. Theol. Prælector.


Approbatio R. Adm. P. F. Matthæi Doyen S. Ord. FF. Min. Ex Provincialis, Diffinitoris, & S. Theol. Professoris.

HOC opus, cui titulum dedit Auctor. *Authoritas*, &c *Pro Scientiâ Mediâ Exautho.* &c *contra scientiam Mediam*, tantùm abest vt aliquid fidei aut Sacræ Doctrinæ dissonum contineat, quin potius sibi oppositas authoritates funditus evertat, & proprijs telis adversarium confodiat, & armis ab ipsomet mutuatis profliget. Prodeat igitur in Lucem, & Cordatorum Theologorum oculis aperto vultu & revelatâ facie pateat verus hic Germanus Philalethes Eupistinus, quam nomenclaturam Larvatus alter sibi vltro assumpsit. Sic censeo in hoc Conventu Duacensi Ordinis Fratrum Minimorum. Hâc die 17. Iulij 1670.

F. Matthæus Doyen ejusdem Ord Theol. Professor.

LECTORI

LECTORI AMICO

OE TVM *ſuum quantumvis deformem amant parentes, & quos ab eis non poſſunt nævos exſtergere, vel vt gloriæ notas commendant, vel tandem fucare ſatagunt, vt ſi ſpecies exterorum animos ſibi non conciliet, ſaltem non terreat. Scientiam mediam genuit Molinæ aut Fonſecæ ingenium ad novos partus non infœcundum. Huic proli in cunis vix ſpecies, illamque à ſe velut maſſam genitam, calamo, vt Vrſi linguâ, Molinam & Suarium efformaſſe congaudet Fonſeca lib. 6. Metaph. q. 2. ſect. 5. Et manet proles gratiſſima, quamvis Molina eius novitatem agnoſcat, fateaturque SS. Auguſtino & Thomæ contrariam: imò Novitatis nævum in eâ commendat vt gloriæ notam, & de hoc gloriatur, potiuſque SS. Aug. & Th. lippitudinem quam prolis deformitatem accuſat. Verum cum has gloriæ notas non agnoſcant docti, novitatemque horreant, eam tandem fucare moliuntur Molinæ poſteri, & in Iuuenculâ necdum nubili pigmentis ſuis conantur novitatem adumbrare, imo & rugas ſubducere: non tamen ſine facti verecundiâ ſed clanculum, celato nomine, imò ementito, vt copioſè habes inf. n. 282. Quo vno tamen Cordatus quiſque dicet:* Erubuerunt ſalva res eſt.

Recenter & nuperrimè quidam etiam ſuum protulit pigmentum, ſeu libellum hîc impreſſum hoc titulo: Authoritas contra prædeterminationem phyſicam pro ſcientiâ mediâ, cum brevi hiſtoriâ complectente ortum, pugnas & palmas ejuſdem

dem scientiæ mediæ, *&c.* Authore Germano Philalethe Eupistino. *Author ille nominis lucem etiam erubuit, quam ex tot falsitatum tenebris non poterat sperare: Conatur non solùm scientiæ mediæ novitatem detergere, sed & eam ipsam in præmotionem physicam ætate gravem & antiquam reiicere. Putat se officiosum in Molinam reluctantem dum scientiam mediam vult nec esse novam, nec Molinæ prolem. Præmotioni autem novum parentem fingit Bannesium; ei surripit fautores Iesuitas; contra eius canos statuit Scriptores ante & post Controversiam de auxilijs claros: opponit agmen Dominicanorum; jactat S. Thomam Ducem esse Molinistarum, non Thomistarum; canit Vniversitatum erga Scientiam mediam favores, & Molinæ victorias. Sed licet cantus iste adolescentes, aut indoctos possit fallere, & apud eos suavitatem sapere; apud doctos statim irregularis apparet, nec aliâ lege quàm cantantis beneplacito regulatus. Ex hoc postremo statueram ego calamum meum solidioribus reservare, nec honorare Philalethem responso; attamen mutavi consilium, vrgentibus hujus Almæ Vniversitatis Duacenæ (quæ hîc interesse etiam habet) Amicis, tum etiam vrgentibus ipsis adversarijs qui statim in resolutione Controversiæ postea editæ ad pugnam denuo irritabant; aliàs ex silentio nostro vel novas victorias cantaturi, vel insolentiores futuri hâc in parte. An autem amicorum votis fecerim satis, judex esto. Reor tamen quod si Philalethes realiter veritatem amet, his lectis folium vertet, & præmotionis venerabiles canos, agnitâ scientiæ mediæ novitate, suavius, & verius decantabit; ac palmas quas scientiæ mediæ vsurparat, præmotioni vt legitimæ Victrici restituet.*

INDEX

INDEX CAPITUM ET SECTIONUM

Quæ continentur in hoc opere.

CAPUT I. pag. 1.

Sect. I. QUID *sit prædeterminatio?* 2.

Sect. II. *Impostura Molinistarum.* 9.

Sect. III. *Intercipiuntur adversariorũ glossæ (ad antiquos sibi conciliandos inventæ teste Tannero sup.) illius propositionis Antiquis scriptoribus usitatissimæ: scilicet Deus movet causas secundas ad agendum.* 16.

Sect. IV. *An Bannez sit inventor prædeterminationis physicæ?* 22.

Sect. V. *An è contra scientia media sit nova, & à Iesuitis inventa?* 26.

Sect. VI. *Brevis nomenclatura Germani Philalethis Eupistini.* 37.

CAPUT II.

PARS I. *An aliqui Iesuitæ præmotionem doceant?* 40.

An

Sect. I. *An Bellarminus non adulteratus faveat præmotioni?* ibid.
Sect. II. *Ostenditur Toletum docere præmotionem.* 64.
Sect. III. *An Pererius doceat præmotionem?* 72.
Sect. IV. *Vtrum Azorius præmotionem doceat?* 80.
Sect. V. *Vtrum Henricus Henriquez præmotionem doceat?* 93.
Brevis Apologia pro P. Henriquez contra Philal. 100.
Sect. VJ. *An Ferdinandus Bastida è Societate egressus suique juris factus, scientiam mediam, quam Romæ pro Societate propugnarat, deseruerit, & ad castra nostra transierit?* 109.
Sect. VIJ. *An P. Michael Marcos præmotiones docuerit?* 113.
Sect. VIII. *Vtrum Salmeron S. Ignatij Loiolæ Socius præmotionem doceat?* 115.
Sect. IX. *An Cosmus Alamannius præmotionem doceat?* 123.
Sect. X. *An Costerus præmotionem doceat?* 127.
Sect. XI. *An Canisius præmotionem doceat?* 130.
Sect. XII. *Hieronymus Torrensis præmotionem docet.* 131.
Sect. XIIJ. *Ludovicus à Ponte præmotionem docet.* 133.
Sect. XIV. *Claudius Typhanius docet præmotionem.* 137.
Sect. XV. *P. Heruuart à Caramuële Thomistis accensetur.* 138.
Sect. XVJ. *Alij Iesuitæ sine numero docuerunt præmotiones physicas.* 139.

CAP. IJ.

PARS IJ. *Expenditur an Aliqui Jesuitæ præmotioni adversi fateantur illam esse de mente D. Thomæ.* 142.

Sect. J. *Vtrum Molina ipse fateatur;* ibid.

Sect. IJ. *Vtrum PP. Conimbricenses fateantur?* 145.

Sect. IIJ. *Tannerus idem fatetur.* 148.

Sect. IV. *Plures alij Molinistæ idem censent.* 149.

Sect. V. *An tota Societas Jesu idem fateatur in lib. de ratione studiorum?* 151.

CAPUT IIJ.

Examinatur concessio aliquorum Authorum contra præmotionem, ab aliquibus Thomistis facta. 153.

CAPVT IV.

Expenduntur Authores à Philalethe §. III. contra præmotionem adducti. 157.

PARS I. *Ostenditur illos, qui ante controversiam de auxilijs scripserunt, malè à Philalethe contra præmotionem adduci.* ibid.

Sect. I. *Utrum Altisiodorensis præmotioni adversetur?* ibid.

Sect. IJ. *Utrum Henricus à Gandauo præmotionem reijciat?* 161.

Vtrum

Sect. IIJ. *Vtrum Abulensis præmotionem reijciat?* 165.

Sect. IV. *Vtrum Gabriël præmotionem oppugnet?* 168.

Sect. V. *Utrum Marsilius præmotioni sit contrarius?* 173.

Sect. VJ. *Vtrum Major præmotionem reijciat?* 179.

Sect. VII. *Vtrum Ruardus Tapper art. 7. de lib. arb. præmotioni adversetur?* 181.

Sect. VIIJ. *Vtrum Driedo præmotionem doceat?* 188.

Sect. IX. *Vtrum Franciscus Belcarius, Joan. Arboreus, Stapletonus, & Franciscus Vellosius præmotioni dissentiant?* 198.

Sect. X. *An Cunerus præmotioni adversetur?* 202

Sect. XJ. *Vtrum Joan. de Bononiâ præmotioni adversetur?* 208.

CAP. IV.

PARS IJ. *Ostenditur Regulares, qui ante controversiam de auxilijs scripserunt, malè à Philal. contra præmotionem adduci.* 214.

Sect. I. *Vtrum Dionysius Cisterciensis præmotionem reijciat?* ibid.

Sect. II. *An Dionysius Carthusianus præmotione rejectâ Molinæ principijs adhæreat?* 220.

Sect. IIJ. *Utrum Argentinas præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 226.

Sect. IV. *Utrum Greg. Ariminensis præmotioni adversetur?* 229.

Vtrum

Sect. V. *Vtrum Arragon præmotioni adversetur?* 234.

Sect. VI. *Vtrum Alensis prædeterminationem reijciat?* 238.

Sect. VII. *An S. Bonaventura præmotioni adversetur?* 242.

Sect. VIIJ. *Vtrum Aureol. præmotionem reijciat?* 247.

Sect. IX. *Vtrum Ocham & Delphinus adversentur præmotioni?* 249.

Sect. X. *Vtrum Anton. Corduba præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 252.

Sect. XJ. *Vtrum Scotus præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 261.

Sect. XIJ *An Waldensis præmotionem reijciat?* 266.

Sect. XIII. *Utrum* Bachonius *præmotionem nolit?* 273.

CAPUT V.

Expenduntur Authores qui post Controversiam de Auxilijs scripserunt, à Philalethe contra præmotionem adducti. 277.

CAPUT VJ.

Vtrum Dominicani aliqui contrarientur physicis præmotionibus? 298.

Sect. I. *Vtrum* B. *Albertus Magnus, Vdalricus, & Durandus, præmotioni adversentur?* ibid.

Sect. II. *Vtrum S. Antoninus præmotioni adversetur?* 303.

Sect. IIJ. *Cajetanus præmotionem docet.* 309.
Sect. IV. *Ferrariensis præmotionem docet.* 326.
Sect. V. *Vtrum Capreolus præmotionem reijciat, & Molinistis consentiat?* 338.
Sect. VI. *Vtrum Conradus præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 353.
Sect. VII. *Soncinas præmotionem docet.* 361.
Sect. VIII. *Vtrum Holkot, & Raynerus præmotione rejectâ Molinæ consentiant?* 365.
Sect. IX. *Soto præmotionem docet.* 371.
Sect. X. *Examinantur quæ de aliquot Dominicanis dicit Philalethes à n. 57. ad n. 62.* 385.
Sect. XI. *Examinatur Philalethes à num. 62. ad num. 67.* 396.
Sect. XII. *Vtrum Aravius præmotionem physicam reijciat?* 402.
Sect. XIII. *Vtrum Reverendissimus P. Turcus prædeterminationes rejecerit?* 408.
Sect. XIV. *Examinatur Philalethes à num. 69. ad num. 71.* 413.

CAPUT VII.

Examinatur quâ ratione Authores aliqui præmotionem reijciant, vt D. Th. contrariam. 416.

Sect. I. *Vtrum Societatis Jesu Scriptores præmotionem vt D. Th. contrariam reijciant?* ibid.
Sect. IJ. *Examinantur quæ habet Philalethes ibid. §. 2.* 427.

CAP.

Sect. V. *Vtrum Arragon præmotioni adversetur?* 234.
Sect. VI. *Vtrum Alensis prædeterminationem reijciat?* 238.
Sect. VII. *An S. Bonaventura præmotioni adversetur?* 242.
Sect. VIIJ. *Vtrum Aureol. præmotionem reijciat?* 247.
Sect. IX. *Vtrum Ocham & Delphinus adversentur præmotioni?* 249.
Sect. X. *Vtrum Anton. Corduba præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 252.
Sect. XJ. *Vtrum Scotus præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 261.
Sect. XIJ. *An Waldensis præmotionem reijciat?* 266.
Sect. XIII. *Utrum Bachonius præmotionem nolit?* 273.

CAPUT V.

Expenduntur Authores qui post Controversiam de Auxilijs scripserunt, à Philalethe contra præmotionem adducti. 277.

CAPUT VJ.

Vtrum Dominicani aliqui contrarientur physicis præmotionibus? 298.

Sect. I. *Vtrum B. Albertus Magnus, Vdalricus, & Durandus, præmotioni adversentur?* ibid.
Sect. II. *Vtrum S. Antoninus præmotioni adversetur?* 303.

Sect. IIJ. *Cajetanus præmotionem docet.* 309.
Sect. IV. *Ferrariensis præmotionem docet.* 326.
Sect. V. *Vtrum Capreolus præmotionem reijciat, & Molinistis consentiat?* 338.
Sect. VI. *Vtrum Conradus præmotione rejectâ Molinæ consentiat?* 353.
Sect. VII. *Soncinas præmotionem docet.* 361.
Sect. VIII. *Vtrum Holkot, & Raynerus præmotione rejectâ Molinæ consentiant?* 365.
Sect. IX. *Soto præmotionem docet.* 371.
Sect. X. *Examinantur quæ de aliquot Dominicanis dicit Philalethes à n. 57. ad n. 62.* 385.
Sect. XI. *Examinatur Philalethes à num. 62. ad num. 67.* 396.
Sect. XII. *Vtrum Aravius præmotionem physicam reijciat?* 402.
Sect. XIII. *Vtrum Reverendissimus P. Turcus prædeterminationes rejecerit?* 408.
Sect. XIV. *Examinatur Philalethes à num. 69. ad num. 71.* 413.

CAPUT VII.

Examinatur quâ ratione Authores aliqui præmotionem reijciant, vt D. Th. contrariam. 416.

Sect. I. *Vtrum Societatis Jesu Scriptores præmotionem vt D. Th. contrariam reijciant?* ibid.
Sect. IJ. *Examinantur quæ habet Philalethes ibid. §. 2.* 427.

CAPUT UIIJ.

De Universitatibus quas Philal. Cap. 1. §. 6. opponit. 429.

Sect. J. *Vtrum Univ. Complutensis, Salmanticensis, Valentina, Vallisoletana, & Cæsaraugustana adversentur præmotioni?* 432.
Sect. IJ. *Vtrum Univ. Moguntina, Herbipolensis, Coloniensis, & Parisiensis Molinæ consentiant?* 437.
Sect. IIJ. *Univ. Lovaniensis Molinæ adversatur.* 442.
Sect. IV. *Vtrum Univ. Duacena, præmotionibus repudiatis, Molinæ consentiat?* 453.

CAPUT IX.


Examinantur Scientiæ mediæ pugnæ, & victoriæ à Philal. cantatæ. 461.

Sect. I. *Scientiæ mediæ Victoriæ apud S. Inquisitionem.* 467.
Sect. IJ. *Victoriæ scientiæ mediæ in Vrbe.* 470.
Sect. IIJ. *Victoriæ scientiæ mediæ apud Sixtum V.* 473.
Sect. IV. *Victoriæ scientiæ mediæ apud Clem. 8.* 474.
Sect. U. *Victoriæ scientiæ mediæ apud Paulum V.* 477.

JNDEX

INDEX

ALIQVOT MAGIS NOTABILIVM.



ASYLVS ignorantiæ in hâc materiâ, & incomprehensibilitatis Dei, est & honorificus & Apostolo, Augustino, Thomæ & toti antiquitati communis, n 407.

Libertas arbitrij quænã requirit? n, 348. & 368.

Causa prima non solum causa est secundæ vt sit sed etiam vt causa sit; ita quod faciat eam esse causam, & habeat duas causalitates sc. vnam in causam, aliam in effectum; & duos terminos, sc. effectum ipsum, & ejus causam in esse causæ. Ita Abulensis n. 94. Gabriel num. 98. Azorius n. 7. Dionys. Cisterc. n. 229. & 230. Greg. Arim. n. 240. Cajet, n, 432. Pererius n. 29.

Infallibile non est idem quod inevitabile, vel necessarium absolutè, n. 2.

Necessitas antecedens in aliquo actu vel operatione, requirit quod illa operatio sit necessaria ex parte principij sui & termini. Ita Waldensis Cap. 4. p. 2, sect. 12. vide etiam num. 238. Unde in causâ primâ increatâ non reperitur sed solum in causis proximis, & creatis. Ita B. Albertus n. 295. Capreol. 369. & 340.

Prædestinatio sit ante prævisa merita. Ita Henriquez n. 54. Salmeron n. 65. Pererius n 40. Marsil n. 103. Driedo n. 117. Cunerus n. 124 Ioan. à Bona. 127 Dion. Cisterc n. 231 Dion. Cart. n. 234 Greg. Arim. n. 241. Alensis n. 246. fin. Corduba n. 260. B. Albertus n. 296. Vdalr. n. 297. Durandus num. 298. Caiet n. 313. Ferrar. n. 330. Capreolus n. 346. Soncinas n. 346. Holkot n. 371. Rayner. n. 374 Soto n. 383.

Molinistæ parum D. Thomæ afficiuntur, cap. 7. sect. 1.

Deus agens mediatè mediatione suppositi, simul agit immediatè Marsil. n. 101.

Prædeterminatio, & præmotio, non est ipsa formalis determinatio voluntatis creatæ, sed effectiva, seu faciens quod se determinet, & moveat. Ita Perer. exprimit n. 39. & Conrad. n. 352

Præmotio non solùm est physica, sed habet adjunctam motionem

tionem moralem, n.410. vide etiam n.67.107.& 123.

Præmotio efficax & physica regulariter denegatur, quia resistimus morali, Bellarm. n.33. Altis. n.89. Ioan. de Bonon. numero 127. Arragon n.242.

Præmotio materialiter determinatur à creaturâ, quam effectivè determinat. Ita Cajet. n.318. Soto n.377. fin.

Sibi objiciunt & soluunt antiqui argumenta Molinistarum contra præmotionem. Ita Perer n.39. Henriquez n.51. Ferrar. n.325. & seqq. Capreol. n.338. & seqq.

Præmotio physica est vis transiens, & ad modum intentionis Ita Ferrar. n.323. Bellarm. n.30. & 31. Azor. n.46. Lud. à Ponte n.74. & 75. Henricus n.94. Tapper n.106. & 107. Driedo n.112. & 113. Capreol n.333. Soncinas 262. Bachonius 269. & hoc probabilius censuit Concil. Trid. vt dicit Ioan. de Bonon n.126.

Radix duplex ex quâ decipiuntur putantes præmotionem tollere libertatem Prima est: quia considerant causam primâ ad instar causæ particularis. Ita detegit Cajet. n.314. Secunda est quod sibi imaginentur libertatem causæ secundæ æqualem libertati causæ primæ & libertatem esse vtrique vnivocam, & æquè sui determinativam. Ita detegit Capr. n.343.




Errata.

PAg.3.linea 29.lege *congruâ*,pag 4 l 1 *pro eodem*: & l 10. *ad non*,pag.5.l.24. *fit*, pag.13.l.1 *voluntas pramota*, & l. 16. *enim*,pag 17.l.27.*Philal* pag.22.l.9.*Bannez*, pag.25.l.1. *Conc.* pag.28.l.28.*ij*,pag.29.l.22.*recentioribus*,pag.30.l 5.*Typhanius*, pag.33.l 29 dele,*è*,pag 35.& 36.lege *Bellouac*.pag,39 l.28 *antiquiorum*, pag 43 l.29 *primam* & l.24. *Auctores*,pag.48 l.13. *quintum* & l.22. *inter*,pag.55.l vlt *sibi*,pag 57 l.15.*in* pag 59. l 16 *ad*,pag.71.l penult *abyssum*,pag.75 l.vlt *secundo*, pag.77. l.27.*dependentiâ*,pag 79. l.9 *videntur*,& l.22 *premantur*,p 92. l.2 *præfinijsse*,& l.9 *opinio*,pag 95.l.17 *prædicta*, pag.102. l.12. *inflexisse*, pag. 105.l 10. *suauiter sequatur*, pag.109 l.22. *asseruisse*,pag. 110.l.16. *absque fundamento*, pag.115 l 3.*oppositum*, pag.120 l 12. *suspiciens*, pag 121.l 21 *Lutherani*,pag 131 l 5. *sic*,& l.6. *lib* pag 132. l vlt *volun*',pag.133.l vlt *trahe* & l.22. *esse*, pag 135 l 27. *precationes*, pag.136. l 28 *quâdam* & l vlt. *temporalium*, pag 137. l.11. *precatio* & l.19 *radiante*,pag 147. l 5. *inconsulto* & l.24. *linquatur*, pag.149 l.21. *alijs*, pag 150. l.22. *Theol.* pag.152.l.28. *doctrina*, pag.155 l penult *opponat*, pag.164 l.25 *aliquam*,& l.26 *maximè cum ad operationes*,pag. 174 l 25 *principaliter*,pag 175 l.30 dele *pri* pag 183 l 28 lege *affectum*, pag.184. l.28. *Porphir* pag.195. l 4. *ore*, & l 25 *ipsis*, pag 198 l.3. *itaque* pag.204.l.25 *ista*,& l.26.*credere*.pag 209. l.10 *Louanij* 218.l vlt.*prauolitione*,pag 219 l.29.*causa secunda* & *sicut*, pag.226.l 13 *habent*, & l 24. *reprobos*, pag.229 l.11. *quia*, pag 236 l.21. *vult*, & l.24. *Quamuis*, pag 245. l.1 *fit*, pag.250.l.29. *sit*, pag 254 l.4. *dub*.10. pag.258. l.6 *influxâ*, pag 260 l.26.*ad agendum*,261.l.21.*rejectâ*,pag.288. l.25 *à futuro*, pag. 297.l.23. *Martis*,pag.305.l.12 *premit*,pag.318 l.8. *causa prima*,pag 345 l.3 *vnde*,& l.29 *& primariè*,pag 361.l.8. *immediatiori*,pag 382.l.6 *habeat*,pag 412.l.13 *genuino*,p 418. l.20. *nouitates*, p.419 l.29. *qui*,pag 420.l.20 *stabiliret*,& l.26. *fuisse*, & l.vlt.*viros*, pag.421.l.11 *fuissent*,pag 422.l.26 *adinuenit*,pag 423 l.15 *sinant*, pag 424. l.28 *elogium*,pag.425.l.13. *nodo*, pag.427. l.26. *Mendozam*, 429 l.10 *scribentem*,pag 433. l.1. *protestatus*, pag 463.l penult *quamprimum*,pag 464.l.23. *Philal*.pag 469 *apocryphis*.


Amice Lector, doleo me alijs necessarijs occupatum, impressioni huius mei libelli non potuisse intendere; hos errores, vt mihi persuadeo, facilè deprehendissem, & corrigi curassem: hinc autem spero totum à te excusatum iri.






CAPUT PRIMUM.

Quædam præambula.



DVERSARIJ ut Antiquitatem sibi faventem, nobisque adversam exhibeant; fingunt nos docere præmotionem physicam talem, qualem nec antiqui, neque nos unquam docuimus: Dein suis glossis Antiquorum dicta contorquent: & ut præmotionis novam genealogiam describant, sicut & scientiæ mediæ, illi parentem primum dant P. Bannez, ut sic ad Antiquitatem frustra pergas; huic verò negant Molinam, ut sic ad Antiquitatem liceat ejus genealogiam producere. Cum autem ordo scientificus procedat à communibus ad particularia, ista communia hoc capite pertractabo, ad particularia postmodum descensurus.



A SECTIO

SECTIO PRIMA.

Quid sit prædeterminatio ?

1. DE nonnullis prædeterminationis impugnatoribus conqueri possemus cum S. Th. q. 10. de pot. art. 4. ex Apost. sc. *Quosdam volentes esse legis Doctores non intelligere neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant.* Ideò ut eorum depellatur in hoc ignorantia, aut ignorandi simulatio appareat; (ut de Annato & alijs ostendit P. Gonet in Apolog. Thom.) explicare oportet primo quid sit prædeterminatio secundùm omnem opinionem Molinæ adversam; secundo in quo sita sit secundùm modum explicandi Thomistarum.

Quantùm ad primum est motio executiva decreti, quo Deus vult aliqua fieri à causâ secundâ, quâ hæc præmovetur & flectitur ad agendum, infallibiliter (si sit efficax seu ex Dei proposito) illæsâ omnino libertate. Explico singula.

Est motio executiva decreti: Deus enim ante decretum suum scit amorem Petri possibilem, deinde decrevit quod Petrus amet tali momento &c. In tali autem momento id exequitur, & facit quod Petrus amet moven-

vendo ejus voluntatem ut eliciat liberè amorem, & ad amandum ſe determinet.

Secundò dicimus illam eſſe priorem quam cauſa ſecunda agat, non tempore (eſt enim in eodem inſtanti reali cum amore Petri v. g.) ſed naturâ ſeu cauſalitate, ſicut cauſa eſt prior effectu, illâ enim facit Deus quod Petrus amet, ſicque eſt prior prioritate cauſalitatis.

Hinc colliges quam malè adverſarij, ex eo quod libertas eſt quæ poſitis omnibus ad agendum requiſitis poteſt agere & non agere, inferant præmotionem tollere libertatem; eò quòd illo requiſito poſito non poteſt non agere: ſi enim illam definitionem libertatis explicent de potentiâ antecedenti hîc etiam locum habet; ſed mala eſt illatio, cum voluntas præmota habeat potentiam antecedentem ad oppoſitum. Sicut in ſententiâ adverſariorum gratia efficax congrua requiritur priùs naturâ quàm voluntas agat, quia ejus actum cauſat, & eâ poſitâ voluntas ſolum habet potentiam antecedentem ad oppoſitum, & tamen liberè agit. Si autem intelligant de potentiâ conſequenti; non poſſunt loqui de prærequiſitis priori naturæ ſed priori temporis, & in inſtanti antecedente actionem cauſæ ſecundæ, ut patet in gratiâ gruâ; implicat enim in inſtanti quo eſt amor, eſſe potentiam conſequentem ad oppoſitum,

& pr eodem instanti formaliter.

Unde loquendo de potentiâ consequenti, illa definitio non intelligitur de prærequisitis solum in priori naturæ, sed temporis. Ut habet Soncinas in 1. dist. 38. q. 2. ad 4. concl. Dionys. Cisterc. infra & alij. Sicque vana est dicta ratiocinatio.

2. Tertiò dicimus quod moveat ad agendum; quia cum voluntas non sit magis determinata ad amandum, quam non ad amandum, si Deus velit quod amet, debet eam movere ut se determinet ad amorem, & ut amet liberè, seu modo sibi proprio. Neque alias esset prima causa, primnm agens, primum movens.

Hinc habes quomodo flectat & inclinet ad agendum, v. g. ad amandum.

Quartò dicimus quod infallibiliter moveat; quod adversarij malè confundunt cum necessario absolutè: quia ut Soncinas in 1. dist. 39. q. 2. concl. 2. *Immutabiliter sumitur dupliciter* 1.° *propriè, quia sic est venturum: secundò impropriè, quia non est in potentiâ aliter facere: hoc secundò modo immutabiliter evenire, non est idem quod infallibiliter; quia infallibilitas importat solam negationem fallaciæ, puta quia æstimatur aliquid futurum, & non eveniet; immutabilitas autem ista dicit negationem potentiæ ad oppositum.* Malè etiam cum inevitabili, quia ut Fonseca lib. 6. Meth. q. 2. sect. 5. *inevitabile sonat neces-*

sitatem

sitatem quandam, & veluti coactionem; infallibile autem certitudinem tantùm futuri eventus. Hinc etiam Molina 1. p. q. 22. art. 4. reprehendit Cajet, quòd ista non distinguat.

Quintò dicitur illæsâ libertate, quia facit quod voluntas non solum agat sed modo suo sc. liberè. Unde cum efficaciter faciat, & infallibiliter, ut voluntas se determinet ad agendum, & agat deliberatè v. g. amorem, est inconceptibile quod voluntas non amet liberè.

In præmotione sic explicatâ, & non explicando in quo consistat ferè omnes conveniunt exceptis Jesuitis; tam illi sc. qui docent præmotionem moralem, sive per suasiones, sive per simpathiam factam; quàm qui docent præmotionem realem sive in operatione causæ secundæ ut venit à Deo, sive in motione & impulsu reali consistentem. Et omnes isti adversantur omnino Molinæ, rejiciunt scientiam mediam, docentque decreta ex se efficacia, quæ faciunt nos agere, &c. Unde eorum nonnullos, ut Scotum & Scotistas, de quibus inf. cap. 5. p. 2. sect. præsertim 10. & 11. malè suos vult, nobisque opponit Philal. Cum enim in præmotione ut sic, seu in efficaciâ intrinsecâ decreti & voluntatis Dei nobiscum sentiant; & solùm in modo quo fit, & in quo consistit entitativè, à nobis dissentiant; malè præ-

motioni opponuntur, & in eâ ut sic à nobis malè dicuntur discordes. Si enim negare modum, quo res fit, sit negare rem ipsam, ij omnes Catholici fient hæretici, qui in re de fide concordes, in solo modo discrepant.

3. Sed exprimamus in quo eam statuant Thomistæ: statuunt in qualitate transeunte, physicâ, prædeterminante. Quæ verba ratione suæ communis significationis quâ qualitas* exprimit aliquid per modum actus primi; physica, per modum naturæ; prædeterminans, per modum excludentis potentiam ad oppositum, rigida sunt. At istam æquivocationem tollunt Thomistæ omnes & monent per qualitatem se solùm intelligere, quod illa motiò realis reducatur ad aliquod genus entis & ad qualitatem; per ly physicam; idem ac realem ut opponitur morali, sicut etiam Fonseca lib. 6. metap. q. 4. sect. 8. intelligit, *voluntates semper nobis persuasimus non ab alio physice (hoc est verâ & reali actione) sed à seipsis ad actus liberos determinari.* Per ly prædeterminans; inclinationem & determinationem effectivam, seu quâ fit ut voluntas se determinet. Hæc magis explicare erit necesse sect. seq. Nunc solum habe cur istis verbis præmotionem explicuerimus.

Nos quibus cordi semper fuit antiquitas, & ad antiquitatem adversarios à suâ novita-

te

re reducere, illorum infirmitati condescendimus nonnihil & sensum nostrum explicuimus terminis palpabilibus, sublatâ semper equiviocatione, id exigente tum eorum fictâ nobiscum convenientiâ, tum ab alijs explicandâ discrepantiâ.

4. Ut enim ostenderemus distinctionem illius motionis, à Dei potentiâ, & actione creaturæ, diximus esse motionem receptam in causâ secundâ prius naturâ quàm agat, & ut ad quod prædicamentum, illud reale reduceretur, diximus esse qualitatem, reductive sc: ut plusquam moralem quæ etiam realis diceretur, hoc sensu, quia fit in re; diximus physicam: ut non indifferentem; diximus prędeterminantem. Et hoc oportebat quia adversarij, alias voces quibus S. Thomas & antiqui concursum prævium explicabant admittebant & ad concursum simultaneum contorquebant. Hoc fatetur Tannerus Jesuita 1. p. disp. 2. q. 11. dub. 1. assert. 4. ubi statuit quod aliquo sensu admitti possit causam secundam à primâ causâ, seu actione causæ primæ ad agendum moveri, & determinari, & applicari: & addit: *hæc assertio est de mente Suarij &c. Et ponitur ad tuendum sive explicandum modum illum loquendi S. Thomæ admodum usitatum etiam in summâ ut supra notavimus.* Unde quia in Congregationibus de auxilijs disputabant nostri de rebus,

rebus, non de nominibus, quia ſc. juxta D. Tho. q. 18. de verit. art. 6. *Cum de rebus agitur, debet quæſtio nominum intermitti.* Non hæſerunt an illa verba ſic poſſent torqueri, ſed ut ſuum ab adverſariis diſcrimen proferrent uſi ſunt voce *prædeterminationis*. De quo vide Zumel tom. 1. opuſc. diſp. 4. ſect. 2. & diſp. 5. ſect. 1. & Alvarez lib. 2. Reſp. cap. 3. n. 33. unde adverſarij in Congr. 4. ſub Paulo 5. dixerunt nomen illud eſſe optimum, ſi conſtaret dari influxum Dei in cauſam ſecundam: unde ex hoc ſolo uſu præmotio, jam prædeterminatio vocatur; ut notat Suarez lib. 1. de concurſu Dei c. 5. §. 2. vide etiam Araujo inf. n. 413. & 414.

Verum quia ut Auguſt. de nupt. & conc. lib. 2. cap. 23. *Erroris præoccupatio* (dicamus opinionis) *impedit veritatis intelligentiam*; quia ut S. Thom. ad Annib. q. 3. prol. art. 5. *quando homini complacet una opinio, diligenter inquirit illa, quæ ſunt pro illâ opinione, & negligit ea quæ ſunt contra:* Hæc noſtra benevolentia nil profuit adverſarijs; ſed à ſenſu, quem dictis verbis exprimebamus, intellectum avertentes, ex illis verbis ceperunt præmotionem traducere & impoſturis horribilibus calumniari, ut hâc viâ eos, qui non niſi illorum ſcripta legunt, à præmotione deterreant: quod multis contigit, qui cum poſtea ipſimet in noſtris libris ſententiam no-

ſtram

ſtram legerent, ſtupuerunt ad impoſturarum monſtra. De hâc adverſariorum arte plurimùm quæritur Zumel ſupra.

SECTIO II.

Impoſturæ Moliniſtarum.

5. IMponunt primò quod dicamus præmotionem eſſe qualitatem veluti actum aliquem primum quo efficiatur prædeterminatio: ſic cum alijs Tannerus diſp. 6. in 1. 2. q. 3. dub. 10. num. 262. ait nos conſtituere *gratiam adjuvantem in qualitate fluidâ, quâ prædeterminatio efficiatur*. Eam etiam eſſe qualitatem fixam & quaſi actum primum ſupponit. Philal. *tr.* 9. & n. 31. §. *Gabriel* in fine & §. *Richardus*; in fine & n. 38. med. & n. 73. &c. Aſt impoſtura eſt; dicimus enim illam qualitatem eſſe ipſammet prædeterminationem intranſitivè; & ideo dicimus eſſe qualitatem reductivè, quia cum ſit realis debet reduci, ſicut poſtprædicamenta, ad aliquam ſeriem rerum, & reducimus ad qualitatem; quomodo impulſum gravis reducunt Philoſophi; & motionem inſtrumenti S. Tho. in 4. diſt. 1. q. 1. art. 4. Etenim reducitur ad potentiam quam movet, vel ad actionem ad quam datur, potentia autem eſt qua-

qualitas, & actio voluntatis etiam est qualitas secundum S. Tho. unde ad qualitatem illam reducimus; est tamen motio, & se tenet ex parte actus secundi.

Secundò imponunt nos dicere quod sine illâ qualitate non possit voluntas agere, At falsum est: supponit enim posse, nec se tenet ex parte actus primi, sed ex parte actus secundi & solum dat agere.

6. Tertiò imponunt nos decere præmotionem necessitare ad agendum; & præsertim quia ly, physicum, dicit naturalitatem; licet sciant non sic à nobis usurpari, sed ut idem est ac reale, vide infra n. 413. & 414. *Supposita hâc prædeterminatione physicâ*, ait Tannerus disp. 2. in 1. p. q. 11. dub. 1. n. 20. *Voluntas creata non potest non agere, sed necessariò planè agit; quia ea secum necessariò prorsus, physicò etiam nexu trahit actionem causæ secundæ subsequentem, ut fatentur authores oppositæ sententiæ.* Idem supponit adulteratus Bellarm & ex eo Philal. n. 5. & n. 34. §. *Dyon. Carth.* n. 36. §. *Alensis* & n. 39 §. *Valdensis.* n. 50. §. *Albertus* fine n. 52. §. *Paul. Sonc.* n. 53. §. *Raynerius.* n. 54. fine & n. 56. &c. Idem etiam tanquam ex nobis suppositum fere in singulis paginis suæ larvatæ defensionis assumit Petrus à S. Joseph. Nos verò omnes idipsum impugnamus ut hæreticum, & Calvinisticum; nec ullus ex nobis ostendetur qui præmotionem

pror-

prorsus necessitare asserat: Imò omnibus notum est nos docere eâ libertatem perfici.

Hinc scies quam fidem debeas Petro à S. Joseph qui lib. 1. Ideæ Theol. de Deo c. 18. non rubente atramento scripsit Bannem & Alvarem *necessitatem antecedentem planè ineluctabilem in voluntate præmotâ physicè planè admittere.* Et ibid. alterius mundi civem se ostendit dum scribit nos in privatis colloquijs plerumque affirmare voluntatem præmotam non agere necessariò, sed tantum infallibiliter, quasi hoc palam, ubique & voce & scripto non profiteremur, sed fortè solum audivit & legit adversarios. Sicubi in nostris legas quod voluntas præmota necessariò aget, semper invenies ly necessario alienatum, & tractum ad necessitatem consequentiæ, aut infallibilitatis, quæ non sunt necessitates, nec cum libertate pugnant.

7. Quartò imponunt quod prædeterminatio omnino determinet, nec consequenter relinquat indifferentiam, sic illi de quibus Alvarez lib. 3. de Auxilijs disp. 23. Id etiam supponit Philal. n. 31. & n. 35. in Argent. & n. 37. §. *Delph.* &c. Quod etiam est falsum: dicimus enim quod moveat & determinet effectivè, faciendo quod voluntas se determinet, & deliberatè hoc velit, *facit ut faciamus*, ait August. quis verò somniet determinationem quâ fit ut voluntas se determinet, non

dare

dare locum determinationi voluntatis aut omnino determinare? Similiter dicimus quod solùm tollit indifferentiam suspensionis, quæ est imperfectio libertatis, nec reperitur in Deo perfectissimo libero; servat autem, imò causat indifferentiam activam, cum faciat voluntatem agere servatâ potentiâ ad oppositum.

Quintò imponunt nos dicere voluntatem prædeterminatam non posse non agere ita Tanner. supra & ibid. q. 10. dub. 8. n. 15. & alij. Id etiam supponit Philal. n. 18 & n. 32. §. *Franciscus*, fine, &c. At vero dicimus eam posse non agere in sensu diviso seu potentiâ antecedenti, quomodo etiam solum potest non agere affecta gratiâ congruâ.

Sextò imponunt, secundum nos idem esse posse non agere in sensu diviso, quod ablatâ præmotione à voluntate. Sic Molinistę fingunt communiter & supponit Philal. n. 35. §. *Richardus* &c. nos vero illum sensum divisum ut Calvinisticum damnamus. Et dicimus sensum divisum esse, quod voluntas stante præmotione habeat veram potentiam ad non agendum, qualem habet dum quis actu agit, vel est affectus gratiâ congruâ, sed divisam ab actu. Quia cum præmotio sit in eodem instanti reali cum actu voluntatis; sicut actu agens tantum habet potentiam ad non agendum divisam à non agere, quia est in-

incompossibile cum agere, ita & præmota. Sensus autem compositus est, quod illa voluntatis præmotæ potentia ad non agere, actu non agat, tunc enim compositio actus cum potentiâ faceret compositionem actuum incompossibilium, sc. ipsius agere & non agere.

8. Septimò imponunt nos dicere quod ad libertatem sufficiat sola indifferentia judicij, etsi voluntas sit intrinsecè determinata; ideóque prædeterminationem non necessitare, quia relinquit indifferentiam judicij. Ita Petrus à S. Jos. in def. disp. 2. sect. 10. §. 6. & alij: idque fingunt adulteratores Bellarmini & Philal. n. 5. fine. Impostura est: dicimus enim è contra quod indifferentia judicij solum sit radix libertatis & quod illâ stante voluntas non potest esse determinata per modum naturæ, sed necessariò motus ejus illud judicium sequens erit indifferens & liber. Et hâc ratione dicimus stante illo judicio voluntatem non posse necessitari; non autem solam indifferentiam judicij sufficere formaliter ad libertatem.

Octavò dicunt nos dicere quod præmotioni non possumus reluctari nec resistere. ita Petrus à S. Jos. disp. 2. sect. 5. § 3. & disp. 1. sect. 4. §. 2. & ubique fere, & alij: & supponit Philal. n. 32. §. *Ferdin.* & n. 35. §. *Aragon.* & n. 56. in principio. Verùm dicimus, sicut ipsi

ipſi debent loqui de gratiâ congruâ receptâ, quod id poſſumus potentiâ antecedenti, & in ſenſu diviſo; non autem potentiâ conſequenti, & in ſenſu compoſito; *Voluntati enim ejus quis reſiſtet?*

Nonò dicunt notum eſſe quod poſitâ prædeterminatione non eſt expeditus uſus libertatis ad oppoſitum. Sic Petrus diſp. 1. ſect. 3. §. 2. & alij: ſupponitque Philal. n. 32. §. *Ferdin.* & n. 53. Dicimus id eſſe falſum, & eſſe tam expeditum quam in actu agente, vel gratiâ congruâ affecto.


9. Decimò imponunt nos docere quod Deus præmoveat ad malum, ad peccatum, ad actus pravos. Petrus diſp. 1. ſect. 5 & alij: Idipſum ſupponit Philal. n. 5. in med. & n. 35. §. *Greg. Arim*, & n. 50. §. *Vdalricus*, & §. *Durandus* & §. *S. Anton.* & n. 53. fine. Imo n. 36. §. *Bonav.* ſupponit nos docere Deum nos ad malum excitare. Dicimus nos hoc eſſe Calviniſticum; & cum S. Tho. in 2. diſt. 37. q. 2. art. 2. quod Deus non moveat ad quodcumque exprimens malitiam, aut connotans. Dicimus quod moveat ad actum peccati præcisè ut actus eſt, & ut præſcindit ab omni connotatione malitiæ; ita ut ſi illum conſideres etiam ut ſubſtat malitiæ ad illum Deus non movet.

Ex hâc decade habes quod ſi adverſarijs credas, prædeterminatio phyſica ſecundùm nos,

nos, est qualitas per modum actus primi quâ fit prædeterminatio, sine quâ non possumus agere, prorsus necessitans, omnino determinans, nec relinquens indifferentiam, quâ positâ non possumus non agere, sed solum eâ semotâ, cui nullatenus possumus resistere, & quæ etiam se extendit ad peccatum. Quis non horret monstra hæc? ea est ars adversariorum qui sic nobis imponunt, ut sententiam nostram, ijs, qui eorum dicta sine examine sequuntur, horridam traducant.

Habes secundò non ex adversariorum libris quærendum quid sit prædeterminatio; si veritatem ames, non figmenta.

Habes tertiò quod in vanum laborabit Ph.ilal ad probandum antiquitatem contra illam predeterminationem stare, cum omnes Catholici prorsuscontra sic depictam stemus, & præcipuè nosipsi.



motioni opponuntur, & in eâ ut ſic à nobis malè dicuntur diſcordes. Si enim negare modum, quo res fit, ſit negare rem ipſam, ij omnes Catholici fient hæretici, qui in re de fide concordes, in ſolo modo diſcrepant.

3. Sed exprimamus in quo eam ſtatuant Thomiſtæ: ſtatuunt in qualitate tranſeunte, phyſicâ, prædeterminante. Quæ verba ratione ſuæ communis ſignificationis quâ qualitas exprimit aliquid per modum actus primi; phyſica, per modum naturæ; prædeterminans, per modum excludentis potentiam ad oppoſitum, rigida ſunt. At iſtam æquivocationem tollunt Thomiſtæ omnes & monent per qualitatem ſe ſolùm intelligere, quod illa motiò realis reducatur ad aliquod genus entis & ad qualitatem; per ly phyſicam; idem ac realem ut opponitur morali, ſicut etiam Fonſeca lib. 6. metap. q. 4. ſect. 8. intelligit, *voluntates ſemper nobis perſuaſimus non ab alio phyſice (hoc eſt verâ & reali actione) ſed à ſeipſis ad actus liberos determinari.* Per ly prædeterminans; inclinationem & determinationem effectivam, ſeu quâ fit ut voluntas ſe determinet. Hæc magis explicare erit neceſſe ſect. ſeq. Nunc ſolum habe cur iſtis verbis præmotionem explicuerimus.

Nos quibus cordi ſemper fuit antiquitas, & ad antiquitatem adverſarios à ſuâ novitate

te reducere, illorum infirmitati condescendimus nonnihil & sensum nostrum explicuimus terminis palpabilibus, sublatâ semper equiviocatione, id exigente tum eorum fictâ nobiscum convenientiâ, tum ab alijs explicandâ discrepantiâ.

4. Ut enim ostenderemus distinctionem illius motionis, à Dei potentiâ, & actione creaturæ, diximus esse motionem receptam in causâ secundâ prius naturâ quàm agat, & ut ad quod prædicamentum, illud reale reduceretur, diximus esse qualitatem, reductive sc: ut plusquam moralem quæ etiam realis diceretur, hoc sensu, quia fit in re; diximus physicam: ut non indifferentem; diximus prędeterminantem. Et hoc oportebat quia adversarij, alias voces quibus S. Thomas & antiqui concursum prævium explicabant admittebant & ad concursum simultaneum contorquebant. Hoc fatetur Tannerus Jesuita 1. p. disp. 2. q. 11. dub. 1. assert. 4. ubi statuit quod aliquo sensu admitti possit causam secundam à primâ causâ, seu actione causæ primæ ad agendum moveri, & determinari, & applicari: & addit: *hæc assertio est de mente Suarij* &c. *Et ponitur ad tuendum sive explicandum modum illum loquendi S. Thomæ admodum usitatum etiam in summâ ut supra notavimus.* Unde quia in Congregationibus de auxilijs disputabant nostri de

rebus,

rebus, non de nominibus, quia sc. juxta D. Tho. q. 18. de verit. art. 6. *Cum de rebus agitur, debet quaestio nominum intermitti.* Non hæserunt an illa verba sic possent torqueri, sed ut suum ab adversariis discrimen proferrent usi sunt voce *prædeterminationis.* De quo vide Zumel tom. 1. opusc. disp. 4. sect. 2. & disp. 5. sect. 1. & Alvarez lib. 2. Resp. cap. 3. n. 33. unde adversarij in Congr. 4. sub Paulo 5. dixerunt nomen illud esse optimum, si constaret dari influxum Dei in causam secundam: unde ex hoc solo usu præmotio, jam prædeterminatio vocatur; ut notat Suarez lib. 1. de concursu Dei c. 5. §. 2. vide etiam Araujo inf. n. 413. & 414.

Verum quia ut August. de nupt. & conc. lib. 2. cap. 23. *Erroris præoccupatio* (dicamus opinionis) *impedit veritatis intelligentiam*; quia ut S. Thom. ad Annib. q. 3. prol. art. 5. *quando homini complacet una opinio, diligenter inquirit illa, quæ sunt pro illâ opinione, & negligit ea quæ sunt contra:* Hæc nostra benevolentia nil profuit adversarijs; sed à sensu, quem dictis verbis exprimebamus, intellectum avertentes, ex illis verbis ceperunt præmotionem traducere & imposturis horribilibus calumniari, ut hâc viâ eos, qui non nisi illorum scripta legunt, à præmotione deterreant: quod multis contigit, qui cum postea ipsimet in nostris libris sententiam no-

stram

ſtram legerent, ſtupuerunt ad impoſturarum monſtra. De hâc adverſariorum arte plurimùm quæritur Zumel ſupra.

SECTIO II.

Impoſturæ Moliniſtarum.

5. IMponunt primò quod dicamus præmotionem eſſe qualitatem veluti actum aliquem primum quo efficiatur prædeterminatio: ſic cum alijs Tannerus diſp. 6. in 1. 2. q. 3. dub. 10. num. 262. ait nos conſtituere *gratiam adjuvantem in qualitate fluidâ, quâ prædeterminatio efficiatur.* Eam etiam eſſe qualitatem fixam & quaſi actum primum ſupponit. Philal. *tr.* 9. & n. 31. §. *Gabriël* in fine & §. *Richardus*; in fine & n. 38. med. & n. 73. &c. Aſt impoſtura eſt; dicimus enim illam qualitatem eſſe ipſammet prædeterminationem intranſitivè; & ideo dicimus eſſe qualitatem reductivè, quia cum ſit realis debet reduci, ſicut poſtprædicamenta, ad aliquam ſeriem rerum, & reducimus ad qualitatem; quomodo impulſum gravis reducunt Philoſophi; & motionem inſtrumenti S. Tho. in 4. diſt. 1. q. 1. art. 4. Etenim reducitur ad potentiam quam movet, vel ad actionem ad quam datur, potentia autem eſt

qua-

qualitas, & actio voluntatis etiam est qualitas secundum S. Tho. unde ad qualitatem illam reducimus; est tamen motio, & se tenet ex parte actus secundi.

Secundò imponunt nos dicere quod sine illâ qualitate non possit voluntas agere, At falsum est: supponit enim posse, nec se tenet ex parte actus primi, sed ex parte actus secundi & solum dat agere.

6. Tertiò imponunt nos dicere præmotionem necessitare ad agendum; & præsertim quia ly, physicum, dicit naturalitatem; licet sciant non sic à nobis usurpari, sed ut idem est ac reale, vide infra n. 413. & 414. *Supposità hâc prædeterminatione physicâ*, ait Tannerus disp. 2. in 1. p. q. 11. dub. 1. n. 20, *Voluntas creata non potest non agere, sed necessariò planè agit; quia ea secum necessariò prorsus, physicò etiam nexu trahit actionem causæ secundæ subsequentem, ut fatentur authores oppositæ sententiæ.* Idem supponit adulteratus Bellarm & ex eo Philal. n. 5. & n. 34. §. *Dyon. Carth.* n. 36. §. *Alensis* & n. 39. §. *Valdensis.* n. 50. §. *Albertus* fine n. 52. §. *Paul. Sonc.* n. 53. §. *Raynerius.* n. 54. fine & n. 56. &c. Idem etiam tanquam ex nobis suppositum fere in singulis paginis suæ larvatæ defensionis assumit Petrus à S. Joseph. Nos verò omnes idipsum impugnamus ut hæreticum, & Calvinisticum; nec ullus ex nobis ostendetur qui præmotionem

pror-

prorſus neceſſitare aſſerat: Imò omnibus notum eſt nos docere eâ libertatem perfici.

Hinc ſcies quam fidem debeas Petro à S. Joſeph qui lib. 1. Ideæ Theol. de Deo c. 18. non rubente atramento ſcripſit Bannem & Alvarem *neceſſitatem antecedentem planè ineluctabilem in voluntate præmotâ phyſicè planè admittere.* Et ibid. alterius mundi civem ſe oſtendit dum ſcribit nos in privatis colloquijs plerumque affirmare voluntatem præmotam non agere neceſſariò, ſed tantum infallibiliter, quaſi hoc palam, ubique & voce & ſcripto non profiteremur, ſed fortè ſolum audivit & legit adverſarios. Sicubi in noſtris legas quod voluntas præmota neceſſariò aget, ſemper invenies ly neceſſario alienatum, & tractum ad neceſſitatem conſequentiæ, aut infallibilitatis, quæ non ſunt neceſſitates, nec cum libertate pugnant.

7. Quartò imponunt quod prædeterminatio omnino determinet, nec conſequenter relinquat indifferentiam, ſic illi de quibus Alvarez lib. 3. de Auxilijs diſp. 23. Id etiam ſupponit Philal. n. 31. & n. 35. in Argent. & n. 37. §. *Delph.* &c. Quod etiam eſt falſum: dicimus enim quod moveat & determinet effectivè, faciendo quod voluntas ſe determinet, & deliberatè hoc velit, *facit ut faciamus*, ait Auguſt. quis verò ſomniet determinationem quâ fit ut voluntas ſe determinet, non dare

dare locum determinationi voluntatis aut omnino determinare ? Similiter dicimus quod solùm tollit indifferentiam suspensionis, quæ est imperfectio libertatis, nec reperitur in Deo perfectissimo libero ; servat autem, imò causat indifferentiam activam, cum faciat voluntatem agere servatâ potentiâ ad oppositum.

Quintò imponunt nos dicere voluntatem prædeterminatam non posse non agere ita Tanner. supra & ibid. q. 10. dub. 8. n. 15. & alij. Id etiam supponit Philal. n. 18 & n. 32. §. *Franciscus*, fine, &c. At vero dicimus eam posse non agere in sensu diviso seu potentiâ antecedenti, quomodo etiam solum potest non agere affecta gratiâ congruâ.

Sextò imponunt, secundum nos idem esse posse non agere in sensu diviso, quod ablatâ præmotione à voluntate. Sic Molinistę fingunt communiter & supponit Philal. n. 35. §. *Richardus* &c. nos vero illum sensum divisum ut Calvinisticum damnamus. Et dicimus sensum divisum esse, quod voluntas stante præmotione habeat veram potentiam ad non agendum, qualem habet dum quis actu agit, vel est affectus gratiâ congruâ, sed divisam ab actu. Quia cum præmotio sit in eodem instanti reali cum actu voluntatis; sicut actu agens tantum habet potentiam ad non agendum divisam à non agere, quia est in-

incompossibile cum agere, ita & præmota. Sensus autem compositus est, quod illa voluntatis præmotæ potentia ad non agere, actu non agat, tunc enim compositio actus cum potentiâ faceret compositionem actuum incompossibilium, sc. ipsius agere & non agere.

8. Septimò imponunt nos dicere quod ad libertatem sufficiat sola indifferentia judicij, etsi voluntas sit intrinsecè determinata; ideóque prædeterminationem non necessitare, quia relinquit indifferentiam judicij. Ita Petrus à S. Jos. in def. disp. 2. sect. 10. §. 6. & alij: idque fingunt adulteratores Bellarmini & Philal. n. 5. fine. Impostura est: dicimus enim è contra quod indifferentia judicij solum sit radix libertatis & quod illâ stante voluntas non potest esse determinata per modum naturæ, sed necessariò motus ejus illud judicium sequens erit indifferens & liber. Et hâc ratione dicimus stante illo judicio voluntatem non posse necessitari; non autem solam indifferentiam judicij sufficere formaliter ad libertatem.

Octavò dicunt nos dicere quod præmotioni non possumus reluctari nec resistere. ita Petrus à S. Jos. disp. 2. sect. 5. § 3. & disp. 1. sect. 4. §. 2. & ubique fere, & alij: & supponit Philal. n. 32. §. *Ferdin.* & n. 35. §. *Aragon.* & n. 56. in principio. Verùm dicimus, sicut ipsi

nos, eſt qualitas per modum actus primi quâ fit prædeterminatio, ſine quâ non poſſumus agere, prorſus neceſſitans, omnino determinans, nec relinquens indifferentiam, quâ poſitâ non poſſumus non agere, ſed ſolum eâ ſemotâ, cui nullatenus poſſumus reſiſtere, & quæ etiam ſe extendit ad peccatum. Quis non horret monſtra hæc? ea eſt ars adverſariorum qui ſic nobis imponunt, ut ſententiam noſtram, ijs, qui eorum dicta ſine examine ſequuntur, horridam traducant.

Habes ſecundò non ex adverſariorum libris quærendum quid ſit prædeterminatio; ſi veritatem ames, non figmenta.

Habes tertiò quod in vanum laborabit Ph.ilal ad probandum antiquitatem contra illam predeterminationem ſtare, cum omnes Catholici prorſuscontra ſic depictam ſtemus, & præcipuè noſipſi.



SECTIO IIJ.

Intercipiuntur adversariorum glossæ (ad antiquos sibi Conciliandos inventæ teste Tannero sup.) illius propositionis Antiquis scriptoribus usitatissimæ: sc. Deus movet Causas secundas ad agendum.

10. SIcut Molinistæ imposturis recentiores à nobis avocāt, ita suis glossis antiquos suos volunt. Respondent ergo primò quod dictâ propositione ij velint, Deum movere, puta voluntatem, ad primum actum, non autem ad alios. Secundò quod velint Deum movere præcisè quia dedit & conservat virtutem, sicut generans movet grave. Tertiò quod per illam motionem intelligant concursum simultaneum. Quartò quod loquantur de motione morali. Sic Phil. n. 16. & alij. Hæc communia communibus refutemus.

Prima glossa manebit gratis data, nisi id ostenderint, vel Deum non posse movere ad alios actus, quod adhuc expectatur.

Secundò, quando loquuntur de motione gratuitâ, falsa est; cum definitum sit contra Pelagium gratiam Christi ad singulos actus dari.

Tertiò,

Tertiò, sæpè loquuntur de secundis actibus, puta Charitatis, aut virtutum aliarum.

Quartò, agunt de motione ad actum liberum, & quâ fit vt voluntas se ad illum moveat; sed motio ad primum actum juxta Philal. non est talis, cum juxta eum, non sit liber, ergo.

Secunda, interpretatio etiam est evasio, & eam reiicit S. Tho. lib. 3. cont. gent. cap. 89.

Secundò, de istâ motione non est apparentia quòd læderet liberum arbitrium, at antiqui loquuntur de motione quæ videtur lædere lib. arb: ergo.

Tertiò, ex hoc prçcisè quòd dedit & conservat virtutem non movet ad singulos actus, sed solùm ad illos qui sunt necessarij ad perfectionem geniti, quâ habitâ cessat generantis intentio: vnde cùm viventis perfectio stet in moveri, & hanc habeat per primùm actum; quia illo constituitur in ratione sui mobilis; quia habet partem motam; ideo generans solùm movet ad primum actum: sic generans animal solùm dat motum cordis; generans voluntatem & intellectum etiam solùm dat primos actus. Sic quia gravium perfectio stat in quiescere in centro, generans solùm eis dat motum ad centrum. Hoc docent Philosophi, & nominatim Soto, quem suum vult Pilal, lib. 8. phys. q. 3. ad 1. vbi eâ ratione negat generans movere animal ad ambulandum, & ignem ad calefaciendum. Ergo falsum est quòd ex eò quòd dedit virtutem, moveat ad singulos actus.

11. Tertia pejor est,cum immutet sine authoritate significationem de ly movet, quod ante Molinam, & ejus asseclas prioritatem apud omnes exprimebat,non simultatem.

Sic sumit Arist.l.4.Met.text.23.*Movens*,ait, *naturâ prius est moto.*

S. Augus. per trahere & facere vt faciamus (quæ sunt idem ac movere effectivè, cum & trahere sit movere ad se secundùm Philos. 7. phys.) intelligit aliquid prævium: quia lib. 1. cont.2 Epist.Pelag.cap.19. habet pro inconvenienti, quòd pro illo instanti naturę, quo aliquis trahitur, velit: *Quis trahitur*, ait, *si iam volebat?* & tract.72.in Ioan. sic inducit Deum loquentem: *Prius ego facio, deinde & ipse faciet*, (audi causam prioritatis) *quia facio vt faciat.* Certè si nobiscum nihil intellexisset prævium, Pelagiani eum destruere libertatem (sicut nobis obijciunt adversarij) ei non objecissent.

S. Thom.3.cont.gent. cap. 149. *Motio moventis præcedit motum mobilis ratione, & causâ.*

Cajet.in 1.p. q.115. art.6. dicit *hæc inferiora priùs moveri à cælo quàm agant, quia non agunt nisi mota.* Ergo motio dicit prioritatem.

Soto 2.phys.q.4. ante 2. concl. *Quod priùs naturâ Deus agat, nihil aliud est, quàm quòd moveat creaturas ad agendum.* Similiter alij antiqui quos longum esset referre. Sed id ostendo in eo, quod fateri debent Adversarij:

Calvinus docuit pręmotionem prorsus necessitantem; hoc enim ad nauseam repetunt

adver

adverſarij; ſed non expreſſit illam prioritatem niſi per ly, movet, quia eum illam docuiſſe omnes probant præſertim ex 2. inſtitut. cap. 3. §. 10. vbi habet: *Uolentem movet Deus, non qualiter multis ſæculis traditum eſt, & creditum, vt noſtræ poſtea ſit electionis motioni aut obtemperare, aut refragari.* Ergo.

Videant quomodo lavent Calvinum Æthiopem, qui nolunt motionem prioritatem importare.

Concil. etiam Trid. ſeſſ. 6. can. 4. damnavit prędeterminationem neceſſitantem, & calviniſticam; ſed non niſi his verbis: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum non poſſe diſſentire ſi velit, anathema ſit.* Ergo Concil. per ly motum, intelligit aliquid prævium, vel non damnat prædeterminationem Calvini.

Inſuper omnes etiam adverſarij dum quærunt vtrùm Angelus moveat cælum? an dæmon moveat voluntatem hominis? an inſtrumentum agat vt motum? an anima moveat corpus? voluntas vires inferiores? &c. intelligunt aliquid prævium prioritate cauſalitatis; cur ergo non hîc?

Denique ipſi adverſarij, & Philal. ipſe toto ſuo libello, non aliter probant antiquos præmotionem reijcere, quam quia reijciunt motionem. Nec aliter probant ex S. T. & aliis, quòd Deus non præmoveat ad peccatum, niſi quia negant movere ad peccatum. Si ergo per mo-

tionem non intelligatur aliquid prævium, quis hic eorum discursus? si hîc intelligitur, cur non alibi?

Vltimò primi qui impugnarunt præmotionem, sc. Molina & Fonseca &c. illam impugnarunt solo nomine motionis & determinationis expressam, vt videre potes; & ipsemet Philal per motionem intelligit concursum prævium n. 30. & seq. &c. Ergo tunc illo nomine exprimebatur, & exprimi intelligebatur: imò illo nomine à Scoto & aliis expressam iidem docent: Cur ergo apud alios antiquos, imò & modò apud Scotum & alios non habent ampliùs eandem significationem?

Tota ergo antiquitas, imò ipsi adversarij per motionem intelligunt concursum præviũ, proinde tertia glossa mera est evasio, vt etiam fatetur Tannerus supra.

Idem est de 4. glossâ quia motio simpliciter vsurpata supponit pro motione reali, non autem pro morali; quòd patet primò, ex regulâ Analogorum: *Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato*; quod autem principalior sit motio realis quàm moralis, quæ solùm est ex parte objecti & metaphorica, cuíque constat.

Secundò, ex vsu, absolutè enim dicimus quod Angelus non possit movere voluntatem hominis, nec alterius Angeli; sicut S. T. absolutè concludit 1.p.q.106.art.2. *Vnde Angelus alterius voluntatem movere non potest*; & tamen ibi dixerat quod posset movere moraliter. Similiter

Salmeron

Salmeron Iesuita tom. 4. in Evang. tract. 9. §. *modus autem*, ait; *non potest dæmon in voluntatem agere, imò nec Angelus sed solus Deus*. Tamen potest moraliter agere in voluntatem secundum omnes.

Tertiò, in definitione causæ efficientis dum dicitur quòd sit. *Primum principium motus*, non intelligitur de primo in intentione & metaphoricè movente, hoc enim debetur fini, sed primo physicè. Ita Pererius Jesuita lib. 8. de causis capite 2. & alij communiter, ergo similiter.

Quartò, id ingenuè fatetur Fonseca lib. 6. metaph. *q*. 5. §. 10. *Movere voluntatem, si propriè loquendum est, est voluntatem effectivè inclinare, quod soli Deo convenit*.

Denique plerúmque dicunt antiqui illi, quod Deus moveat causas naturales & liberas; illæ autem non sunt capaces motionis moralis, sed solùm hæ.

Hinc etiam habere potes, quòd adversarij malè per cooperari, quod legunt in authoribus, intelligant solùm simultaneum concursum; cùm enim cooperari sit concurrere, & concursus sit communis prævio, & simultaneo, idem erit de cooperari. Imò ex vsu antiquorum Scholasticorum intelligitur, & supponit pro prævio concursu, quo Deus sic movet voluntatem, vt etiam ipsa se moveat, sicut Deum operari supponit pro concursu, quo Deus sic voluntatem movet, quòd se non moveat. Vnde



operatio est solùm præmotio ad actus primos cooperatio est solùm præmotio ad actus secundos. Ita S. Th. & Thomistæ 1.2.q.111.art.2. & alij.

SECTIO IV.

An Bannez sit inventor prædeterminationis physicæ?

12. RЕcentiores adversarij, quia non possunt novitatis nęvum à scientiâ mediâ excutere, & in prædeterminationem reiicere, nisi huic primum parentem assignent, sicut illi assignamus; Jdeo P. Banuez fingunt prædeterminationis inventorem; sic Philalet. post alios num. 66. sed quàm sinceré, accipe.

Primò, ex Fonsecâ & Molinâ, quibus eo major habenda fides, quòd vltrò jactant se primos scientiæ mediæ inventores; & quòd primi physicam præmotionem impugnarunt, vt colliges ex Lugo Jesuitâ apud Camerarium *Antiquitatis de novitate victoriâ*, cap. 1. n. 3. Fonseca enim lib. 6. Metaph. q. 4. Sect. 6. fatetur Scotum & Scotistas cùm Thomistis pro præmotione stare: vide inf. n. 262.

Idem fatetur Molina 1. p. q. 14. disp. 6. & 11. At Scotus sæculis antecessit Bannem, ergo. Et disp.

disp.9.fatetur esse Ant. Cord.& Nominalium. Uide inf.n.261.

Fonseca libro 5. metaph. q. 9. fatetur Ferrariensem docere præmotionem. Similiter Molin. 1. p.q.14. art.13. disp.6. Conimbric.2.physic.q.13. art.1. Tannerus 1.p. disp.2.q.11.dub.1. n. 4. Uasquez infra; & Tiphanius lib.de priori & posteriori cap.62. ait illum constituere præmotionem, quæ sit qualitas fluida & intentionalis. Sed Ferrar. obiit 1528. & 1. tomus P. Bannez in 1. p. solùm editus est anno 1584. ergo.

Molina disp.37. concordiæ, idem fatetur de Sotô, & Vegâ Franciscano; similiter Tannerus disp.6.in 1.2.q. 2. dub. 3. num.43. sed Soto obiit 1560.teste Bannez 2.2.q 1 art.7.dub.2.& sic 24. annis ante impressionem 1. tom. P. Bannez, & adhuc diu ante mortem scripserat, ergo.

Gregorium Arim.idem docere in 2. dist.28. q.1.art.3 ad 12.docet Uasquez 1.p.disp.99. cap. 3. fateturque eum versatissimum in August. & multos eum sequi.Et Tannerus 1.2.disp.6.loco cit. ait eum ibidem idipsum explicatè docere.

Idem de Capreolo dicunt Conimbr. supra, Tannerus 1.p.loco citato,& Vasquez iam.

13. Denique Vasquez 1.p. disp. 99. cap. 3. sic publicat sententiæ nostræ antiquitatem. *Antiquiores Scholastici alio modo hanc difficultatem dissolvere conantur. Dicunt itaque Dei voluntatem & providentiam tantæ virtutis & efficacitatis esse,*

vt licet ei nulla potentia, & libertas creata resistere valeat; omnes tamen causas, quibus cooperatur, suaviter moveat, & juxta cujusque naturam aut necessariò aut liberè ad operandum impellat: quia non solùm operatur quod vult, sed modum etiam quem vult in cooperando tenet, & per varias causas, varios quoque producit effectus. Ita Resp. propositæ difficultati S. Th. supra q.19.art.8.& q.22.art.4. Durand. in 1. dist.46.q.1.num. 7. Dyon. Carthu. dist.39.q.2. Capreol. dist.45. q.1. concl. 5. Ferrar. 1. contra gent. cap.85. Driedo opusc. de Concord. lib.arb.& prædest. 2.p cap 3.ad 1. Quorum sane Doctrina nonnullis Theologis mirum in modum probatur. Deinde Henriquez; de quo infra, docet ante Molinam fuisse *concordem Theologorum sententiam.*

Paulus Leonardi p. 2. n. 77. fatetur etiam cum Hericè, primos Iesuitas illam in Scholis nostris suxisse, imò & Molinam ipsum, quam postea repudiavit, ob novitatem amplectendam. Vide inf. n. 426.

Interroget ergo Philal. Patres suos, & dicent præmotionem à Bannez non esse inventam, sed & eum propriis chartulis irretiamus. Num. enim 33. vult Ioannem de Bononiâ in opere de prædest. impresso anno 1565. prædeterminationem reiicere contra aliquos Catholicos illam sustinentes. Et num 55. laborat ex Annato ad probandum eos, quos ante impugnat Soto, fuisse Dominicanos præmotionis assertores; sed illi diu ante Bannez erant, vt patet ergo.

14. Probo insuper ex Catechismo Romano

ex

ex decreto Conc. Trident. composito, & iussu Pii 5. edito an. 1566. in quo 1 p ad illud symboli, *Creatorem cæli, & terræ*, habetur. *Non solùm autem Deus vniversa quæ sunt, providentiâ suâ tuetur, atque administrat, verùm etiam, quæ moventur & agunt aliquid intimâ virtute ad motum atque actionem ita impellit; vt quamvis secundarum causarum efficientiam non impediat, præveniat tamen, cum ejus occultissima vis ad singula pertineat, & quemadmodum sapiens testatur, attingat à fine vsque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter.*

Refert Martinez de Prado lib. 2. phys. q. 14. §. 5. aliquos fateri catechismum exprimere præmotionem, *sed quod loquatur juxta opinionem Thomistarum, quæ erat communis illo tempore.* Alios dic[illegible] transeat catechismum id docere, quia ipse [illegible] Doctoris privati Doctrina. Alij dicunt, transeat quia est ab ordinis nostri viris concinnatus: sic etiam sibi responsum Lovanij narrat Choquetius opusc. de mixtione aquæ in calice cap. 13. Istorum refutationem, & alia ad commendationem dicti catechismi vide apud Prado loco cit. ego verò ex illis respons. habeo Catechismum & ejus compositores docere præmotionem, eámque illo tempore communem, ac proinde Bannezio antiquiorem.

Deniq; vt deducunt Salmanticenses tract. 3. de scientià Dei disp. 10. dub. 7. §. 4. si Bannez esset author præmotionis, cum sua scripta evulgaverit quinquennio ante Molinam, quo-

modo in istam novitatem nullus exsibilavit? nemo censuravit, nemo ad Pontificem detulit? cur in omni Vniversitate & in pace, & gratus Bannez, cùm novitati Molinæ omnino oppositum contigerit? Ante Bannez vel scientia communis, erat scientia media, vel præmotio; si hæc, est intentum; si illa, quis fingat esse possibile Bannem communem omnium sententiam impugnare, & tamen in tuto esse & gratum; è contra verò pro communi sententià scribentem Molinam vbique à doctis impeti, imò & Romæ ab octo Theologis à Pontifice designatis vnanimiter censurari, vt fatetur Philal. num. 110. hæc dictentur pueris, aliud probemus.

SECTIO V.

An è contra scientia media sit nova, & à Jesuitis inventa?

15. VBique gentium, ait Cano in proëm. relect. de Sacram. *Fugienda Theologo Doctrinæ novitas, quæ cum semper periculosa est, tum ferè vt vetustati, ita quoque veritati contraria.* Neque ingenij sed potiùs audaciæ & libertatis est indicium, juxta Lorcam in præfat. 1. tom. in 1. 2. dicentem; *Vt mundum novis opinionibus repleas, crede mihi, non tam opus est*

est ingenio aut eruditione, quam ingenij audaciâ & libertate. Unde miror Molinam & Fonsecam de novitate suæ sententiæ gloriari, imò pro ejus inventione inter sese pugnare?

Molina in Concord. ad q.23. art.4. & 5. habet: *Quia hæc nostra ratio conciliandæ libertatis arbitrij cum divinâ prædestinatione, à nemine quem vidimus, fuit huc-usque tradita, ideo paulò fusiùs est exponenda.* Dicit etiam quod si ea ab August. data explanatáque fuisset, Pelagiana Hæresis numquam fuisset exorta, neque ex opinione August. tot fideles fuissent turbati, nec ad Pelagianos defecissent.

Verùm id invidet Molinæ Fonseca, vultque se primum ejus inventorem lib 6. Metaph. q. 4. sect. 8. sed quomodo dicet novam, cùm viderit, exemplo Molinæ, suam sententiam ideo displicuisse? quomodo dicet novam, nisi & SS. PP. incognitam, quod tamen in Molinâ vidit reprehensum? quomodo erit ejus inventor, cùm Molina ante eum scripserit? Quantùm ad 1. quia eius inventionem sibi non potest arrogare, nisi novam fateatur, ait: *vnum illud scrupulum injiciebat ne hâc ratione novum aliquid fortaßè induceretur, quod non omni ex parte cum communi Patrum Doctrinâ, aut diligenti Scholasticorum examine, & accuratâ limâ conveniret. Neque enim quisquam erat, qui hoc pacto libertatem arbitrij nostri cum divinâ præscientiâ, apertè & vt dicitur in terminis conciliasset.* Quantùm ad secundùm etsi non audeat dicere SS. PP. contrariam, tamen nec

nec dicit ab eis omnino traditam, *sed quòd eorum dicta hoc pacto meliùs & explicari & conciliari viderentur* Quantum ad tertium dicit se illam sententiam ante 30 annos quibusdam (sc. Molinæ & Suario ait Rispolis lib. 1. q.1.) verbotenus communicasse, & se non gravate tulisse (dum aliundè ipse occuparetur) à Molina, Suario, &c. optimè emollitam: eam enim novitatem non fuerat Fonseca ausus imprimere, vt Henrice Jesuita 1. 2. disp. 7. cap. 10. Unde concludere vult Fonseca se illius scientiæ inventorem, & quod si eam priùs evulgaverit Molina, hanc ipsi verbotenùs communicaverat; sibíque esse causam id gravatè accipiendi, non tamen accipere. Sed inter eos sit lis pro inventione, dummodo ex vtroque illam scientiam esse novam pacificè habeamus.

P. Fuligatus, & P. Petra Sancta in vitâ Bellarmini lib. 3. c. 5. aiunt. *Ferè per idem tempus cæpta Romæ agitari controversia fuerat inter Religiosum Ord. S. Dominici, & Societ. nostram, circa opiniones P. Lud. Molinæ de concord. grat. & lib. arb. Quam sententiam etsi aliqui* (sc. Jesuitæ) *eò quod ex vnius privati scriptoris nata ingenio erat,* (audis ejus ortum, & nativitatem) *minimè censebant defendi debere à Societate vniversâ; attamen ei, qui tum præerant aliter deliberarunt.*

Vasquez 1. p. disp. 67. cap. 7. *Quid mirantur Scholastici Theologi si præter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, nos aliam ponamus cujus ipsi mentionem*

mentionem non fecerunt? Vide etiam ſup. n. 13. imò Tannerus 1. p. diſp. 2. q. 8. dub. 6. aſſert. 2. dicit Vaſquem ſe jactare 1. p. diſp. 65. cap. 4. & 1. 2. diſp. 189. primum adinveniſſe, quod veritas propoſitionum de futuro contingenti ſit ſufficiens ratio ex parte objecti cognoſcendi futura.

Henriquez cap. 4. de vltimo fine hominis, loquens de inventoribus ſcientię mediæ, ait: *Quidam Iuniores, &c. quaſi rem novam ſe inveniſſe putantes (nam in hâc antiquâ controverſiâ non confugiunt univerſaliter PP. & veteres Theologi ad conditionatam præſcientiam, aut ad reflexivam illam providentiam)* &c.

Et in Comment. ibid. litt. C. habet: *Hæc diſputatio de præſcientiâ futurorum conditionatorum à nobis* (ſc. Ieſuitis) *ante 20. annos excitata eſt, & contra votum noſtrum ſuſcepta eſt ſententia in Italiâ, de quâ in textu.*

Granado 1. p. tract. 5. diſp. 3. ſect. 2. loquens de ſcientiâ mediâ habet: *Nec mirum eſt ſi temporum decurſu, aliquid novi à recentioeibus Theologis excogitatum ſit.*

Herice 1. p. diſp. 7. cap. 10. *Quis neſciat hanc ſcientiam mediam latuiſſe Scholaſticos, & à noſtris PP. è tenebris, in quibus latebat, erutam diligenti PP. aſſiduâque lectione.*

Tannerus 1. p. diſp. 3. dub. 5. poſtquàm dixit recentiores, ſc. Molinam & alios, quos citaverat diſp. 2. concordare Dei providentiam cum lib. arbitrio, negando illam eſſe priorem ratione

ratione & naturâ liberâ nostrâ determinatione, ait: *Eam Concordiæ rationem à quibusdam recentioribus adferri solitam, S. Th. non fuisse cognitam; vti nec antiquioribus Theologis.*

Tiffanius lib. de priori & poster. cap. 24. n. 4. ait: *Ante Molinam de eâ scientiâ neminem cogitasse nequidem per somnium.*

Mariana lib. 4. de Regimine Societ. cap. 4. *Ab hoc præclaro fontè emanarunt illi turbines & procellæ, quibus nostra Societas tentavit exagitare sapientissimos Dominicanæ familiæ Theologos, quos potius venerari debebat, vt purioris Doctrinæ Antistites, quam sequi hesterna Ludo. Molinæ commenta, cujus viri libellus ab examine Theologorum S. Inquisitionis delatus fuit Romam, vbi modo lib. arb. contra gratiam pro palmâ luctatur.*

Joan. Sanchez relatus à Philal. n. 130. ait: *Molinæ scripta in disputationibus Scholasticis lucem absconditis rebus emisisse.* Illa autem indubiè sunt, quæ Molina in suâ Concord. vult August. quasi caligantem latuisse.

Imò Philal. ipse n. 121. fin. volens nolens scientiam mediam novam & juvenem fatetur, dum ei illo Regij Vatis Hemistichio corollam texere sibi phantasiatur: *Sæpè expugnaverunt me à juventute meâ, etenim non potuerunt mihi.*

Jdem proculdubio volunt Borull. & Henao apud Philal. n. 1. dùm Molinam caput & stipitem totius generationis defensorum scientiæ mediæ hoc versu constituunt. *Felix prole virum centum complexa nepotes.*

Thomas

Thomas Bonartes lib. Colon. impresso an. 1659. & inscripto: *Concordia scientiæ cum fide*, &c. refutat novitatem scientiæ mediæ, eámque dicit *Deo esse indecoram, hominibus horrendam*, &c. ita ipse, non ego. Tamen liber iste damnatus est ob errores circa mysterium Jncarnationis, & Eucharistię. Vide P. Baron lib. 2. Apol. sect. 1 art. 2. §. 2.

Omnes isti Iesuitę sunt: & cum, vt aptè refert Gonet ex Novatiano, firmum sit genus probationis, quòd ab adversarijs sumitur, crediderim cordatum de scientiæ mediæ novitate non dubitaturum. Certè si nova non esset, cur eâ vsum non est Concil. Trident. ad refutandum Calvinum? Cur admittit antecedens Calvini, sc. Deum movere voluntatem; & solùm deducit esse malam ejus consequentiam, sc. ab illâ motione tolli libertatem, sess. 6. can. 4. cùm opposito modo procedant scientię medię assertores sc. legitimando Calvini consequentiam, & negando ejus antec; licet communiter hæretici cum Catholicis conveniant in principijs, & in conclusionibus deductis differant?

16. Percurre totam antiquitatem Catholicorum, nusquam scientiam mediam deprehendes antè Molinam, vt etiam postea patebit. Jmò nisi ad Semipelagianos recurras nil ei simile reperies; quò tamen ego cursum prohibeo, & cùm Molinâ ei novitatem concedo; licet nonnulli Iesuitæ illam antiquitatem non omnino

omnino detrectent. Alij fatentes eam à Semipelagianis admissam, sed eos malè eâ vsos, benè autem eâ Molinistas vti. Ita Suarez tract. de prædest. lib. 2. cap. 5. Alij ex Prospero rationes Semipelagianorum in probationes assumentes, quas habet Prosper pro objectionibus, eásque soluit; vt P. Ripalda lib. contra Bajanos. Alij vt scientiæ mediæ hanc antiquitatem non indecoram faciant, Semipelagianos absoluunt, & Catholicos faciunt. Sic P. Sirmundus Semipelagianos studio partium pro hæreticis habitos satis significat Histor. Prædest. cap 8. *Difficilè non erat condemnationem librorum Fausti Rhegiensis sperare ab Afris Episcopis (inter quos erant Fulgentius, plurésque D. Aug. discipuli) apud quos nata Prædestinatianorum hæresis in multorum adhuc mentibus hærebat.* Sic Mariana lib. 3. de morte cap. 8. ait: *quæ à Cassiano dicta sunt omnia de gratiâ & lib. arb. à viris eruditis nostrâ ætate diffendi quasi pietati consona, neque deflexa à fidei regulâ sanctâ. Benè consultum esset Triadi Patrum, Augustino, Fulgentio, & Prospero, si perindè Catholici haberentur ac Cassianus. Faustus, alijque Massilienses.* Idem ferè Paulus Leonardi p. 3. n. 8. ídque firmat ex P. Vasquez, Suarez, & Theoph. Raynaudo. An eò etiam collimabat P. Halloix lib. inscripto, *Origenes defensus*, &c. Et à Rom. Inquisitione prohibito: & Tannerus 1. 2. disp. 6. q. 2. dub. 7. sic probans suam 1. assert. *Tertio idem docent antiqui SS. PP. Origenes lib. 3. Periarchon, Chrysostomus*, &c.

Quasi

Quasi jam Origenes non modo esset S. Pater, sed & caput & primipilus SS. PP. aliis iudicandum relinquo. Ego verò satius iudico relinquere Molinam in possessione inventionis scientiæ mediæ, eamque cum ipso & alijs novam fateri.

17. Id etiam suaderi posset, quia adversariis in nullius Doctoris verba rigidè adstrictis, vt innuit Philal. n. 1. mira est novorum fæcunditas; quæ ex variis Theologiæ, tum Philosophiæ positionibus probari posset, sed iis omissis sufficiat legere Julium Clementem Scotum, *De potestate Pontificis in Societatem Jesu* p. 6. cap. 4. qui id latè tractat à fol. 268. vsque 292. vnde §. *Pono* 25. refert quod in lib. regul. c. 45. regul. 54. Provincialis habet: *Cum opinionum novitas vel diversitas, non modò finem ipsum, quem Societas propositum habet, impedire possit; sed etiam ipsum Societatis statum maximè labefactare; necesse est ingeniorum licentiam in opinionibus vel introducendis vel sectandis certâ aliquâ lege coërcere*, &c. Et p. 7. fol. 365. refert Vitellescum an. 1617. die 4. Ian. litteris datis ad Superiores sic impensè commendare: *Nonnullorum ex Societate sententiæ, in rebus præsertim ad mores spectantibus, plus nimio liberæ, non modo periculum est ne ipsam evertant, sed ne etiam Ecclesiæ Dei vniversæ insignia afferant detrimenta. Omni itaque studio perficiant, vt qui docent scribuntue, è minimè hâc regulâ, & normâ in delectu sententiarum vtantur: Tueri quis potest; Probabilis est; Authore non caret*, &c. Uide Prado tomo 1. Theol. moralis.

C

Ex eâ ergo novitatum prurigine, scientia media de novitate est suspecta; & cum de ejus inventione glorientur Iesuitæ, imò certent inter sese, salva res est.

APPENDIX.

18. Ex his postremis sectionibus liquere potest, Thomistas non esse de eorum numero, qui juxta Cassiodorum, Inst. cap. 11. *Putant esse laudabile, si quid contra antiquos sapiant, & aliquid novi, vt periti videantur, inveniant.* Imò verò novitatibus se semper opposuerunt, suis nequidem parcentes; vt quoad P. Mancium in quodam Capit. Provinciali factum narrat ex Medina P. Henriquez Iesuita lib. de vlt. fine cap. 6. n. 6. Comment. litt. K. Et cum juxta Lirinensem, eo quisque sit religiosior, quo magis novitatibus reluctatur; Laudandi veniunt Thomistę quod Molinæ scientiam novam, ab incunabulis impetierint pro antiquitatis custodiâ, & tutelâ: vt & sincerè facit R. P. Baëza Iesuita lib. 15. cap. 20. n. 7. *Laudo, ait, S. Prædic. Ordinem, qui pro fide stans, vbi Ludou. Molinæ Soc. Jesu splendissimi Theologi Concordiam de lib. arb. suspectam habuit, rem ad fidei Iudicem Pontificem detulit, & vel suspecta commata asterisco notans, coram tanto Iudice alacriter pro fide pugnavit.*

19. Hunc pro antiquitate contra novitates zelum propheticè in FF. Præd. Ordine subodoratus

ratus est Abbas Ioachim Ord. Cisterc. (qui multa de Ordine nostro futuro prophetavit, vt in Chronicis nostris leges) in expositione Hieremiæ apud Belluacensem in speculo Histor. lib. 31. cap. 108. vbi prænunciatis miseriis futuris in Ecclesiâ circa an. 1200. sc. per hæresim Albigensium, sic ait de Ord. FF. Præd. confirmato an. 1216. sub Honorio 3. vt Belluac. ibid. lib. 30. cap. 66.

Tales ergo Doctores (ij sc. quorum tribus veste Prædic. indutis Bevaniæ in 3. Lunis nocte, & 3. solibus die, circa Ordinis initia apparentibus, quibus BB. Th. Aquin. Ambros. Samsedonium, Iac. de Bevaniâ figuratos volunt, pueri per plateas decurrentes conclamabant; Ad Scholas, Ad Scholas Magistri nostri advenerunt. Vt Ord. Chron.) *Et tales Prophetæ mittendi sunt, qui non solum inferiores homines, sed etiam ipsos Pontifices & Prælatos fulgurent & non palpent.* (hujus exempla vide apud P. Baron lib. 1. Apol. sect. 3. art. 2. §. 1. & 2.) *Revelandi nimirùm in proximo sunt Doctores Prædicatoresque fideles, qui & terrena carnaliáque corda omni plagâ percutiant, & elatis ac tumidis Magistris silentium suis studiis ponant. Et licet Ordo ille* (Prædic. sc. quos refert ly, ille) *futurus, ad obedientiam sit oriturus, tamen à Prophetis est prænuntiatus*, &c. *Hi sunt fideles in doctrinâ, spirituales in vitâ, obedientes in pressurâ. Formatus est igitur Ordo iste ad instar Hieremiæ in Ecclesiâ generali, sanctificatus in observantiâ regulari*, (observantiam regulæ &

constitutionum sibi sufficere ad Canonizandum Dominicanum dicebat Clem. 8.) *ne quis eum de vitæ merito reprehendat. Puto etiam quod sicut olim Deus Patres elegit senes, secundò Apostolos juniores ,ita & nunc tertiò pueros ad litteram eligat* (S.Th. circa 15. ætatis an. libros componit, & 25. annos natus Magister est appellatus) *propter eos, quibus vetera viluerunt.*

Joachimi autem merita, ex ipso Innocentio damnante aliquot ejus sententias, vide apud Belluac. ibid. lib. 30. cap.64.& lib. 29. cap.40.

Hæc est summa Thomistarum prophetica gloria; eos sc: *esse fideles in doctrinâ*, & *electos propter eos quibus vetera viluerunt*. Antiquitatis cultum & amorem sat ostendit in sui Ord. fundatione S. P. N. Dominicus, apud Belluac. lib.30. cit. cap.65. dum suis non nisi antiquam D.August. Regulam voluit, *Sciens*, ait Belluac. D. Th. coævus, *validiora esse ædificia, quæ fundamentis ex antiquo suppositis innituntur; viasque antiquas & Regias novis semitis tutiores, dicente Domino: state super vias vestras & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in eâ.* Hunc pro antiquitate zelum in suos transfudit, & maximè in D.Thomam, pius Parens; eumdem in omnes suos discipulos, & sinceros legitimósque Thomistas S. Thomas; vt proinde de Thomistis dicere liceat illud August. lib. 2. cont. Iul. *Quod invenerunt in Ecclesiâ, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.*

Ex

Ex quibus omnibus jam concludo contra Philal. argumento generali; Cum præmotio physica non habeat Bannesium inventorem; Neque Ordo FF. Præd. laboret novitatum prurigine, imo sit electus propter eos quibus vetera viluerunt: & Dominici Catulo à Paulo Doctore gratiæ dictum videatur in Timotheo, *Depositum Custodi*: *nimirum*, ait Lirinensis, *Quod tibi creditum est, non à te inventum, quod accepisti, non quod excogitasti*: Frustra laborat Philal. vt concursum illum prævium antiquis tum Thomistis, tum aliis fingat incognitum. Et cum scientia media testibus ipsis adversariis nova sit, cúmque ipsi in novitates sint propensi, frustra laborat Philal. vt pro eâ totam antiquitatem stare suadeat. Quod vtrumque planè advertes in seqq. Vt verò insuper advertas in limine Philal. nomen sibi indidisse speciosum sine re, totumque esse nominalem non realem, paucis accipe ejus nomenclaturam.

SECTIO VI.

Brevis Nomenclatura Germani Philalethis Eupistini.

20. CVm *voces sint signa intellectuum*, S. Th. 1. p. q. 13. art. 1. *secundum quod aliquid à nobis intellectu cognosci potest sic à nobis potest nominari.* Philal. suimet sibi magis conscius, vt

de ſemetipſo teſtimonium perhibeat, ſibi ſit patrinus nomenq; imponit novum, quo præclaras ſcriptoris dotes exprimat: ſe *Germanum* nominat; quaſi nil, niſi candorem & ſinceritatem, loquatur: *Philalethem*; quaſi puram veritatem amet & quærat, falſumque inſequatur: *Eupiſtinum*; quaſi totus bonæ fidei, nullum fallendi animum habeat. Sed in quo Baptiſterio, an ſolum nominalium, an etiam realium hoc nomen ſibi indiderit? adverte.

Germanus non eſt, dum contra omnem ſinceritatem vt Bellarminum etiam iuvenem nobis ſurripiat, & ejus primam ſententiam non debere cenſeri eam, quam docuit Lovanij, nec ex eâ de ejus ſenſu judicandum ſuadeat; cum juvenem, quem Hieronymo ſeni comparant Fuligatus, & Petra Sancta in ejus vitâ; quem totius Vniverſitatis Lovanienſis Magiſtrum habitum ſcribunt, tantæque ſapientiæ vt vndequaque ad audiendam ejus ſapientiam inſtar Reginæ Saba confluerent etiam diſſiti: hunc, inquam, Philal. fingit n. 15. velut inculti & adhuc hebetis ingenij, ita vt Theol. difficultates necdum poſſet examinare, ſicque nec de eis iudicare. Hæc eſt Philal Germana ſinceritas quam vide articulatim inf. n. 26. Similiter vt P. Henriquez planè pro nobis loquentem, nobis ſubtrahat; hunc doctiſſimum virum, Socium ſuum, impetit; ejus authoritatem dilacerat; & veluti Lunaticus fuiſſet (quod abfuit) eum ſibimet contrarium exhibere nititur;

hocque

hocque vnum ei concedit, quod aliorum opiniones tumultuariè congestans, confusè scripserit: vide infra n. 55. Eâdem sinceritate vbique procedit ex imposturis quas videre potes sup. sect. 2. Et nobis faventes authores deprimit sincerè eis calumniando, dum Censuram Lovaniensem & Duacensem dicit damnatam, & prohibitam n 82. dum Censores Romanos ait constantes in Censurâ Molinæ, metu levitatis & inconstantiæ n. 112. dum testem Actorum in Congreg. de auxiliis, quem Salmanticenses vocant Sanctissimum, Philal. n. 114. vocat imprudentem, perfidum, &c. alias hujus sinceritatis praxes postea leges sæpè.

21. *Philalethes* etiam non est, cum, vt à vero fugiat suosmet Bellarminum & Henriquez graviter impetat, & cruentet; imposturis suis falsa veris substituat, & veritatis præcones colaphizet. Certè veritatem non amat, qui contradictionibus plenus est, qui sine fundamento antiquis assertis contrait, eaque magis querit eludere, quam veritatem probare. Contradictoria autem profert Philal. dum n. 47. dicit nullum Scotistarum nobis consentire, & num. 28. oppositum fatetur de P. Francisco de Herrera: dum num. 66. dicit Bannezium præmotionis physicæ inventorem, & num. 33. & n. 55. vult esse aliorum Bannezio antiquorum. dum n. 23. accenset præmotionem causis variabilibus, quam tamen vult esse inflexibilem, & fatalem necessitatem. Plures contradictio-

nes deteges postea. Sua autem hoc vno profert vt vera vbique, quia sic vnus Iesuita, puta Henao, Leonardi, Ripalda, &c. dicit; de quo vide inf. n. 437. Denique toto hoc opere deprehendes eum planè à vero deflectere, dum pro se citat, sibi planè contrarios, aut nobis surripere conatur reluctantes & dissentientes, & manibus pedibusque ad nos currentes.

Eupistinus non est: quia præter dicta, malâ fide truncat authores, vt videre potes inf. n. 31. 59. 92. 95. 96. 110. 239. & 240. 247. 264. 299. 361. &c. Imò opponit authores qui in terminis nobis favent, vt cernes cap. 5. verbo vno toto hoc libro experieris Germanum Philal. Eupistinum non esse realem sed purè nominalem: & vbique in ipso rem per nomen significatam desiderabis.



CAPVT SECVNDUM.

PARS I. *An aliqui Jesuitæ præmotionem doceant?*

SECTIO I.

An Bellarminus non adulteratus faveat præmotioni?

AErem verberat Philal. dum magno strepitu probat Bellarm. adulteratum præmotionem

nem reiicere; illâ enim ex parte hostes somniat, neque enim nos, neque P. Gonet id ab adulterato volumus, imò in hoc quod præmotionem reiiciat volumus adulteratum. Producamus ergo Philal. quâ ex parte stet acies nostra vt postea colluctemur.

§. 1. *Asserta Thomistarum de Bellarmino.*

23. Asser. 1um Prima opinio Bellarmini, seu quam Lovanij docuit (ibi enim incepit docere) fuit præmotio Thomistica.

Prob 1. quia Doctores Lovanienses, vt testes oculati, & auriti id protestantur in Epistolâ Censuræ adversus Lessium præmissâ. 2° in vitâ Bellarm. à Fuligato, & Petrâ S. Jesuitis editâ Antuerpiæ lib. 2 cap. 3 dicitur, quod cum Vniversitate Lovaniensi *nulla fovit opinionum dissidia, sed habitus est semper ab omnibus Magister.* Sed notum est Vniversitatem Lovaniensem tunc repudiare sententiam Lessij, & stare pro gratiâ præmovente, ergo. 3° id etiam non negat Philal. sed potius ex ejus dictatis probat n. 15.

24. Assert. 2. opera Bellarmini in materiâ gratiæ fuerunt à Iesuitis in Germaniâ adulterata, seu immutata.

Prob. 1°. quia in cit. vitâ Bellarm. lib. 2. c. 5. habetur: *Quando volumina Controversiarum disposita, vt in lucem edi possent; non modò æquanimiter sicut ipsemet* (Bellarm.) *deinde Benedicto Iustiniano testatus est, sed cum hilaritate etiam passus est à PP. Societatis in Germaniâ, quoad pauculas opiniones immutari, in spem fructus inter hæreticos vberioris:*

ſed illam ſpem habebant ex ſcientiâ mediâ, & deſperabant ex præmotione; nec adferri ſincerè poteſt alia ſub hâc ſpe mutatio ergo.

Prob. min. pro 1.p. quia in cit. vitâ Bellarm. lib 3. cap vlt. dicitur; ſcientiam mediam à Societate ſuſceptam *quia iudicabatur in primis idonea ad noſtri ævi hæreſes pervincendas*. Ergo.

2.p. patet tum ex 1. tum ex Epiſt. Ieſuitarũ Herbipol. à Philal. num. 77. relatâ, 3ª. etiam, hoc namque fuiſſet pridem productum, ſi poſſet ſincerè. Quidã Ieſuita dum in theſibus publicis ſuper hoc à nobis hîc vrgeretur, reſpondit immutatum in illis lineis aliquot quę non ſunt in poſterioribus editionibus in fine cap. 14. lib 4. de grat. ſed iſtam diuinationem facile fuit retundere: vel enim iſta mutatio fuiſſet, iſtas lineas intrudendo, vel tollendo; non 2ᵘᵐ. quia habentur in primis editionibus, nec 1ᵘᵐ. quia mutatio facta eſt ſpe fructus inter hæreticos vberioris; ſed ex intruſione illarum linearum non poteſt id ſperari, ſed potius oppoſitum; cum calumnientur ſententiam noſtram eſſe conformem Calvino, quo in ſuâ hæreſi Calvinus magis confirmaretur, audiens illam etiam eſſe Catholicorum; & is eſt fructus zeli quo adverſarij imponunt & calumniantur præmotioni. Tum quia illæ lineæ non continent ſpecialem opinionem, ſed calumniam ex opinione illatam, ergo earum mutatio non eſt mutatio opinionum. Denique mutatio opinionum eſt de oppoſitâ in oppoſitam, ergo ſi ſic mutatus eſt

in

in iis lineis, antea opinabatur præmotionem non tollere libertatem, nec convenire cum Calvino; cum illis lineis oppositum affirmet: cum autem eâ solâ ratione modò præmotionem reiiciat, palam est præsentia non esse nisi Jesuitarum Germanorum.

Uix minùs quoad illas lineas errat Philal. dum n.6. ait sublatas ob decretum Pauli 5. editum an.1606. Cum ante illud decretum, & in impressione Jngolstadiensi an. 1601. sublatæ sint.

Jtaque in eis lineis immutatum scimus Bellarm. sed eam esse mutationem, de quâ in ejus vitâ sup. negamus. Jmò ferè eadem habes lib.1. de grat. & lib. arb. c.12.

Prob. 2°. in eâdem vitâ Bellarm. lib. 7. c. 4. sic testatur P. Eudæmon: *Illust Card Bellarm. 4. idus 7bris anno 1621. mihi Andreæ Eudæmon Ioanni è Societate Iesu injunxit vt testificarer, quæ ipse cuncta pridem scripserat edideratque pro fidei & Religionis Cath. defensione, ea rursus affirmari à se & cum eâdem fide, quam tutatus vivens fuerat, se pariter mori. Item quoad opiniones de auxilijs gratiæ Dei, quæ inter scriptores Societatis Iesu & Catholicos Auctores alios, hodiéque agitantur, à se rata omnino haberi, & credi, se dedisse veritati, quæ in libris Controversiarum de ijsdem asseruit, neque sententiam primam se vllatenus mutavisse.* Ex quo sic probo adulteratum; quia protestatum vult se 1um sententiam nullatenus mutavisse, sed prima ejus sententia fuit præmotio vt assert. 1. Ergo.

Hâc

Hâc ratione adverte eum hîc ex intento omittere verbum, *ediderat*, quo vsus fuerat pro alijs materijs; & vti ly, *dedisse veritati quæ in libris Controv. asseruit*; vel 2$^{um.}$ Ramirez & Allegambe à Philal. citatos, *quæ scripserat*, vt innueret hâc in parte nolle rata haberi, edita de gratiâ (alias enim falsum dixisset, & recessisset à 1$^{a.}$ sententiâ) sed solum illa quæ dedit veritati, asseruit, & scripsit (edita euim de gratiâ non scripsit, sed sui immutatores) hæc autem fuisse præmotionem, prob.

3° Bellarm. materiam suarum Controversiarum congregavit Lovànij, ita vt postea solâ dispositione opus fuerit, sed materia, quam ibi congregavit de gratiá, est pro præmotione, vt asserto 1. ergo. Prob. maj. In vitâ citatâ lib. 2. cap. 3. fin. habetur: *Tum* (sc. quando erat Lovanij) *ex varijs quasi elementis congregavit materiam, vnde extrui ad admirationem opus Controversiarum posset.*

4° In materiâ de gratiâ multa reperiuntur, quæ sibi non cohærent, & multa relicta sunt, quæ præmotioni favent, quod signum est aperte mutationis. Ant. pluries suis notis marginalibus & manuscriptis observavit D. Lintrensis; vbi enim Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. cap. 12. graviter censurat sententiam dicentium efficaciam gratiæ sumi à cooperatione humanâ, sic in margine habet Lintrensis, *Rei veritate non differt hic author ab illis infra* 108. Seu in fine cap. 13. & reverà hoc ibi deprehendes.

Denique

Denique quo magis suadeat adulteratum, monet Lintrensis ibi, legendum juxta suum illud exemplar in 8. impres. Ingolstadij 1587. de verbo Dei pag. 202. de Monachis pag. 329. de justificatione pag. 237. vbi eum pro pręmotione deteges. Insuper lib. 4. de grat. cap. 14. negat contra Almainum concursum Dei non esse de præreqiusitis, quod non quadrat concursui simultaneo qui non est prior actione· Hoc advertentes qui Bellarm. recudi curarunt Ingolst. anno 1601. addi curarunt: *Loquimur enim de concursu Dei in actu primo.* Quæ in dictâ impressione Jngolst. 1587. non habentur. In quâ è contra ibidem in fine aliqua habentur, quæ non sunt in impress. anni 1601.

Assert. 3. Bellarminus sic est adulteratus, quod tamen adhuc doceat præmotionem esse de mente D. Thomæ, & probabiliorem, &c.

Hoc sic probat Gonet tomo 7 Clypei disp. 6. art. 2. §. 4. *Bellarm. lib. 4. de lib. arb. cap. 11. Non diffitetur hanc esse D. Angelici sententiam*, *ait enim: 3° observandum est posse quatuor modis voluntatem à Deo inclinari ad aliquid appetendum, vel fugiendum; 1°. efficienter & physicè immediatè illam movendo, & determinando ad vnum; nam si potest ipsa se determinare cur non possit etiam Deus eam determinare?* & postea subdit D. Thomam hunc modum docuisse q. 22. de verit. art. 8.

Item cap. 16. habet: *Altera ratio conciliandi libertatem humanam cum cooperatione divinâ, & fortasse etiam probabilior, est juxta sententiam S. Thom.*

qui

qui docet cooperationem divinam ita concurrere cum causis secundis, etiam liberis, vt non solum eis dederit & conservet virtutes operatrices, sed etiam eas moveat & applicet ad opus, vt cognosci potest ex 1.p.q.105. art.5.& lib.3.Cont.gent. cap.70. & q.3. de potentiâ ari. 7. quae sententia videtur valde consentanea, tum Scripturae, quae dicit nos in Deo esse, vivere, & moveri: tum etiam rationi, & ordini, quem habet causa 1ª cum 2ª. En dicta nostra quae sola debebat Philal. impugnare.

§. 2. Reijciuntur dicta Philal. & vindicatur gloria Bellarmini juvenis, à Philal. ad eludendum depressa.

26. Assert. 1um. non audet negare Philâl. sed vt eludat, dicit Bellarmini sententiam de motione causae 1ª non esse petendam ex iis quae juvenis docuit; 1°. quia Lovanij praelegit sub ann. aetatis 28. 2° concionando occupatus, 3°. alienis fortè vsus scriptis; 4°. Cùm Theologiae difficultates per aetatem necdum satis examinare potuisset; 5°. imò teste P. Allegambe, non nisi pauculas qq. ex 2. & 3. p. discipulus audiisset; 6° sed petendam ex Controversiis quas provectior in lucem dedit. Sicut SS. Aug. & Thô. sententia, non ex eis quae iuvenes, sed seniores ediderunt exquiritur.

Resp. ad 1. quod vt ex cit. vitâ fol. 74. colligere est & fol. 75. Bellarm. ab anno aetat. 28. docuit vsque ad 34. Sed nego conf. quia in cit. vitâ fol. 78. comparatur Bellarminus Iuvenis Hieronymo seni: quis autem dicat Hieronymum

mum ſenem incapacem penetrandi difficultates Theologicas? & fol. 74. dicitur quod in Academiâ Lovan. *habitus eſt ſemper ab omnibus Magiſter*. Qualem autem Magiſtrum fingit Philal?

Ad 2. verum eſt concionibus fuiſſe occupatum, ſc. eis ſolis 1. anno quo fuit Lovanij, eis & lectionibus quinquennio, ſolis lectionibus anno ſeptimo vt in vitâ fol. 74. ſed eis non impeditum conſtat, 1° quia Concionatorem egit iuvenis, & antequam eſſet in Sacris Florentiæ (vt etiâm probatur ex quâdam devotâ fol. 56.) in Monte Regali, & Patavij cum tali applauſu (in vitâ fol. 56.) vt Rector Montis Regalis de eo ſcripſerit ad Generalem, *Nunquam ſic, vt ipſe, locutus eſt homo.*

2° Tantæ erat facilitatis in prædicando juxta fol. 57 *Quod Latinè tantum annotabat capita rerum tametſi Italicè concionaturus: haud minus præſtans ex tempore, quam à curâ fuiſſet.* Et hoc quidem antequam eſſet Lovanij.

3° Ex tam longo & facili vſu habebat omnes conciones quas etiam ſciebat gratas populo, & 1° anno quo fuit Lovanij indubiè plures compoſuit, vnde concio ſibi erat animi levamen, non ſtudiorum turbatio.

Ad 3um ſi alicujus vſus eſſet ſcriptis, illa eſſent quæ in 1. p. S. Th. à dictante P. Carolo Ieſuitâ Patavij excepit vt fol. 62. ſicque cum Bellarm. illum habebimus noſtrum. Sed hoc non eſt credibile de æquali Hieronymo ſeni, de totius vniverſitatis Lov. Magiſtro, &, vt fol.

fol. 76. habente ſcientiam infuſam, ſeu donum ſpeciale. Maximè cum vt fol. 74. biennium 1ª. parti inſumpſerit, & ſexennium pro totâ ſummâ, nec niſi initium tertiæ partis attigiſſet.

4um. Eſt valdè injurioſum Bellarm. vt ex dictis patet: & ad 5. patebit: Inſuper in vitâ fol. 74. ſic docuiſſe dicitur Lovanij, vt *Rumor, quem excitaverat in tradendâ Theologiâ, auditus ſit adeo latè, vt ferè fidem excedat.* Et additur: *eâ famâ ſunt evocati plurimi è diverſis partibus tum Catholici, tum hæretici.*

5um. Falſum eſt; cum vt fol. 62. Patavij 1. p. ſub P. Carolo Ieſuitâ audierit, quod & habes fol. 73. ejuſdem vitæ. Imò vt habes fol. 63. dum adhuc Theologiam audiret Patavij, Genuæ Theſes de re omni, *ex libris Rhetor. Logicæ, Phyſ. & Metaph. Ariſt. atque ex partibus Theologiæ D. Th.* biduum integrum defendit, *De quibus diſſeruit quidem cum præſide, ſed audiebatur admiratione pari* ſed audi ampliora ibid. *Cum nata eſſet diſſimilitudo opinionum inter ipſum & P. Carolum qui ei præſidebat, Præpoſitus Provincialis præſidem commone-fecit, ſileret interim, permitterètque Roberto, vt reſponſione, quâ mallet, argumenti vim dilueret.* Quod ſi is qui defendit de omni ſcibili biduo integro, æqualiter auditus ac ſuus Præſes; imò cujus reſolutio Præſidis reſolutioni pręfertur, ſolum pauculas qq. & quidem ex 2. & 3. p. audivit: mirare ingenium, fatere in eo ſcientiam infuſam, & Philal. ei ſummè injurium.

Ad

Ad 6. dist. si non essent adulteratæ conc. cum autem constet adulteratas nego. imò hinc infertur oppositum, & ex eis non quærendam. Insuper cum morti proximus voluerit testatum omnibus, se mori in primâ suâ sententiâ, mens ejus requirenda est ex 1â. ejus sententiâ.

Exemplum SS. Aug. & Th. non quadrat ex dictâ protestatione, & certâ adulteratione. Vide ergo quomodo in Philal. recidat quod ipse in P. Gonet putavit inijcere, sc. ipsum fallere voluisse, dum Bellarm. talem in juventute, traducit tanquam obtusi ingenij, vt sic nos à primæ ejus sententiæ inspectione dimoveat.

27. Ad 2um assertum Resp. Philal. num. 6. opera Bellarmini non esse adulterata, & probat ex recognitione operum Bellarmini adjuncta 2. tomo editionis Colon. anni 1615.

Jllam recognitionem requisitam videre non potui, nec opus fuit: 1°. quia per hoc non probatur non fuisse adulteratum, sed solùm postea legitimasse adulterationem. Vnde hinc adhuc manet primam ejus sententiam fuisse immutatam.

2°. Cum semel inventum sit decies factum, nisi probet Philalet. Bellarmini Controversias non fuisse priùs adulteratas, dicta recognitio reputabitur adulterina; & non à Bellarmino, sed ab iisdem sociis Germanis, vel si à Bellarm. non ex propriâ sententiâ, sed amicorum suasu & judicio facta.

. Et hoc facilè est sibi persuadere ex fol. 97. cit. vitæ Bellarmini. Ubi habes quod solebat acquiescere aliorum censurę, etsi ingenia dissimilia consuleret. Et ibid. additur; quod in recognitione suorum operum edendorum vsus sit maximè operâ Uitellesci, Benedicti Iustiniani, & Andreæ Eudæmon Iesuitarum, qui cum monerent aliqua mutanda statim acquiescebat; & quod *interdum illud solum vsurpabat: sentiebam ergo aliter, sed judicium vestrum optimum est*. Vide ibi seqq. Cùm ergo tantum deferret Vitellesco (qui factus Generalis decretum P. Aquavivæ contra ejus mentem videtur etiam recognovisse vt infra ostendetur) quid mirareris si illam recognitionem à Iesuitis Coloniensibus velut ex Bellarm. voto, quia suo, fieri curasset Uitellescus; vel à Bellarmino ipso sed dicente: *Sentiebam ego aliter*, &c. Et si Vitellesco judicante non expedire Commentaria Bellarm. in Epistolas Pauli edi in lucem (ideo fortè quia cum Apostolo persistebat in suâ 1ª. sententiâ pro præmotione Bellarm. vt sincerus illarum epistolarum interpres à materiâ cogitur)noluit ex tunc Bellarm. opus edi in lucem, aut aliorum tentare judicia, vt habes fol. 99. Et si nihil edebat nisi quod ille, & Iustinianus, & Eudæmon judicabant edenda, vt ibid. quid mirùm si è contra ex eorum judicio pius Cardinalis pro honore suorum sociorum Germanorum, dictam recognitionem edidisset? Jnsuper non est credibile adeo doctum Cardinalem

lem recognoviſſe ex proprio judicio, ea quæ adeo inter ſe pugnant, vt ſupra.

3°. Sat manifeſtavit vel illam recognitionem non eſſe ſuam ſententiam, vel ſaltem illam etiam recognoſcere & revocare; dum morti proximus teſtatum voluit ſe mori in primâ ſententiâ, ſeque ab eâ nunquam receſſiſſe vt ſupra retuli dicto 2. cum autem prima ſua ſententia fuerit præmotio, ſi nunquam à 1ᵃ. ſuâ ſententiâ receſſit, mortuus eſt perſiſtens in ſententiâ de præmotione, alias aliquando ab eâ receſſiſſet. Et hoc fortè quia cum novitates horreret opinionum vt in vitâ fol. 179. & ſcientia media ſit nova vt ibid. fol. 261. noluit in eâ novitate mori, & ne fortè alicujus ſimulationis reus moreretur, dum ſineret vt ſua traduci quæ tamen ab aliis erant immutata, voluit occaſionem ſubtrahere, & omnibus teſtari ſe approbare quæ ſcripſerat de gratiâ (non loquendo de editis) & ſe à primâ ſententiâ, quam conſtat fuiſſe præmotionem, non recedere.

28. Ad probat. autem noſtram ex vitâ Bellar. Reſp. Philal. quod illa immutatio non fuit facta in materiâ de auxilijs, cum ibid. habeatur eum in opinionibus authoritate aut ratione firmâ nitentibus fuiſſe immobilem; quod, vt ibid. *clarè agnitum eſt in his quæ evenere circa editas opiniones de prædeſtinatione, & auxilijs.* 2°. id probat quia ibid. lib. 3. cap. 5. (& non lib. 2. cap. 3.) referuntur acta Bellarm. in Controverſia de auxiliis coram Clem. 8. 3°. quia pro-

nuntiavit quod Clemens nunquam hanc materiam definiret; & quod si id tentaret, prius eum vita deficeret. Deinde refert Epist. Bellarm. quâ scribit Pontificem nil decrevisse circa prædeterminationem physicam, vel alia Controversa; & quod si decerneret esset contra prædeterminationem. Sed hæc frivola sunt.

1um. quidem quia non dico quod Petra S. dicat in terminis hâc in materiâ mutatum, hoc enim ne expectes ab adversarijs; sed dico id colligi, tum ex fine mutationis; tum ex aliquot alijs posterioribus mutationibus in eâdem materiâ; tum ex contradictione eorum quæ ibi habentur; tum quia nec possunt adduci aliæ mutationes *spe fructus apud hæreticos vberioris.*

Jmò ex 1o. relatis ex Petra S. id etiam deduco (quod fortè ipse non prævidit se sat occultasse) Bellarm. in opinionibus in materiâ gratiæ authoritate & ratione firmâ nitentibus fuit immobilis, sed præmotionem docens Lovanij sciebat illam niti authoritate D.Thomæ, cum eam doceret vt ejus interpres; imò etiam in controversijs immutatis eam docet esse D. Thomæ, imò & firmioribus rationibus nixam, quia dicit probabiliorem; Aliunde scientia media, fatente Molinâ ipso, est contraria August. & Thomæ; & cum sit nata ex ingenio Molinæ non habebat rationes nisi Molinæ, quas non credo æquandas rationibus Aug. & Thomæ, ergo

ergo in 1ª illâ sententiâ fuit immobilis; vt nec mirum si moriens in eã persistat.

Ad 2um (an verum sit quod ibi Petra S. refert non discutio, cum tamen sit mirum illa scripta lucem non videre aliis minoris notę in lucem datis, nec qui acta Congregationum Romæ scripserunt illorum Bellarmini scriptorum meminerint) Dico inde non fieri Bellar. à præmotione recessisse; Bellarminus enim Societatis honorem vt suum reputabat, cúmque ex definitione Clementis 8 periclitaretur Societatis honor (vt etiam Jesuitas monuerat Baronius, vt ad D. de Uillars scribit) potuit scripta exhibere Pontifici vt definitio suspenderetur, non quod oppositum iudicaret.

29. Ad 3. vel hoc dixit Bellarm. Prophetico spiritu, quasi Dei justitia Clementis 8. definitionem, quam tentasset, detestata, morte punivisset magnum illum & iustum Pontificem, qui non ex odio Societatis, vt ostendit Paulus Leonardi 1. p. sect. 13. in fine, sed puro zelo boni & pacis Ecclesiæ & veritatis, procedebat; quod incredibile est, nec sincerus amor Bellarm. erga Clementem hoc verbum ei celasset; & tamen soli Cardinali à Monte mysterium hoc revelavit. Uel id dixit, quia sciebat sollicitationes Iesuitarum pro hoc negotio, quomodo vrgerent aliquot Doctorum, vniversitatum, Principum, imò & fæminarum Imperatricum & Reginarum, vt refert Philal. Commendatitias Epistolas; quia sciebat quibus

sumptibus non parcerent in hoc negotio, vt refert Mariana; & si hoc dixit hâc de causâ, adversarijs nil favet, sed potius obesset, saltem apud eos qui solum & purum veritatis studium requirunt.

Quantùm ad ejus Epistolam, fictam reputo, nec enim modestiam Bellarmini sapit, nec stilum. Jmò cum ex ejus vita fol. 262. Pontifex dicatur propensus ad definiendum in favorem nostrum, non satis saperet ejus sinceritatem;& maximè cum (vt refert D. de S. Amour in suo Diurnali se accepisse à Principe Pontifici familiari) statuisset Pontifex decretum edere in Pentecoste, si vitâ superfuisset vsquedum.

30. Quantùm ad 3. Assertum Resp. Philal. num. 9. Gonetum falsum dicere vel fallere voluisse, dum ait Bellarm. dicere lib. 4. de grat.& lib. arb. cap. 16. nostram sententiam esse D. Th. & probabiliorem. Et hoc demonstrare se dicit Philal. 1°. quia §. *Ad hanc.* Sic habet ibi Bellarm. *Resp. Deum non movere localiter causam 2um. neque in illâ qualitatem vllam imprimere; sed tantum illâ vti tanquam instrumento ad opus efficiendum: quocirca virtus à Deo impressa per modum transeuntis, dum causa 2a. operatur, non distinguitur ab ipsâ virtute naturali, sed est illa eadem, quatenus illâ Deus vtitur ad illam actionem perficiendam: est autem necessaria hæc motio Dei ex parte causæ 2æ quæ cum sit 2a. habet necessariam dependentiam à primâ, in cujus virtute operatur:* Quæ si advertisset Gonetus, ait Philalet. priora in suum patrocinium

nium non adduxisset; Cum Thomistæ velint præmotionem esse qualitatem physicam causę 2æ à Deo impressam, ab ipsius virtute naturali realiter distinctam, & ejus actionę naturâ priorem.

Sed vide ridiculam demonstrationem, & an Philal. falsum dicat, aut fallere velit. 1°. enim apud illos qui constituunt præmotionem vel in sympathiâ, vel in ipsâ operatione causæ 2æ. Philal. canit extra chorum. 2° alij non dicunt qualitatem imprimi transitivè loquendo, vt loquitur Bellarm. sed impostura est cap. 1. sect. 2. supra relata, vide ibi: dicimus enim ipsam impressionem esse realem, & ipsammet esse qualitatem intransitivè reductivè; sicut docet Bellarm. lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 11. negamus autem omnem qualitatem distinctam ab ipsâ impressione, seu quæ imprimatur transitivè.

At verò vbi Bellarm. hîc qualitatem reductivè, seu impressionem realem negat? Jmo loco cit. Bellarm. eam astruit: Hoc vt ordinatè probem dico tria: 1um Bellarm. ibi loqui de motione prævià. 2um solùm reijcere qualitatem transitivè seu causatam per motionem. 3um. quod admittat qualitatem quæ sit ipsamet motio, sicut cap. 1. sect. 2. explicuimus ad 1 impost.

1um. probo, quia agit de motione, quam aliqui dicunt non posse intelligi; quia vel moveret motu locali vel alterativo, &c. vt ibi

objicit, sed qui dicunt illam motionem non posse intelligi, sunt adversarij præmotionis, sicut ipse Molina 1. p. q. 14. art. 13. disput. 6. vbi relato loco D. Th. 1. p q. 105. art. 5. quem etiam hic citat Bellarminus, ait: *Ingenuè fateor mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem & applicationem hanc, quam D Th. in causis secundis exigit* Et dubium an motio illa sit motus localis vel alteratio, solum potest esse de motu prævio, cum hi sint prævij, ergo.

2° ibi proponit distinctam & oppositam rationem conciliandi libertatem illi, quam præcedenti cap. proposuerat, vt patet: sed cap. præcedenti proposuerat rationem conciliandi libertatem per concursum simultaneum indifferentem, & excludentem prævium, seu moventem, vt toto illo cap. videre est; ergo hoc cap. agit de prævio, determinante, seu priori opposito.

2um. probo. Quia in illo arg. 1. cui Resp. verbis à Philal. adductis, intelligit de qualitate productâ per motum, sic enim habet: *Non etiam Deus movet causas 2. motu alterativo, quia tunc aliqua qualitas imprimi deberet in causâ* 2a &c. quia sc. alteratio causat, & terminatur ad qualitatem: Sed, puto, Respondet conformiter petitioni argumenti, ergo solùm reijcit qualitatem per motum causatam.

31. 3um probo. Quia dicit quod vtendo creaturâ vt instrumento, imprimit ei virtutem per modum transeuntis, & dicit illam esse mo-

tionem

tionem Dei ; ſed illa motio tranſiens cum ſit realis (alias nec tranſiret, nec imprimeretur) debet reduci ad aliquod genus entis, non alterius quam qualitatis, ergo.

2°. de motione illâ loquitur, ſicut de virtute Dei impreſsâ (ſc. intranſitivè) per motum in Sacramentis ſentit lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 11. ſed ibi docet virtutem impreſſam in Sacramentis eſſe realem, & diſtinctam à Sacramentis, quæ tamen non ſit fixa, aut alia à motione ipsâ, ſed quæ ſit ipſamet motio Sacramenti; ergo ſimiliter hîc. Min. patet ibi: Maj. autem hîc docet immediatè poſt verba à Philalet. objecta : *Vide*, ait, *quæ diximus de virtute Dei in Sacramentis impreſsâ per motum, lib. 2. de Sacramentis in genere cap.* 11. Quæ in eodem contextu habita cum omiſerit Philal. vide an in ipſum cadant ; quæ congerit in Gonetum, ſc : falſum dicere vel fallere voluiſſe ; illum (ſi verbis ; & conſilio Marianę Ieſuitæ cap. 1. ſect. 5. relati vti licet) *potius venerari debuerat, vt purioris doctrinæ antiſtitem.*

Quod ergo dicit Bellarm. illam virtutem non diſtingui ab ipsâ virtute naturali, verum eſt; vult enim non eſſe aliam rem, ſeu qualitatem firmam, quod nec volumus ; ſed volumus diſtingui, ſicut motus ferrę diſtinguitur à virtute ferrę, & impulſus ab impulſo ; quæ ſi dicas diſtingui vt modos poſtprædicamentales, intelliges Bellarminum, qui vult illam vim impreſſam non eſſe rem diſtinctam à virtute naturali,

 ſed

ſed ipſammet vt eâ Deus vtitur, ſeu vt à Deo movetur, ita vt vſus, ſeu motio illa ſit modificatio virtuoſa ipſius virtutis, ſicut motio artificis in inſtrumento. Vel ſi vis, non negat eſſe diſtinctam quomodocúmque, ſed vt exigebat argumentum, ſc. tanquam vim productam per motionem, non enim negat diſtingui tanquam ipſam motionem, vt jam probavi. Quomodo autem velit illam motionem eſſe priorem naturâ actione cauſæ 2ᵃ jam dixi quod loquatur de motione præviâ. Vide etiam lib. 2. de Sacram. cit. ibi enim etiam vult eſſe priorem.

32. 2° Demonſtrat. Phil. ex §. *His explicatis*, vbi Bell. ait, *vt oſtendamus juxta hanc S. Th. ſententiam, rectè defendi lib arb ſciendum eſt influxum ſeu virtutem Dei, quâ voluntas movetur, & applicatur ad opus, recipi in cauſis 2is ſecundùm earum diſpoſitionē. ſeu modum, vt docet S. Th. q. 3. de malo art. 2. & 1. 2. q. 10. art* 4. Et infra illum modum explicans habet: *Iſte modus ſeu conditio in voluntate, ſecundùm quam recipitur in eâ motus Dei nihil aliud eſt, niſi negativa quædam determinatio præcedens, tum influxum Dei, tum actum elicitum voluntatis; nimirum quod voluntas ſinat ſe moveri ab objecto, per rationem ſibi propoſito, vel non ſinat.*

Deinde ſic concludit. *hinc fit vt voluntas ſit verè libera, & ſeipſam determinet, tametſi Deus illam moveat, & applicet ad opus; quoniam ipſa Dei motio in ejus poteſtate eſt* (nempe vt ſit vel non ſit ait Philal.) *ſive vt loquitur* Cajet. 1. *p. q.* 19. *art.* 8.

Dei

Dei motione voluntas liberè vtitur: nam si se moveri sinat ab objecto, Deus eam applicat, & movet ad actum eliciendum (cum eâ concurrendo ait Philal. sc. simultaneè) *si non sinat Deus eam non applicat, neque movet. Et ideo S. Thomas* 1.2. *q*. 10. *art*. 4. *ad* 3. *concludit, positâ Dei motione, impossibile esse, vt voluntas non moveatur, absolutè autem non esse impossibile. Quia videlicet potest voluntas non se disponere per negativam determinationem ad motionem Dei recipiendam.* Quod exemplificat Bellarm. sic.: *sicut enim posito vltimo judicio practico, fieri non potest, vt voluntas non eligat id quod tunc ei à ratione proponitur: & tamen electio libera est, quoniam ipsum judicium practicum est in potestate voluntatis, propter negativam præcedentem determinationem.*

Postea od objectionem Calvini petitam ex decreto æterno efficaci. Resp. *voluntas divina est quidem prima causa omnium rerum, & ab æterno decrevit, quid velit, aut non velit fieri, sed in particularibus, & maximè liberis actionibus, id non decernit, nisi præcognitâ prius dispositione, & determinatione causarum secundarum. Quocirca licet nemo possit divinæ resistere voluntati, manet tamen integra libertas humanæ voluntatis, quâ Deus ipse, cui nemo resistere potest, hoc voluit, vt animus humanus liber esset, & actiones suas in potestate haberet: & ideo decernit ei cooperari, vel eam applicare & movere, quotiescúmque per negativam determinationem se ipsa disponeret.*

Quæ omnia sic glossat Philal. Jsta autem negativa determinatio naturâ prior, nil aliud

eſt, quam cauſam 1. & 2. in operationibus huic liberis, ita ſe habere; vt 2ª illas ponat ex propriâ determinatione, 1^{a} vero non niſi ex determinatione $2^{æ}$ ſic, vt ly ex determinatione ſolùm denotet certum modum procedendi illius actionis à causâ $2^{\hat{a}}$ vt antecedenter activè indifferente: in quo involuitur multiplex negatio, omnium ſc. antecedenter neceſſitantium.

Reſp 1. quod etſi hęc contra nos ſtarent, poſſent dici adulterina Bellarmini, tum quia non cohærerent cum prioribus; quin imo reinduceret, aut repeteret opinionem priori capite explicatam, non alteram ſeu illi oppoſitam; tum quia hoc caput in parte adulteratum conſtat, ex ijs quæ in fine habebantur in primis impreſſionibus, & ſunt ſublata in poſterioribus.

33. Reſp. 2° illa nil obſtare ſed favere, ſi, vt debent, intelligantur in ſenſu alterius opinionis, ab explicatâ cap. præcedenti à Bellarmin.

1° enim loco, Bellarm. ex D. Th. docet influxum Dei, quo movet cauſas $2^{as.}$ ad opus, recipi in cauſis $2^{is.}$ ſed concurſus ſimultaneus cum non ſit in cauſam non recipitur in cauſis $2^{is.}$ ergo loquitur de influxu prævio.

2° autem loco convenit nobiſcum: nolumus enim præmotionem excludere motionem moralem quæ fit ex parte objecti; aut eſſe purè phyſicam, imò volumus quod Deus nos moveat

veat ad bonum moraliter, & physicè, & hoc ordine; vt primò moveat moraliter, & ex parte objecti, suadendo, alliciendo; & huic motioni, cum non sit efficax, sæpè actu resistimus vndè si illam repudiemus, nos non movet motione reali efficaci; si autem illi non resistamus nec ponamus impedimentum, sed sinamus nos ab illâ suasione moveri, tunc nos movebit realiter. Cujus ratio est quia si resistamus motioni morali, ponimus impedimentum motioni reali, quæ præsupponit & sequitur moralem, si autem non resistamus non ponimus impedimentum, cum autem Deus quantum in se est, non deneget motionem realem nisi ponenti impedimentum, Deus hunc movet realiter, non illum. Nil autem aliud dicit Bellarm.

Hâc ratione tertio loco dicit Bellarm. quod motio Dei sit in potestate nostrâ, sc: negativè, quatenus possumus illi impedimentum prȩstare, vel non præstare. Et inde soluit argum. quo Molinistæ volunt tolli libertatem, quia sc. motio Dei non est in nostrâ potestate; cum sit in nostrâ potestate negativè, seu non habere illam, ponendo impedimentum: quamvis, vt probat Bellarm. ex D. Th. si jam sit posita, impossibile sit (potentiâ sc. consequenti) quod voluntas non moveatur. quod & confirmat similitudo vltimi judicij practici. Sine fundamento autem ibi dicit Philal. Bellarm. intelligi de concursu simultaneo, dum dicit quod Deus moveat & applicet; imò contra Bellarm. men-

tem

tem vt ex dictis; & contra communem intellectum vt cap. 1. sect. 3. ostendi.

4ᵘˢ autem locus, vt magis vicinus ei; quem subtraxerunt, magis sapit adulterationem. Attamen nisi Bellarminum facias Semipelagianũ debet eodem sensu intelligi, cum enim velit Bellar. negativam determinationem esse priorem Dei concursu; si ob eam Deus concurreret; principium boni esset ex creaturâ & ante Dei concursum.

Bellarm. ergo ibi non vult quod Deus præcognoscat dispositionem & determinationem causarum 2ʳᵘᵐ· ante omne decretum, sic enim responderet ex priori sententiâ, non juxta alteram de quâ hoc capite; sed vel quod præcognoscat per simplicis intelligentiæ scientiam, quæ est directiva decreti, vel scientiâ quidem liberâ, sed supponente decretum circa determinationem illam negativam, quam præcognoscit, Deus enim primò vult voluntatem moraliter movere, postea vult vel permittere quod isti motioni impedimentum præstet, vel quod non præstet sed sinat se moveri, quæ negativâ determinatio est etiam à Deo; vt dicebamus, aliàs dispositio ad gratiam esset ex nobis. Itaque vtrumque istud præcognoscit in suo decreto permissivo, vel positivo; & postea juxta istam notitiam decernit vel movere physicè, vel non. Vndè ex hoc soluit argum. Calvini Bellar. cum enim illam determinationem negativam videat, ante decretum efficax

efficax de movendo realiter efficaciter, ſicut jam dictum, & ratione illius determinationis negativæ præmotio ſit in noſtrâ poteſtate, nec obſit libertati, fit vt decretum illud efficax non obſit libertati. Sed & vltra addit Bellarm. quòd non lædat libertatem, quia Deus movens vult quod voluntas ſuas actiones liberè eliciat; ſeu, quod idem eſt, movet non ſolum ad ſubſtantiam, ſed & ad modum actus.

34. Iudica modò an Philal. ſuâ gloſsâ falsũ dicat, vel fallere velit. Si enim velit Bellar. dicere cauſam 2am agere ex propriâ determinatione, divinâ determinatione excluſâ, falſum dicit; cum Bellarm. dicat eam à Deo moveri & applicari ad agendum, & cap. præcedenti pro eodem ſumat, movere & determinare. Similiter ſi velit Deum non agere niſi ex determinatione cauſæ 2æ poſitivâ, provt volunt Moliniſtæ, canit extra chorum: ſi ex determinatione negativâ, ita quod hæc ſolùm ſit conditio negativa requiſita ex parte cauſæ 2æ provt vult Bellarm. nil contra nos.

Dum autem dicit illam determinationem negativam eſſe modum actus, &c. fallere vult, cum Bellarm. eam dicat eſſe negationem reſiſtentiæ, ſeu quod *ſinat ſe moveri ab objecto*: ſeu illam *non conſiſtere in actu poſitivo*, *ſed in negatione actus*.

Quod autem retulimus ex lib. 4. cap. 11. Philal. dicit Bellarminum recognoviſſe, & dicere S. Thom. per primum modum movendi velle

est vnus alius quartus, quo aliquid movet per instrumentum, vt artifex penicillo pingit, &c. *Sic te oportet elevare mentem, & intelligere de* Deo *glorioso, qui cum his causis sic operatur, vt simul & ipsæ operentur, sed à Deo motæ & directæ sicut instrumentum ab artifice*, &c. Et addit: *quòd concurrit cum ipsis juxta ipsarum naturam cum liberis liberè, cum necessarijs necessariò, cum debilibus debiliter*, &c.

Quo vno loco Toletus præmotionem articulatim exprimit, & Molinæ contradicit, qui 1. p. q. 14. art. 13. disp. 6. fatetur se non capere, quomodo Deus sit causa actionis movendo & applicando causam ad agendum; quomodo causæ 2æ. sint Dei instrumenta: vnde vtrumque illum modum ibi negat Molina; nec vult istos influxus in causam: proindè Molinæ contradicit Toletus, & stat pro præmotione.

Annot. 21. in cap 6. Ioan. ad illud: *Nemo potest venire*, &c. Not. 1º. ex Chris. & Aug. Manichæos ex illo loco deducere sublatum lib. arbit. quasi id trahi dicatur, quod violentiâ venire cogitur. Deinde ostendit quod trahi non semper dicat violentiam: Et addit: *vtitur autem scriptura hoc verbo, vt efficaciam divinæ vocationis explicet, quæ homines suis vitijs maximé immersos*, &c. *temporis momento convertit*, &c. *Hæc efficax, & solius divinæ dexteræ mutatio, tractio dicitur; non quod vj, aut necessitate ad Deum trahantur, sic enim minus efficax esset motio; sed quod ab his, quæ sola, & vehementissimè diligebantur, & propter quæ omnia priùs contemnebantur, volens & libens homo, ad omninò*

& infallibilis, multò minùs ex ſe & vt eſt ſolius Dei mutatio, ſeu motio. Tum quia ibi etiam habet: *Si vi, aut neceſſitate traherentur, non eſſet quod venire invitarentur & admonerentur*: ergo agit de tractione diſtinctâ à morali, ſeu ab invitatione & admonitione. 3ª. p. patet ex Annot. cit. & patebit ex ſequenti p.

4. p prob. quia in Annot. cit. ait ſcripturam ad probandam efficaciam vocationis vti nomine tractionis, quia homines in peſſimâ circumſtantiâ conſtitutos in momento convertit, ergo non habet efficaciam à circumſtantiâ ſibi oppoſitâ. 2° ait illam tractionem eſſe efficacem, & ſolius divinæ dexteræ mutationem: ergo vt ſolius divinæ dexteræ mutatio eſt efficax, ergo. 3° ibid annot. 20. in 1. reſp. ait: *Si à Patre datus eſt, certiſſimè veniet, quia à Patre habet vt venire poſſit, & ſimul vt de facto veniat.* Ubi vides certitudinem haberi in dono, vt venit à Patre, non à circumſtantiis. Vide etiam ibid. reſp. 2. & 3. Sed hoc in terminis docet in Lucam loco poſtea citando, vt ſciat Philal. ſuum Toletum pro præmotione contra ſcientiam mediam conſtantiſſimum. 5. p. patet tum 2. phyſ. tum annot. cit. tum etiam annot. præcedenti ibi. Videat jam Philal. an ſi Toletus ſit noſter, æquo paſſu Molina & Leſſius ſint futuri noſtri, aliud eſt dicere, aliud probare, illo abundat, hoc deſideratur.

Satisfit Philal.

37. Philal. ſuum vult Toletum, quia operum ſuorum poſtremo (quaſi ſc. per hoc alia retractaſſet) In Lucam Annot. 18. in illud cap.10. *Si in Tyro*, &c. ait : *Not. 4. Deum quibuſdam dare talia auxilia, quæ ſi alijs daret, etiam magis peccantibus, vtique converterentur, & tamen illi quibus dantur non convertuntur.* Vbi docet, ait Philal. auxilia quæ reſpectu vnius ſunt efficacia, reſpectu alterius eſſe inefficacia : proinde ex ſe non eſſe efficacia.

Ibid. Not. 5. ait : *Sæpè fit vt Deo vocanti vnus conſentiat, alter non, arbitrij libertate ; quod ſicut cum Dei auxilio operari poteſt ; ita & eidem refragari & reſiſtere valet.*

Denique in manuſcriptis proprio calamo exaratis, ait Leonardus Ieſuita, in 1. 2. q.109. art. 7. fin. Dicit *in poteſtate hominis eſſe, vt auxilium à Deo datum ſit efficax aut ſufficiens tantùm.*

Ad 1. Reſp ibi ne vel verbum habere Toletum de auxilio efficaci quod dat agere, ſed ſolùm agit de ſufficienti quod dat poſſe; vt expreſsè habet ibi in 1. Not. & patet ex materiâ ſubjectâ ibi ; prædicationes enim & miracula de quibus agit, ſunt iſtius generis. Imo poterat in verbis à ſe adductis Philal. id advertere, cum dicat, *talia auxilia*, ſc. ea de quibus ibi agit, & notabili 1. explicuerat. Cum inſuper annot. 20. in cap. 6. Ioannis Reſp. 2. dicat omnem qui

à Patro

à Patre datus est efficaciter & infallibiliter venturum ; quâ ratione fingit Philal. eum velle aliquem à Patre datum non venturum?

Dicit itaque Tolet. Deum quibusdam dare talia (idest sufficientia, prędicationes , & miracula) auxilia quæ si alijs daret etiam magis peccantibus converterentur. Sed non vi istius auxilij , sed alterius sc : efficacis , quod Deus decrevit illi dare etiam gravius peccanti , & non alteri : at vero hoc totum docent Thomistæ, vt Alvarez lib. 2. de Auxilijs disp. 7. ad 2. testim. agens de eisdem Tyrijs : & alij.

Hoc abundè expresserat ibi Tolet. not. vltimo : *Nec existimes*, ait , *solis his exterioribus argumentis moveri posse arbitrium ad fidem aut pænitentiam , nisi interiùs Deus etiam operetur suæ gratiæ auxilio.* Et illud auxilium dicit sufficiens, seu, *quo cum illis signis sufficerent ad pænitentiam.* Si ergo ait illa signa non sufficere, sine auxilio interiori sufficienti, quâ ratione vir sapiens dicere potest , aut supponere , eum loqui de auxilio efficaci, cum nec loquatur de sufficienti interiori nisi vlt. notab? Hinc patet ad 2um locum, qui de eisdem auxilijs exterioribus est.

Ut autem habeas Toletum hoc in postremo opere pro præmotione contra scientiam mediam constantem , audi statuentem efficaciam vocationis vt venit à Deo, & independentem à circumstantijs.

38. Annot. 54. ad cap. 5. Lucæ ait Chrysost. quærenti cur Christus non vocavit Mattheum

cum alijs discipulis? respondere: *Quemadmodum tunc ad illos accessit, vocavitque quando obtemperaturos sciebat; sic Matthæum quoque nunc vocavit, quando miraculorum famâ perdomitum, minimè reluctaturum videbat: Quâ de causâ etiam Paulum post resurrectionem piscatus est*, &c. *Hæc Chrysost.* Sed audi Tolet. *Huic doctrinæ adversari videtur id quod ipsemet Paulus de suâ vocatione Galat.* 1. *scripsit: Cum placuit, inquit, ei qui me segregavit ab vtero*, &c. *Non dicit Paulus quando novit me obediturum, sed quando illi placuit, qui per gratiam me vocavit. Non expectat* Deus *semper arbitrium nostrum, quia suâ gratiâ ipsum excitat, ipsique dat velle & perficere, & qui etiam rebelles convertit & compellit voluntates: tunc ergo vocavit quando illi placuit, & si antè vocasset, vtique respondisset, & obtemperaßet. Non ergo ratio aut tempus vocationis hujus & similium referri debet in hominis arbitrium, sed in* Dei *beneplacitum, cui sic visum est, sicque disposuit. Potest autem intelligi Chrysost. sic, tunc vocasse discipulos quando sciebat illos obtemperaturos, nimirum per ipsius gratiam; sciebat enim quando ipse operaturus erat in eis, vt obtemperarent vocanti, & tunc vocavit. Nisi sic intelligas, doctrinam* NON PROBO. *Nec solùm doctrinæ huic Chrysostomi in hâc parte* NON CONSENTIO, *sed contrariam* OMNINO VERAM EXISTIMO: *nimirum tunc vocasse discipulos multos, & præsertim Matthæum, quando plus erant impediti, magisque detinebantur vt venirent. Sic Petrum & Andræam vocavit, quando retia mittebant in mare, nec expectavit; vt jam essent*

missa,

missa, nec prævenit antequam mitterentur, hoc est majus adferebant impedimentum, &c. *Totus est August in hâc doctrinâ, quam in hâc parte probo.* Uide ibid. annot. 55.

Ad 3. autem transeat id haberi in manuscripto illo, & hoc esse Toleti; Resp. hoc fieri quia homo potest ponere impedimentum auxilio efficaci oblato, vel non ponere; si non ponat illud recipiet & erit efficax; si ponat erit actu sufficiens, non actu efficax: vt enim ibi habet S. Thom. art. 4. ad 2. (& hoc fortè ibi explicat Toletus) quod per amicos possumus, aliqualiter nos possumus. Sicut si cæco ductum offers ad Ecclesiam, si illum repudiet, ipsi sufficit & est inexcusabilis. Hoc totum nos cum D. Thom. ibid. dicimus.

Ex hoc autem quod ex illis scriptis in materiâ, in quâ impossibile est ab his difficultatibus abstinere, hoc vnicum possint adversarij deprehendere, palam fit cætera quæ ibi Toletus habet nil Molinæ favere, sed planè præmotioni, quam in Philosophiâ, & in S. Scripturam adeo constanter professus est.

Vidisti lector, sententiam Molinæ, non probantem, nec ei consentientem, idque protestantem, tamen velut clauso ore â Philal. ad Molinæ partes trahi; vide alium manibus pedibùsq; ad nos currentem à Philal. velut manibus pedibùsque ligatum in Molinæ abissum in vanum projectum.

SECTIO III.

An Pererius doceat præmotionem?

39. Concl. affirm. *Prob. lib. 8. de Princi-pijs rerum naturalium cap 8. habet.*
„ Altera est opinio D. T. qui lib. 3. adversùs
„ Gentes cap. 67. & in 1. p. q. 105. art. 5.
„ ait Deum actu concurrere ad quamlibet
„ actionem causarum secundarum 5. modis.
„ Ipse enim vires & facultates agendi dedit
„ causis 2^{is}; ipse illas facultates sustentat &
„ tuetur in esse & vigore; ipse applicat
„ causas 2as ad agendum, ipse dirigit eas in
„ agendo vt ad fines suos ipsis ignotos ordi-
„ natè perveniant; ipse denique determinat
„ eas ad agendum & movet, ceu principale
„ movens instrumenta movet, & regit in
„ operando. Hanc opinionem eâ potissimum
„ ratione probat, quod in moventibus per se
„ subordinatis, inferius non movet nisi mo-
„ tum à superiori: Ex quo Arist. 2. lib. Met.
„ concludit hujusmodi moventia esse non pos-
„ se infinita, quia motio priorum moven-
„ tium, cum ipsa sint infinita, nunquam per-
„ veniret ad vltimum movens; quod tamen
„ sine motione priorum moventium movere
„ non potest, *&c.*

„ Hæc doctrina, in eo quod ait D. T. Deum
„ actu concurrere ad quamlibet 2^{rum} causa-

„ rum

„ rum operationem, non est opinabilis, aut
„ probabilis tantum, sed est omnino vera, cer-
„ ta, & indubitata; de quâ fas non est Chri-
„ stiano Philosopho dubitare; *&c. postea*: In eo
„ autem quod adjungit D. Thomas, causas
„ 2s. & in his voluntatem nostram à Deo
„ moveri, applicari, & determinari ad vo-
„ lendum, licet nonnulli dissentiant Theolo-
„ gi, ego tamen manibus pedibusque in eam
„ sententiam perquàm libenter eo. Hoc e-
„ nim est ingenium, hæc conditio, hic nexus
„ atque contextus moventium, & causarum
„ per se, ac essentialiter subordinatarum, vt
„ posterior non moveat nisi mota a priori. *Et*
„ *hoc probato ex Arist. & libro de causis, addit.*
„ Quemadmodum igitur in alijs causarum ge-
„ neribus per se subordinatis invicem, poste-
„ rior causa necessariò præsupponit causalita-
„ tem priorem; veluti in formis esse sensiti-
„ vum præsupponit vegetativum, & hoc esse
„ corporeum; & in materijs 2æ præsuppo-
„ nunt 1am. idemque in finibus per se subor-
„ dinatis evenit: Sic etiam in moventibus &
„ efficientibus per se invicem subordinatis, po-
„ sterius necessariò præsupponit 1um. & 1æ.
„ causæ causalitas prior naturâ est, quam cau-
„ salitas 2æ. causæ: quid multa? Causæ 2æ.
„ comparatione Dei, sunt tanquam instru-
„ menta artis comparatione artificis, à quo
„ nisi moveantur, & ex arte regantur, nec
„ movere quidquam, nec facere artificiosè ali-

„ quid

„ quid possunt.] Cap. 9. ad 2. prosequitur illam comparationem instrumenti, & addit: *Nisi causa 2ª ad agendum à Deo determinaretur, moveretur, atque dirigeretur, nihil planè posset agere.* Quid expressius?

Cap. autem 7. sic sibi obijcit 3. arg. [Po-
„ stremò videtur talis concursus tollere liber-
„ tatem nostræ voluntatis, etenim si voluntas
„ non vult nisi mota à Deo, ergo non vult li-
„ berè. Prob. conf. nam voluntas non potest
„ movere se ad aliquid volendum, nisi ad id
„ moveatur, & determinetur à Deo, & cum
„ movetur à Deo, non potest non moveri, nam
„ implicat contradictionem vt movens mo-
„ veat ipsum mobile, & vt sic mobile non mo-
„ veatur. *Deinde ibid. ad 2am solut. sic replicat:*
„ Non pugnant hæc duo inter se, aliquid
„ moveri necessario, & moveri ab alio:
„ at hæc duo moveri aliquid libere, ita
„ vt in potestate ejus sit moveri, ac non
„ moveri, & tamen semper moveri ab a-
„ lio, quo movente non possit non moveri, vi-
„ dentur inter se vel maximè pugnare. Cum
„ igitur voluntas non possit velle nisi à Deo
„ mota, & determinata ad volendum, mo-
„ vente autem Deo voluntatem effectivè ad
„ volendum, non potest voluntas non velle;
„ non est autem in potestate voluntatis, vt
„ Deus eam vel moveat, vel non moveat
„ ad volendum, ergo non est in potestate vo-
„ luntatis velle aut non velle. Quare si Deus
sem-

„ semper actu concurrit effectivè ac determi-
„ nativè ad quamlibet operationem nostræ
„ voluntatis, videtur labefactari, ac funditùs
„ tolli libertas voluntatis.

En compendiosè à Pererio sibi objecta, quæ quotidiè contra nos Molinistæ; quæ cum Molinismum non lædant, & præmotionem impugnent; à Molinistis approbentur, à Thomistis improbentur; pro præmotione stabit Pererius contra Molinam, si illa objecta solvat.

„ *At vero cap. 9. sic habet.* Ad 3. licet volun-
„ tas nostra nihil operetur nisi mota; & deter-
„ minata à Deo, quia tamen movetur à Deo
„ convenienter suæ naturæ, & vt suapte natu-
„ ra apta est moveri, hoc est non necessariò sed
„ liberè, ideo verè dicitur, verèque est libera.
„ Si enim voluntas ita moveretur à Deo vt ip-
„ sa se nullo modo moveret, & ad agendum
„ determinaret omnis perfectio meriti & de-
„ meriti, & libertatis ratio funditus tolleretur,
„ sed quia Deus eam sic movet, vt ipsa nihilo-
„ minus simul etiam seipsam moveat, & per
„ suam deliberationem se determinet ad a-
„ gendum hoc vel aliud quidpiam, ob eam
„ causam meritò appellatur libera, & verè est
„ libera. Non enim intelligendum est *&c. Vt*
1°. *loco obijcit Philal.* & postea ponens differentiam inter agens naturale & liberum, dicit quæ 1°. loco obijcit Philal.

Vide

Vide jam, lector, an cum Philal. sit ratione agendum, cum rem evidentem, sine ratione, vt videbimus, neget; & virum manibus pedibusque ad nos currentem, dicat violenter trahi? Idipsum articulatim accipe.

Pererius docet Deum movere prævië causas 2as ad agendum, physicè, determinando effectivè, infallibiliter & efficaciter, illæsâ libertate ergo Prob. 1. p. 1° quia instrumenta moventur prævië ab artifice. 2° quia dicit quod causalitas causæ primæ sit prior causalitate causæ 2. 3° concursus simultaneus indifferens non determinat effectivè, nec apparet lædere libertatem in se.

Nec dicas loqui de motione per collationem virtutis præcisè; cum expresse hæc distinguat cap. 8 Nec de motione ad 1. actum. Sat enim patet oppositum cum de hoc non sit controversia; & sat exprimit in fine 3. argum *ad quamlibet operationem* Prob. 2. p. quia loquitur generaliter de omni causâ, sed causæ naturales non possunt moveri nisi physicè ergo 2° artifex sic movet instrumenta. 3° motio moralis non requiritur ex vi subordinationis, & causę superioris; cum inferior superiorem moveat moraliter 4° neque ex illâ motione concludit Arist. 2. Met. 5° quia illâ motione positâ non implicat mobile non moveri. Neque est efficax, nec apparet tollere libertatem, *&c.*

Prob. 3. p. pluries enim dicit quod Deus determinet voluntatem ad agendum; quod intelli-

telligitur de determinatione effectivâ, & quâ fit vt voluntas se determinet, vt habes cap. 9. ad 3um. Artifex etiam effectivè determinat instrumenta.

Prob. 4. p. ex ijs quæ assumit in 3o. argum. Denique motionem inefficacem nullus negat; Nec requiritur ex vi subordinationis, nec ex eâ concludit Arist. 2 Metap. Nec illa habet apparentiam lædendi libertatem. 5a pars patet ad 3.

Satisfit Philal.

Sed audi rationes quibus Philal. ridiculè vult Pererium violenter ad nos trahi. 1o. quia cap. 9. declarat quod per istam motionem solùm intelligat subordinationem & dependentiam à Dei concursu. *Non enim*, ait, *intelligendum est voluntatem esse liberam omnino, vt à nullo pendeat, nullique subijciatur, hâc enim libertate solum Deum liberum esse cognoscimus.*

2o Ibid. distinguit voluntatem ab agente naturali; quód positis omnibus rebus quæ ad agendum ex parte objecti requiruntur, agens naturale non possit non agere, bene autem voluntas.

Audi an hęc potuerint obijci ab amatore veritatis. 1um quidem cũ nos etiam statuamus præmotionem ex subordinatione causarum, & depentiâ causæ 2æ. à 1â., ex quali Pererius statuit Dei motionem: *quemadmodum in alijs causarum generibus per se subordinatis, posterior causa necessario*

cessariò præsupponit causalitatem priorem . . . . . Sic etiam in moventibus, & efficientibus . . . . 1æ causæ causalitas prior naturâ est quàm causalitas 2æ causæ. Discat Philal. ex Pererio subordinationis notionem, & sciet quàm legitimè ex illâ sequatur præmotio; seu quod 1æ causæ causalitas prior naturâ sit causalitate 2æ causæ, seu quod hæc illam præsupponat.

2um. Autem: cum præmotio non requiratur ex parte objecti, sed potentiæ: & eâ stante possit voluntas non agere, potentiâ antecedenti; & oppositum est impostura, de quâ cap. 1. Sect. 2.

Citat deinde Philal. Pererium lib. 16. in c. 11. Gen. disp. 7. sed meritò verba non retulit, cum non doceat scientiam conditionatorum, nisi in decreto cum Thomistis; non ante decretum cum Molina. Imò ibid lib. 4. cap. 25. disp. 4. docet prædestinationem ante prævisa merita. Et tom. 6. select. disp. in script. disp. 213. ait argumenta quę nobis opponunt adversarij, non esse nova, sed olim à Massiliensibus Augustino objecta; *Et tamen*, ait, *nihil moverunt Aug. quominus sententiam suam constanter tueretur usque ad mortem, neque scandala, quæ ob id oriebantur, & nonnullis accidebant, curanda esse putavit, judicans esse passiva ut quæ ex inscitiâ veritatis, & imperitiâ divinarum Script. nascerentur.*

41. Unde l. 7. in Genes. in fine disp. de existentiâ paradisi terrestris, impress. Ingolstadij an. 1590. sicque aliquot annis post Censuratam

tam Molinæ doctrinam ab Universitate Lovaniensi, & Duacenâ, hanc admonitionem occasionaliter Lessio, Molinæ & asseclis videtur Charitativè facere.

„ Non fuerit alienum occasione huius quęstionis, quam tractavimus, in vniversum lectorem hoc loco admonere; in hujusmodi quæstionibus recens exorientibus, quæ nec ad fidem spectant, & videntur tamen admodum probabiles, atque plausibiles, magnâ esse vtendum cautione; tutissimumque fore non statim eas vt planè veras & certas divulgare, præfractèque ac mordicus tueri, veteri Doctorum sententiâ non solum posthabitâ, sed etiam fastidiosè superbèque rejectâ. Verum eas opiniones cunctanter, lentè ac morosè examinare & probare oportet, nec nisi vt probabiles tantùm prodere: exspectareque Doctorum, piorumque hominum, & florentissimarum Academiarum judicia, atque suffragia, vt si ab illis repudiatæ damnatęque fuerint, prorsus abiiciantur, æternoque præmantur silentio. Sin autem laudatæ probatæque pervulgentur, tunc inoffensè ac securè non tantùm privatim appròbari, sed etiam publicè doceri & defendi queant. Verum ita vt nihilominus tamen debitus veteri sententiæ honor & reverentia semper exhibeatur.

SECTIO

SECTIO IV.

Vtrum Azorius præmotionem doceat?

42. COncl. est affirm. Quia lib. 1. Inst. Moral. c. 21. quæsito 8. habet: [An „ Deus quando cum naturâ & voluntate ope- „ ratur, ipsam moveat, & applicet ad agen- „ dum? S. Thomas apertè sic ait: (*in margine* „ *habes: 1. p. q. 105. art. 5.*) Deus non solum dat „ formas rebus, sed etiam conservat eas, & „ applicat ad agendum, & est finis omnium „ actionum. Ibidem etiam Deus, inquit, non „ solum movet, & applicat formas rerum, & „ virtutes earum ad agendum, vt artifex, sed „ etiam dat & conservat. Quibusdam diffici- „ lis admodùm videtur hæc S. Th. sententia, „ videlicet quod Deus moveat, & applicet ad „ faciendum causas à se creatas. Nam cùm „ ignis, inquiunt, materiam sibi objectam „ exurit, immotus comburit; quod si ad exu- „ rendum moveretur, & applicaretur à Deo, „ non nisi in se mutatus exureret, at re ipsâ „ nihil excipit in se, cum lignum exurit. De- „ indè si Deus ignem ad vrendum, & aquam „ moveret ad refrigerandum cum ille vrit, & „ hæc refrigerat, Deus ipse non esset causa „ proxima, eò quod non ageret nisi movendo „ ignem ad vrendum, & aquam ad refrigeran- dum:

„ dum : prius enim Deus in ignem, vel aquam
„ motum imprimeret, quàm vnà cum igne
„ vreret, *&c.* Accedit quod ignis ad vrendum,
„ nullo alio motu, & applicatione indiget, ni-
„ si Deo vnà cum ipso ad vrendum agente:
„ nam ipse ignis vrendi vim habet, *&c.*

Deindè addit eos id probare authoritate Gabriëlis, Greg. Arim., Scoti, & Dionys. Cisterc. locis à Philal. citatis. postea addit:

Cæterùm mihi videtur verissima S. Th. sententia; eam enim planè videtur Aug. tradere lib. 3. de Trinit. cap. 3. 4. 5. & 6. & illam probat, quia alias causa 2ª non esset 2ª sed causa cũ 1ª & ostendit quod illa motio non sit concursus simultaneus, quia dum duo simul navem trahunt, vnus non movet; nec applicat alium ad trahendum.

Ex quibus apertum est Azorium pro præmotione firmiter stare. 1°. quia inter illos, quibus admodùm difficilis visa est illa sententia S. Th. est Molina, hîc indigitatus; cum 1. p. q. 14. art. 13. disp. 6. ex eodem loco D. Th. sc. q. 105, art. 5. & ex eisdem motiuis fateatur eam sibi valdè difficilem, & ab eâ recedat: ergo cum Azorius hanc S. Th. sententiam dicat verissimam, Molinæ sese prorsus opponit.

2°. Azorius approbat vt verissimam eam sententiam, quam alij relatis rationibus impugnant, sed illæ rationes impugnant concursum prævium, vt patet maximè ex 2ª. ratione: *prius enim Deus in ignem vel aquam motum imprimeret, quam vnà cum igne vreret.* Neque est difficultas

F de

de concursu simultaneo, ergo Azorius approbat concursum prævium, vt verissimum.

3°. In fine cap. citatos Authores, quos & Philal. sibi vult favere, sic D. Thomæ conciliat: *Nec in hâc parte contra S. Th. sententiam, quam verissimam puto, Scotus, Greg. Gabriel, & Dionys. suprà cit. aliquid dixerunt, quoniam solùm, locis antè productis docent effectum non priùs à* Deo *quàm à causâ 2ª. produci, quod alium sensum habet.* Ut videbis infrà ad Cajet. & Conrad.

4°. Hoc palpabilissimè per interrogationes, „ & responsa breviter explicat. [Nunquid, „ ait, quandò ignis vrit, movet eum Deus ad „ vrendum? Movet quidem non quia vim, vir„ tutem, formamve vllam denuò imprimat, „ sed motionem, quâ Deus movet, & ignis „ movetur; neque enim fieri potest vt Deus „ ignem moveat ad agendum, & ignis non „ moveatur. Quid est, dices, ignem ad vren„ dum moveri? Resp. nihil aliud esse, nisi „ Deum vti igne ad vrendum, *&c.* Sed quid „ est Deum igne vti, vel ignem adhibere ad „ vrendum? Resp. Deum igne vti ad vren„ dum, est ignem movere ad vrendum, quia „ vult vt vrat, & volendo motionem in igne „ imprimit, quâ vnà cum Deo vrit ignis mo„ tus ab ipso Deo ad vrendum. Causæ igitur „ 2æ. à Deo ipso moventur, & applicantur ad „ suas functiones, & opera: quoniam Deus in „ ipsis motionem imprimit, & ideo movendo „ facit, vt causa 2ª. faciat; quoniam vult, decernit,

„ cernit, ac movet vt faciat. Et hoc est quod „ dixit S. Th. movet & applicat causas 2as ad „ agendum] Potestnè præmotio clarius exprimi? Sed & idem prob. articulatim.

44. Quia Docet motionem præviam, physicam, non indifferentem sed determinantem ipsas etiam circumstantias, efficaciter & infallibiliter, illæsâ contingentiâ & libertate, ergo.

Prob. 1. p. ant. quia dicit quod in concursu simultaneo, vt in duobus trahentibus navim, vnus non moveat alium. 2°. dicit illam motionem imprimi in causam 2am. sed concursus simultaneus non est in causam, sed in effectum, ergo. 3°. dicit Deum illâ impressione facere vt homo faciat, & sic vt causa sit, ergo illa impressio, & motio est prior quàm homo faciat, aut causa sit. Denique patet in terminis ex 2a. prob. sup.

Prob. 2. p. quia ignis cum non sit capax moveri moraliter, movetur physicè, atqui in fine illius cap. dicit pari ratione hominem moveri ergo. Deindè motio moralis non est efficax, nec imprimitur, nec ea est quam aliqui non intelligunt.

Prob. 3. p. 1°. quia omnis motio est ad aliquem terminum, & movens aliquid determinatè intendit. 2°. quia postquam explicuit quomodo ignem moveat ad vrendum, quia vult vt vrat: *Sic etiam*, ait, *Deus vult vt tu hoc, aut illud velis, vult vt sic & non aliter loquaris; vult*

vt hoc loco & tempore disputes. Ubi vides velle quod Deus velit, & consequenter quod moveat (motio enim est executio voluntatis; *vult*, ait supra, *decernit, ac movet vt faciat.*) ad hoc vel illud, & quidem sub omnibus circumstantijs. 3° concursu indifferenti Deus non facit vt faciamus, sed potiùs econtrà, cum Deus agat quia agimus.

Prob. 4. p. quia, ait, *neque fieri potest, vt Deus ignem moveat ad agendum, & ignis non moveatur.* Deindè, *movendo facit vt causa 2ª faciat*; quod non faceret si illa motio non esset efficax.

Prob. 5. p. quia circa finem illius cap. habet; *Nec ex dictis colligitur, contingentes & fortuitos eventus ex naturâ rerum tolli*, &c.

Denique eam esse mentem Azorij probatur ex lib. 4. c. 22. vt patebit infra.

Satisfit Philal.

45. Hæc refutare non valens, elusisse putat Philal. dicendo, quod ea quæ habet Azor. lib. 1. cap. 21. q. 8. & maximè hanc rationem quâ dicit S. Th. verissimè sentire Deum movere & applicare causas 2ªˢ ad agendum, sc: *Ideò dici videtur causa 2. quia movetur à 1ª alioqui enim solùm esset causa cum 1ª. sicut cum duo simul trabem portant*: infrà explicet ad mentem Molinæ, subdendo: *Cum igitur Deus facit vt natura faciat, non novam tribuit facultatem, & vim quâ possit, nec formam vllam quâ in se mutetur, sed solùm vult vt faciat.*

faciat. Non ergo admittit qualitatem Thomisticam physicè prædeterminantem, ait Phil.

2° Paulò post habet Azor: *hoc autem fit quia cum ignis lignum urit, Deus non solùm cum igne facit calorem, quo lignum exuritur; sed etiam facit ipsam actionem, quâ lignum comburitur ab igne: hoc autem esse non potest, nisi Deus pariter faciat vt ignis vrat*. Quibus, ait Philal. docet Deum facere vt causa 2ª agat faciendo ejus actionem; non per concursum prævium, sed per simultaneum, quo fit agens, & proindè movetur ad agendum: sicut enim fieri est moveri ad esse, ita fieri agens est moveri ad agere, motu sc. metaphorico.

3° Ad ea quæ insinuavi ex lib. 4. cap. 22. q. 2. ait quòd Azor. solùm vult Deum opera nostra bona prævenire, quod ipse Philal. non negat.

4° Ait Azorium approbasse quemdam tractatum manuscriptum in quo præmotio physica impugnatur. sic Philal.

Ad 1. Resp in tantillo arg. deprehendi duo falsa, quæ non videntur à Sene Theologo potuisse procedere, nisi ex ignorantiâ affectatâ, vel inaduertenter: 1um. est quod dicat Azorium dicta sua explicare ad mentem Molinæ ex eo quòd nolit qualitatem prædeterminantem. Qualis ista consecutio, quasi ij omnes qui rejectâ qualitate illâ præmotionem constituunt in actione creaturæ vt venit à Deo, vel in actibus indeliberatis, vel in simpathiâ

thiâ voluntatis divinæ & creatæ, ſint ejuſdem mentis cum Molinâ

46. 2ᵘᵐ Eſt quod dicat Azorium rejicere qualitatem Thomiſticam prædeterminantem, ex eo quòd neget facultatem aut vim novam, quâ poſſit, aut formam quâ in ſe mutetur; Cum Thomiſtica qualitas nec ſit talis, vt ſupra n. 5. patet, ſed ſolùm ſit reductivè qualitas, quatenùs eſt motio realis, quæ, quia realis, debet reduci ad aliquod prædicamentum; & cum ſit motiò potentiæ ad actum, debet reduci ad potentiam, vel ad actum; & cum vtrumque, ſi actio eſt immanens, ſit qualitas, eâ ratione dicitur reductivè qualitas.

Sed vt prorſus ruat ſcrupulus Phil. & mens Azorij pateat vide, quæ nobiſcum neget, quæ ponat Azorius. Negant Thomiſtæ præmotionem eſſe qualitatem quæ det poſſe ad effectus proportionatos cauſę 2ᵃᵉ eamque reducunt ad actum 2ᵘᵐ Similiter negant eſſe formam abſolutam, quâ cauſa 2ᵃ in ſe mutetur. eâ ratione cum S. Th. dicunt eſſe formam intentionalem, ſeu formã per modum intentionis, ſicut colores ſunt in aere, & virtus artis in inſtrumento artificis; & ſicut virtus artis in inſtrumento artificis ipſum non immutat immutatione alterativâ & naturali, ſed ſolùm intentionali, (de quo aliàs) ita per præmotionem dicunt Thomiſtæ cauſas 2ᵃˢ non immutari in ſe: & ex hoc ſequitur quod non ſit qualitas ſimpliciter, ſed ſolùm reductivè.

Totum

Totum hoc etiam negat Azor. loco in arg. citato. negat enim *formam quæ tribuat novam vim quâ possit* : Negat insuper formam quâ causa *in se mutetur.* In hoc ergo nobiscum convenit Azorius, quod nolit præmotionem esse qualitatem simpliciter, formam habentem esse naturale & fixum, immutantem subjectum in se, & physicè & quæ det posse : audi an neget esse aliquid reale receptum.

Affirmant autem Thomistæ præmotionem esse aliquid reale, ipsamque imprimi sc. intransitivè, & recipi in causâ 2ª & priùs quàm agat. Totum hoc etiam Azorius ibid. Et quidem quod illa motio imprimatur in causâ 2ª *Movet Deus*, ait, *non quia vim, virtutem, formamve ullam denuò imprimat, sed motionem, quâ Deus movet & ignis movetur.* Et infrà: *Deum igne uti ad vrendum, est ignem movere ad vrendum; quia vult vt vrat, & volendo motionem in igne imprimit, quâ vnà cum Deo vrit ignis motus ab ipso Deo ad vrendum.* Et rursus: *Causæ igitur 2æ à Deo ipso moventur, & applicantur ad suas functiones & opera: quoniam Deus in ipsis motionem imprimit, & ideo movendo facit vt causa 2ª faciat* &c. Intelligit autem vt patet, motionem imprimi intransitivè ita quòd motio sit ipsa impressio.

Quod autem illa motio recipiatur in causâ 2ª sic ibi paulò ante habet: *Cum facit Deus vt ignis vrat, nullam virtutem denuò recipit, quâ possit, nihilominùs non vrit nisi Deo antè volente vt vrat, & motum excipit quo vrat.* Ex quo sequitur motionem

tionem illam esse realem tum quia imprimitur & recipitur; tum quia ignis non est capax motionis moralis.

Quod autem prius quàm causa 2a. agat. Patet ex supra dictis; tum etiam ex jam relatis; *Non vrit nisi Deo ante volente, & motum excipit quo vrat*, vbi ly, *&*, copulat ly *antè*, etenim motio illa est executio divinæ voluntatis. Deinde: *movendo*, ait, *facit vt causa 2a. faciat*; ergo illa motione est causa quòd causa 2a faciat, ergo illa motio est prior causalitate & naturâ. Denique patet ex argum. 2. contra D. Thomæ sententiam (quam Azor. tenet vt verissimam) supra relato: *Priùs enim Deus in ignem, vel aquam motum imprimeret, quàm vnà cum igne vreret.* Cum ergo Azor sentiat, quod ibi supponitur in sententiâ D. Th. sentit, vt ibi supponitur, motionem priùs imprimi in causâ 2a quàm agat.

47. Ad 2 dico quod procedat ex malo intellectu Azorij, & ignorantiâ doctrinæ D. Th. Supponit enim Philal. quod possit à Deo fieri actio causæ 2a sine concursu terminato ad causam 2am. quod non modò est falsum, sed contrà mentem Azor & D. Th. illius quidem, qui toties, vt jam referebam, ait Deum esse causam actionis causæ 2a imprimendo in eâ motum. Et verbis in arg. relatis id sat exprimit, dum dicit, quod dum ignis vrit, Deus non solùm facit calorem, sed etiam actionem ignis, & quòd hanc actionem non potest facere, *nisi pariter faciat vt ignis vrat*. Si enim facit vt ignis vrat, & non potest

poteſt aliter actionem facere, certè agit in ignem, & eum movendo facit ab eo egredi actionem. Et idipſum magis exprimit Azoriùs ibid. ſic: *Rectè cum Petro Aliacenſi Gabriel ait, plus facit Deus producendo cum causâ 2ᵃ aliquem effectum, quàm ſi eumdem per ſe ipſe ſine causâ 2ᵃ præſtaret; quia cum facit cum causâ 2ᵃ ipſe non ſolùm producit effectum, ſed etiā facit vt cauſa 2ᵃ cum eo efficiat, quod in duobus navem trahentibus non contingit.* Ergo cum facit actionem cauſæ 2ᵃ plùs facit quàm ſi ſolus illam faceret, ergo efficientia & concurſus ejus ad aliquid aliud terminatur, aliàs nonplùs faceret; ſed non ad aliudquàm ad cauſam, faciendo vt emittat actionem, ergo.

Eſt etiam apertè contrà mentem D. Thomæ maximè 1. 2. q. 80. art. 1. vbi & ſic reſumit Conradus: *quidquid eſt principium actus voluntatis oportet quod priùs ordine naturæ moveat voluntatem.* Vide etiam ibi Cajet. & de hoc aliàs.

48. Quod autem dicit moveri ad agendum concurſu ſimultaneo, quia per illum fit agens, ſicut fieri eſt moveri ad eſſe: eſt etiam inconceceptibile: Etenim fieri eſt priùs naturâ, quàm eſſe; ſi enim eſt, jam non fit ſed factum eſt: ſed concurſus ſimultaneus non poteſt eſſe prior naturâ actione noſtrâ, aliàs eſſet prævius, cum hic ſolam prioritatem naturæ requirat. Tùm etiam quia identificatur actioni cauſæ 2ᵃ etiam 2ᵘᵐ adverſarios, ergo.

Denique ſi per concurſum ſimultaneum Deus moveat ad agendum, cum ſecundùm etiam

etiam adversarios simultaneè concurrat ad actum malum, quomodò negant Deum movere ad actum malum.

Jtaque aliquid fit agens dupliciter sc. formaliter & motivè seu effectivè, sicut etiam aliquid fit existens, & formaliter per ipsam existentiam, & effectivè per productionem; fit agens formaliter per ipsam actionem (quod tamen 2um S. Thom. q. 21. de verit. art. 1. ad 4. non dicitur nisi impropriè, quia facere dicit propriè causalitatem efficientis) fit agens motivè & effectivè per ipsam motionem & impulsum, à quo causatur ipsa actio, sicut Azor. in argum. relatus dicit & continuò S. Thom. Itaque fit agens formaliter per omne identificatum actioni; non potest autem per idem fieri agens effectivè, & causando actionem, quia causa & effectus excludunt identitatem, & requirunt distinctionem. Vndè per concursum simultaneum actioni causæ 2æ identificatum, licet possit fieri agens formaliter, non tamen effectivè; cum autem hîc cum Azor. sit sermo de motione ad agendum, quâ Deus est causa actionis, & consequenter facit effectivè agens, male dicitur moveri ad agendum, & fieri sic agens per concursum simultaneum.

Dum autem Philal. addit motionem ad agendum esse motum metaphoricum; si velit non esse mutationem realem & veram, fallitur; non est tamen mutatio naturalis, seu alterativa, sed est Metaphysica 2um S. Thomam.

49. Ad

49. Ad 3um verum est quod Philal. non neget Deum prævenire nostra bona opera, sed proculdubiò negat prævenire eo modo quo docet Azor. hic enim docet prævenire non concursu indifferenti, sed flectente voluntatem, efficaciter, præviè, & physice: loco enim in argum. citato quæs. 1. habet: *Operatur* (Deus) *in bonis volens vt ea sint & fiant, non solùm vt actus sunt, sed etiam vt bona sunt, & ad ea commodum & oportunum auxilium dat ac movet, flectitque voluntatem, & facit vt velit.* Si flectit, non est indifferens; si facit vt velit, est efficax.

Jbi autem in fine inquirit, *An peccatum vt actus quidam est, fiat à Deo, non solum cum homine faciente illum actum, sed etiam movente hominem ad ipsum actum?* Vbi vides quod non quærat de concursu simultaneo, sed de prævio. Resp. quod Deus *movet hominem ad mala quatenùs bona quædam sunt, sed non quatenùs mala sunt.* Dicitque Greg. & Capreol sic etiam sentire.

50. Uideamus jam an quæs. 2°. conveniat cum Philal. jn illo Azor refert tres opiniones. 1ª. dicit Deum nullum opus bonum præfiniisse; quod probat argumentis quibus adversarij nostra decreta impugnant; 1°. sc. author. Damasc. lib. 2. de fide. 2°. quia tolleretur libertas, quia divinum decretum est efficacissimum, cui resisti non potest, aliàs divina voluntas posset impediri, mutari, &c. Rursus, in nostra potestate non est divinum decretum ponere, quia Deus per seipsum sine nobis omnia præfinivit.

vit. 2ª opinio concedit Deum omnia præfinivisse bona, sed non peccata, quia ad illa nos non prævenit. 3ª opinio ait Deum præfiniisse bona & mala, non vt mala sunt, sed vt actus sunt: & hoc quia est 1ª rerum causa.

En tres opiniones, quæ sunt de præfinitionibus efficacibus quæ fiunt à Deo *sine nobis*, seu independenter à prævisione consensus nostri. 1ª opino ab alijs, ait Azorius, reputatur cum Pelagianis sentire: *& illam pauci juniores Theologi tuentur vt lib. arb. vim defendant.* 3ª autem opinio, ait Azor. ab eis reputatur Calvinistica.

Jam respondeat Philal. quam harum sententiarum tueatur: non 2am quia horret decreta ex se efficacia, vt libertati contraria; nec 3am. quia illam cum istis junioribus reputat Calvinisticam, ergo 1am eò vel maximè, quia etiam conqueritur suam sententiam Pelagianis affinem censeri.

At audi cujus sententiæ sit Azor. vt conveniat cum Philal. 1am. sententiam planè reijcit, quia, ait, *fortassis vt voluntatem liberam faciant, faciunt sacrilegam.* Et postea. 1ª *opinio nescio quid bonis operibus, ac potissimum gratiæ divinæ, & Deo omnipotenti derogare videtur.* Ecce quomodo concordat cum Philal.

Sed quid de tertiâ opinione, quæ est Thomistarum? *Existimo*, inquit, *Authores 3æ. sententiæ nihil cum Calvinistis, & Lutheranistis sapere: quia non eo sensu, quo isti hæretici, dicunt Deum præfinire peccata quatenùs actus sunt.* Et post multa explicat

explicat illam 3am. opin. quod velit solum malum vt est actio & bonum naturale, esse à Deo, non autem vt malum , & illam amplectitur. Vides, Lector, quomodo conveniat Azorius cum Philal.

4um. autem frivolum est: Scotistæ enim etiam approbant Thomistarum libros , & econtrà, sine vllo propriarum opinionum repudio. Quod si ex approbatione solâ id sequeretur innumeros Philal. opponerem Iesuitas , qui Thomistarum libros amplè approbarunt.

SECTIO V.

Utrum Henricus Henriquez præmotionem doceat?

51. COncl. est affirm. *Lib. enim de fine hominis cap. 3. num. 4. in Comment. lit. n.* „ *habet*: secunda sententia (circa futurorum cog„ nitionem) est Deum præscire in causis; infra „ P. & §. 7. D. sed quia in solis causis creatis li„ bera electio nostræ voluntatis non habet de„ terminatum esse, aut determinatam verita„ tem ; Rectè 3a & communis sententia ait „ ad certam cognitionem inter causas cogni„ tas necessario includi 1am causam in bonis, „ quæ est prædeterminatio divinæ voluntatis, „ & id fatetur etiam Durandus & Scotus.

„ *Cap. 5. in fine* : Tandem quia omne bonum naturale

„ naturale aut liberum, cum omni modo, & „ circumſtantijs temporis, loci, perſonæ, & 2um. „ gradum intenſionis & bonitatis (hæc enim „ omnia bona pertinent ad rationem & quan- „ titatem boni) præſcitur à Deo; nec omnes „ admittunt illam difficilem in æternitate „ præſentiam realem, quam quidam defen- „ dunt; Rectè concors Theologorum ſenten- „ tia docet Deum habere prędeterminatio- „ nem bonorum efficacem ex providentiâ per- „ fectâ ab æterno, in quâ, & per quam tan- „ quam per rationem omnia ſciat.

„ *Ibid. num.* 4. Ad bona ſupernaturalia Deus „ efficaci auxilio præmovet ex prædefinitione „ ſuâ. *Idem ibid. in fin. & cap.* 13. *in Comment*, *n.* 4. „ *lit. Y.*

„ *Cap.* 6. Nec tam difficile eſt intelligere (vt „ quidam putant) quod ſalvo vſu liberę no- „ ſtræ cooperationis Deus temperans vim ſui „ concurſus efficaci auxilio moveat, tum phy- „ ſicè ex parte potentiæ noſtræ, tum moraliter „ ex parte objecti: ita vt ſtante illo efficaci au- „ xilio præveniente, infallibile ſit (quæ infal- „ libilitas pertinet ad ſcientiam Dei) homi- „ nem agere; & tamen liberè agit, vt dicetur „ cap. 14. §. 5. tanta enim eſt divinæ voluntatis, „ providentiæ, & motionis efficacia, ac ſuavi- „ tas ſapientiæ, vt provideat, agatque & rem „ ipſam, & modum ipſius: id eſt providet, vt „ ab homine fiat actus ſeu effectus, & liberè „ fiat, cum omnibus circumſtantijs loci, tem- poris,

„ poris, & modi. *& postea sic obiicit & soluit.*
„ Obijciunt quidam : si causa efficax, & sup-
„ positio, ex quâ infallibiliter sequitur effectus,
„ est jam posita in actu, nec ea est aut vnquam
„ fuit in libertate meâ; quî fieri potest vt effe c-
„ tus & actus sic à Deo prædefinitus antece-
„ dente voluntate, & mandandus executioni
„ cum efficaci auxilio præveniente, maneat
„ nunc in libertate nostræ voluntatis?
„ Resp. 1° antecedens esse causam rei non
„ vtcúmque, sed rei cum suo modo libero, at-
„ que ita infert effectum liberum, alioquin
„ Deus non assequeretur modum quem suâ
„ providentiâ, & suavi motione intendit: nem-
„ pe vt effectus in exercitio liberè fiat per cau-
„ sam proximam.
„ 2° prædicta causa, nempè providentia,
„ & efficax motio (quæ est prima qui-
„ dem & præcipua causa, remota tamen, &
„ non tota aut sola causa) si consideretur vt
„ est in se, licet non sit in voluntate meâ; qua-
„ tenùs tamen attingit effectum non sola, sed
„ nobiscum, ipsa vt sic, seu ipse effectus est in
„ libertate meâ; quia effectus hic ita pendet
„ à me tanquam à causâ proximâ, vt in sensu
„ diviso possim impedire effectum, & non co-
„ operari: cum nihil sit quod voluntatem meá
„ ex parte potentiæ, aut ex parte objecti ne-
„ cessitet ad agendum, Deo suaviter & salvâ
„ hominis libertate concurrente.
„ *Post pauca addit*: verè ergo B. Th. 1am radi-
cem

„ cem & causam effectuum contingentium
„ aut liberorum asserit esse Dei voluntatem,
„ & liberam determinationem, ac suavem mo-
„ tionem, quam sapienter attemperat nostræ
„ voluntati salvâ ejus libertate.
„ Hæc sententia est SS. Scripturis, ac Patri-
„ bus consentanea, vt salvâ libertate hominis
„ Deus non solùm quosdam, sed omnes liberos
„ hominum actus bonos cum suis bonis cir-
„ cumstantijs prædefiniat. Quod si certa ad-
„ huc ratio inventa non esset, quâ hanc senten-
„ tiam convincamus, nullo tamen evidenti
„ argumento potest impugnari. Et pius ac so-
„ brius Theologus conabitur probabiliter so-
„ luere argumenta: vt probet mysteria fidei
„ solutione argumentorum, de quibus certus
„ est nihil convincere contra veram fidem.
„ *Ibid.num.*7. Si bona electio nostræ volunta-
„ tis consideretur vt futura, agnoscit illam cer-
„ tò Deus in prædeterminatione suæ provi-
„ dentiæ efficacis, seu prædestinationis, tanquã
„ in causâ efficaci, quę per nos impediri aut
„ mutari non potest.
„ *Cap.*11.*num.*8. sicut in effectu gloriam præ-
„ cedunt merita, gratia prævenit opera meri-
„ toria, motio & auxilium Dei pręcedit coo-
„ perationem nostram quæ est dispositio gra-
„ tiæ: ita providentia efficax in rebus gratiæ,
„ 2um rationem præcedit in archetypo id auxi-
„ lium, & omnem cooperationem nostram
„ etiam pręvisam.

Cap.

„ *Cap.* 14. *num.* 7. Quidam Theologi ti-
„ ment admittere auxilium Dei efficax quod
„ præveniat consensum nostræ voluntatis.
„ At sanè vt non tollitur vsus nostræ libertatis
„ ex eo quod Deus tanquam causa remota prę-
„ viderit actum nostrum, ita nec tollitur ex
„ eo quòd in executione Deus tanquam causa
„ proxima auxilio efficaci præveniat volunta-
„ tem nostram.

„ *Et ibi in Comment. litt. y sibi obijcit*: positâ
„ prædefinitione Dei, & auxilio efficaci non
„ potest homo non agere, & suppositio illa
„ (quæ præcedit tempore vel naturâ) non est
„ in meâ libertate ergo nec actus. Resp 1 neg.
„ cons quia quando antecedens est causa rei
„ cum suo modo libero, infert consequens
„ cum eodem modo, nempe vt liberè faciam.
„ 2° transeat ant. & neg. conseq. quia actus
„ pendet non solum à Deo, sed à libertate
„ meâ.

Alia argumenta contra præmotionem obij-cit, & soluit optimè toto cap. 12. & in Comment. num. 2. litt. z. monet benè notandam solut. à se datam in textu, sc. quod providentia Dei efficax facit rem cum suo modo, scilicet liberè.

Quid sentiat de scientiâ mediâ?

„ 53. *Cap. 4. ejusdem lib. habet*: Quidam Ju-
„ niores aiunt Deum; eâ etiam ratione præs-

 cire

„ cire electiones voluntatis nostræ, quæ de
„ facto erunt: quia per idæam præscit in cau-
„ sis creatis, quod nostra voluntas posito nec
„ impedito tali prævio causarum & circum-
„ stantiarum concursu sit volitura: idque po-
„ sito tantùm ex parte Dei generali concursu,
„ ac si ageret ex necessitate naturæ. Eamque
„ præscientiam esse infallibilem, etiam seclu-
„ sâ reali rerum præsentiâ ín æternitate. Qui-
„ dam addunt veras esse propositiones de fu-
„ turo in signo rationis antequam concipiatur
„ vlla divinæ voluntatis prædeterminatio, &
„ præsciri in seipsis, *&c.*
„ Hinc gradum faciunt vt admittant in cau-
„ sis præsciri omnia futura conditionata: nem-
„ pe, quid generaliter & qualiter electio in
„ voluntate hominum sequeretur in tali præ-
„ vio causarum & circumstantiarum omnium
„ concursu, si Deus absque prædefinitione
„ cum communi tantùm auxilio naturæ, &
„ gratiæ concurreret. Et quasi rem novam se
„ invenisse putantes, (nam in hâc antiquâ
„ controversiâ non confugiunt vniversaliter
„ Patres & veteres Theologi ad conditiona-
„ tam præscientiam, aut ad reflexivam illam
„ providentiam) ex eo fundamento nituntur
„ persuadere, salvari Dei providentiam ac
„ prædestinationem *&c. postea habet*: Hæc
„ sententia non est necessaria pro asserendâ
„ hominis libertate, vt dicetur cap. 6. & 14. &
„ in multis deficit,] *&c.* Et hoc latè ostendit,
&

& prosequitur ibi : & statuit quod vt Deus præsciat conditionata futura, oportet prius in Deo intelligere conditionalem prædefinitionem seu decretum.

„ *Ibid. in Com. n.* 1. *lit. c.* Hæc disputatio de „ præscientiâ futurorum conditionatorum à „ nobis (*sc Jesuitis*) ante 20. annos excitata „ est, & contra votum nostrum suscepta est „ sententia in Italiâ, de quâ in textu.

Cap. 6. in Com. n. 4. litt. x. relatâ sententiâ Mo- „ *linæ*, *addit :* At hæc sententia est planè con- „ tra Aug. & D. Th. quem Aug. hæretici re- „ centiores, & Erasmus, falsò putant ita ex- „ tulisse gratiam, vt vsum lib. arb. tollere vi- „ deatur.

Quid de prædestinatione, & reprobatione?

54. Cap. 11. docet prædestinationem fieri ante prævisa merita. & n. 3. dicit hanc esse *veram & communem Theologorum sententiam.* Et c. 12. solvit argum. & ibid. in Com. n. 1. lit. b. ait quemdam, sc: Lessium, prædicantem oppositum Lovanij tulisse à Sixto V. suæ temeritatis acrem reprehensionem.

Cap. 13. n. 3. dicit peccatum originale esse de se sufficientem causam reprobationis. Et n. 4. habet : *Ex odio efficaci propter originale, vel ex negatione dilectionis, & prædestinationis, quæ intelligitur ante omnium opera prævisa, prænovit infallibiliter Deus istos esse damnandos.* Et n. 5. solvit argumenta.

En habes, lector, P. Henriquem nobis vbique concordem, Molinæ vbique adversum; constanter & explicatè amplexantem prædeterminationem vt concordem & communem sententiam; vt S. Scripturæ, SS. Patrum, & D. Th. genuinum sensum. Habes quomodò disertè rejiciat scientiam mediam; vt superfluam; in multis deficientem; planè SS. Aug. & Th. contrariam; & à suis contra votum suum susceptam. Habes quomodo circa prædestinationem & reprobationem sese nobiscum Molinæ opponat. Sed adverte ampliorem Philal. sinceritatem, quâ Henriquem nobis subtrahit.

Brevis Apologia pro P. Henriquez contra Philal.

55. Philal. cum non possit negare Henriquem docere præmotionem, aut ei saltem favere, sinceritatem exuit germanam, quam solo nomine induerat, in socium invehitur, Patris Henriquez authoritatem dilacerat, vt cum sibi vsui venire non possit, nobis etiam reddatur inutilis.

1°. Virum illum sapientissimum traducit vt instabilem, &, veluti nullius esset memoriæ, contraria sæpe amplectentem.

2°. Lenire simulans graviùs percutit, hujus causam assignando: *quia in hâc materiâ aliorum sententias, eorumque modos loquendi tumultuariè conge-*

congestans, multa confusè scripsit. En gravissimus scriptor, tandem in compilatorem merum evasit; sed nec qualemcumque, sed aliorum sensa sine ordine, tumultuariè, confusè congestantem velut in cumulum lapidum; ita vt nequidem alicujus ordinis gloriam obtineat.

Sed dixisse non suffecit, id etiam probare aggreditur Philal. 1° quia infallibilem gratiæ efficaciam constituit Henriquez, non in vi ejus intrinsecâ, sed in congruitate auxiliorum, dispositione concursus causarum, & circumstantiarum, & in propositione objecti. Ut præsertim habet lib. vlt. de fine cap. 4. n. 2. vbi ait: *Novit Deus præparare voluntatem nostram, ac munire tot, tantis, talibusque auxilijs, & causarum concursu, ac conditionibus, vt infallibile sit scientiæ divinæ secuturum effectum prædestinatum, & liberum nostræ voluntatis consensum.*

2°. asserit auxilium omnino idem, in vno posse esse efficax, in altero carere effectu cap. 14. n. 9. his verbis: *Si quis speculativè consideret duos homines omnino æquales in naturalibus bonis, habitibus, & causarum concursu, & eos moveri auxilio æquali ex parte objecti & potentiæ: non videtur implicare ex naturâ rei, vt vnus cooperetur & convertatur, altero non converso.*

3° Dicit Deum non prædefinire actum materialem peccati. cap. 6. n. 4. ait Patres, si subinde dicant Deum omnia præscire, non tamen præfinire, ita loqui; *quia exceptum volunt actum peccati, quòd malum morale Deus non prædefinit.*

4°. Cap. 4. n. 2. dicit: *Nec vlla ratio, aut authoritas cogit dicere quod Deus actu libero prædefinivit omnia futura conditionata.*

Quæ omnia repugnant præmotioni physicę. Cum verò sup. dixit Deum movere physicè ex parte potentiæ, loquitur, ait Philal. de motu per concursum simultaneum, & per auxilia potentiam ad actus supernaturales elevantia.

5° Ex Henao vult Henriquem omni vento agi, dum è Dominicano iterum Jesuitam factum, dicit volentem nolentem sese à præmotione ad scientiam mediam inflexisse.

Certè hæc Philal. dicta adeò injuriosa sunt scriptori celeberrimo, vt si alius de Henrique in aliâ materiâ ista protulisset, pridem habuisset Henriquez Societatem sui vindicem. Sed sic à suo Socio vapulat. quia scientiam mediam fermè ad internecionem percussit. Sic derelinquitur quia Molinæ novitatibus adhærere contempsit. At ego pro Henrique stabo, & loquar ad Philal. ex Psalm. 49. *Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris, & adversùs filium matris tuæ ponebas scandalum; hæc fecisti, & tacui. Existimasti . . . quòd ero tui similis; arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

56. 1um ergo dictum Philal. patebit infrà esse calumniam, & Henriquem hâc in parte sibi non contrariari, sed pro præmotione esse constantissimum.

2um Dictum similiter sine causâ facit illum congestatorem, & compilatorem sententiarum

aliorum.

aliorum. Cum in textu ex se loquatur, conclusiones ponat, easque probet; argumenta proponat & solvat.; vnde cum ibi non congerat opiniones, illa quæ habet in textu sup. adducta, manent illæsa ab irâ Phil. In Com. quidem aliorum opiniones latè & curiosè refert; sed si Molinæ, suario, & alijs non est indecorum aliorum opiniones referre in suismet textibus, cur probro vertetur Henriquez; quod aliorum sententias à latere, & in Com. curiosè referat? Cumque in omni materiâ aliorum sententias sic congerat, quorsùm, quæso, ad hanc solam materiam fit restrictio?

Similiter sine causâ dicit eum procedere & congestare aliorum sententias tumultuariè, cum saltem in textu illas non congerat, procedatque exquisitissimè; In Com. quidem aliorum sententias refert, vel potius aliorum authoritate suas firmat, sed ordinatè, nec apud alios Jesuitas meliorem methodum reperies. Deinde hîc non quærimus de aliorum sententijs, sed de ipsiusmet sententiâ Vis quare tumultuariè procedat? Quia abundantiâ & soliditate pro præmotione, Philalethem obruit. Vis quare confusè? quia sine ordine anatibus vsitato; & quia sopito proprio judicio Molinam non sequitur.

57. Ad 1. autem quo Philal. vult probare eum contraria docere, & præmotioni adversari; Resp. falsum esse quod Henriquez non constituat efficaciam gratiæ in vi intrinsecâ:

 consti-

constituit efficaciam auxilij excludentem scientiam mediam, vt sup. ergo efficaciam ab intrinseco. 2° cap. 5. sup relato. *Rectè concors Theologorum sententia docet Deum habere prædeterminationem bonorum efficacem, ex providentiâ perfectâ ab æterno*, (en præmotionem efficacem ex se, & vt est executio providentiæ perfectæ) *in quâ, & per quam tanquam per rationem omnia sciat.* Nisi autem esset ex se efficax, in eâ non sciret omnia. Idem ibi n. 4. & cap. 11. *Providentia efficax in rebus gratiæ 2um· rationem præcedit in archetypo id auxilium, & omnem cooperationem nostram etiam prævisam.* Si decretum præcedit operationem nostram etiam prævisam, debet esse ex se efficax, & habere executionem ex se efficacem. 3°. docet auxilium efficax quod Molinistæ nolunt admittere ne lædatur lib. arb. vt dicit cap. 11. sup. sed talis efficacia solùm potest esse efficacia ex vi intrinsecâ auxilij, ergo. Denique vide sup. relata, quæ hoc ipsum continuò probant.

58. Quæ autem adducit Philal. nil prorsus obstant, cum eadem omnes Thomistæ dicant; neque enim gratia intrinsecè efficax excludit propositionem objecti, suasiones, auxilia inefficacia, & concursum aliarum causarum, imò omnia ista supponit & compatitur, quamvis ab eis non emendicet suam efficaciam, sed ex eis sua elucescat suavitas, quæ causas 2as movet secundùm earum modum, nec excludendo operationes aliarum causarum. In hoc autem errat Philal. quod putet Henriquem ex omnium

nium istorum glutino velut componere efficaciam gratiæ, cum tamen Henriquez non intendat ibi exprimere ex quo titulo gratia sit efficax, sed quomodo efficax gratia infallibiliter & tamen suaviter moveat; *vt infallibile sit*, ait, *scientiæ divinæ secuturum effectum prædestinatum, & liberum nostræ voluntatis consensum*; tot enim Deus jungit & præparat adminicula, inspirationes, exhortationes, conditiones, &c. vt homo gratiam ex se efficacem suaviter, & quasi solâ propriâ sponte agat. Unde hæc obijci non poterant nisi ex imposturâ, quâ fingunt nos docere hominem moveri purè physicè, more brutorum sine suasionibus, &c. quasi ex efficaciâ intrinsecâ, ista superfluerent, de quo alias opportuniùs.

59. Ad 2. falsò assumit Philal. Henriquem dicere absolutè in æqualiter dispositis auxilium æquale posse esse in vno efficax, non in alio: cum dicat se loqui speculativè, & attentâ naturâ voluntatis; imò ibi se restringit ad hypothesim impossibilem in quâ Deus ageret ex necessitate naturæ, sine providentiâ perfectâ, ita quod esset aliquid casuale Deo.

Hoc vidit ille sincerus vir, vtque bonâ fide socium suum contradictionibus tentaret involutum exhibere, truncavit hæc quæ ibi immediatè sequuntur: *Quia prædefinitio, aut præparatio auxilij prævenientis efficacis non est medium ex naturâ rei necessarium, sine quo homo converti non posset: supra cap. 6. §. 5. At in praxi, & positâ Dei providen-*

tiâ quæ perfecta est, numquam ita continget, &c. cit. autem cap. 6. §. 5, sic habet : *Porrò ea prædetermi-natio antecedens quamvis, è naturâ rei non esset necessa-ria vt fierent singula bona opera (aiunt enim quod li-berè quædam faceret homo relictus communi concursui causarum; quamvis* Deus *antecedēter id non protulisset) pertinet tamen ad rationem perfectæ providentiæ qualis est in Deo, ne quid casu contingat*, &c. ibi autem in Comm. ait *hoc asserere etiam multos Thomistas, qui posito Dei generali concursu æquali, cum omnibus (puta si Deus ageret ex necessitate naturæ, & absque provi-dentiâ) aiunt salvari libertatem nostræ voluntatis circa actus bonos & malos.*

Ex quibus à Philal. bonâ fide suppressis ha-bes Henriquem loqui in dictâ hypothesi, in quâ omnes ipsi consentiunt : cum enim tunc Deus ageret sine providentiâ, ejus concursus solùm esset generalis nec se extenderet ad gra-tuita, quia hæc beneplacitum & providentiam requirunt; proinde conversio hujus præ illo in istâ hypothesi esset ex solâ voluntate hominis, essetque casualis respectu Dei.

60. Ad 3. loquitur de actu peccati vt substat malitiæ, vt patet ex ratione, quam adducit: *quòd malum morale Deus non prædefinit ex positivâ provi-dentiâ*: quæ nil concluderet nisi propositio pro-bata intelligeretur de actu peccati vt peccati, & vt substat malitiæ; quomodo malus est fun-damentaliter. Id etiam patet, quia ibi ait SS. Patres id *non asserere, quòd eâ prædefinitione positâ tolleretur vsus libertatis nostræ in exercitio, vt quidam*

falsè

falsò putant. Ergo solùm ratione malitię importatæ.

Ad 4. quid ad propositum? cum nec Thomistæ requirant decreta circa omnia futura conditionata, sed solum circa illa quæ revelata sunt in scripturâ, aut quæ ad gubernationem vniversi pertinent? de quo vide Gonet tom.2. disp.5. art. 2. illorum enim positio non est cum præmotione connexa; nec illorum negatio infert scientiam mediam; cum non pauci scientię mediæ defensores ex Societate, illa statuant. Quamvis Alarcon tract. de scientiâ Dei disp.4. cap. 6. n. 7. & 8. deploret eos hâc in parte cum Thomistis conspirare, Ex hoc verò quod Henriquez neget decreta circa omnia futura conditionata, non sequitur quod neget circa aliqua: imò cap.4. ait, quod vt Deus præsciat conditionatè futura, oportet priùs in illo esse conditionalem prædefinitionem.

61. Videt jam Philal. horum nulla repugnare præmotioni, neque Henriquem esse sibi contrarium. Nec meliori fide motionem ex parte potentiæ, de quâ Henriq. cap. 6. vult fieri per concursum simultaneum, & auxilia sufficientia, sicque loqui Henriquem: cum hic ibidem sic dicat oppositum: *ita vt stante illo efficaci auxilio præveniente*, &c. si est præveniens, non est concursus simultaneus; si est efficax, non est solùm sufficiens. Denique motio in causam, seu quâ in actum impellitur à Deo, non potest esse concursus simultaneus, cum nec sit in causam, nec

eam

tiâ quæ perfecta est, nunquam ita continget,&c.cit. autem cap.6.§.5, sic habet : *Porrò ea prædetermi- natio antecedens quamvis è naturâ rei non esset necessa- ria vt fierent singula bona opera (aiunt enim quod li- berè quædam faceret homo relictus communi concursui causarum; quamvis* Deus *antecedêter id non protulisset) pertinet tamen ad rationem perfectæ providentiæ qualis est in Deo, ne quid casu contingat*, &c. ibi autem in Comm. ait *hoc asserere etiam multos Thomistas, qui posito Dei generali concursu æquali, cum omnibus (puta si Deus ageret ex necessitate naturæ, & absque provi- dentiâ) aiunt salvari libertatem nostræ voluntatis circa actus bonos & malos.*

Ex quibus à Philal. bonâ fide suppressis habes Henriquem loqui in dictâ hypothesi, in quâ omnes ipsi consentiunt : cum enim tunc Deus ageret sine providentiâ, ejus concursus solùm esset generalis nec se extenderet ad gratuita, quia hæc beneplacitum & providentiam requirunt; proinde conversio hujus præ illo in istâ hypothesi esset ex solâ voluntate hominis, essetque casualis respectu Dei.

60. Ad 3. loquitur de actu peccati vt substat malitiæ, vt patet ex ratione, quam adducit: *quòd malum morale Deus non prædefinit ex positivâ provi- dentiâ*: quæ nil concluderet nisi propositio pro- bata intelligeretur de actu peccati vt peccati, & vt substat malitiæ; quomodo malus est fun- damentaliter. Id etiam patet, quia ibi ait SS. Patres id *non asserere, quòd eâ prædefinitione positâ tolleretur vsus libertatis nostræ in exercitio, vt quidam falsè*

falsò putant. Ergo solùm ratione malitiç importatæ.

Ad 4. quid ad propositum? cum nec Thomistæ requirant decreta circa omnia futura conditionata, sed solum circa illa quæ revelata sunt in scripturâ; aut quæ ad gubernationem vniversi pertinent? de quo vide Gonet tom. 2. disp. 5. art. 2. illorum enim positio non est cum præmotione connexa; nec illorum negatio infert scientiam mediam; cum non pauci scientiç mediæ defensores ex Societate, illa statuant. Quamvis Alarcon tract. de scientiâ Dei disp. 4. cap. 6. n. 7. & 8. deploret eos hâc in parte cum Thomistis conspirare, Ex hoc verò quod Henriquez neget decreta circa omnia futura conditionata, non sequitur quod neget circa aliqua: imò cap. 4. ait, quod vt Deus præsciat conditionatè futura, oportet priùs in illo esse conditionalem prædefinitionem.

61. Videt jam Philal. horum nulla repugnare præmotioni, neque Henr quem esse sibi contrarium. Nec meliori fide motionem ex parte potentiæ, de quâ Henriq. cap. 6. vult fieri per concursum simultaneum, & auxilia sufficientia, sicque loqui Henriquem: cum hic ibidem sic dicat oppositum: *ita vt stante illo efficaci auxilio præveniente*, &c. si est præveniens, non est concursus simultaneus; si est efficax, non est solùm sufficiens. Denique motio in causam, seu quâ in actum impellitur à Deo, non potest esse concursus simultaneus, cum nec sit in causam, nec eam

eam impellat; ſed motio ex parte potentiæ eſt talis ſecundùm Henr. ergo. Prob. min. cap. 14. num. 8. habet: *Duplicem rationem explicat B. Aug. quâ Deus voluntatem noſtram in actum impellit: 1°. phyſicè ex parte potentiæ, 2° moraliter ex parte objecti*, &c. Itaque motio ex parte potentiæ eſt phyſica, ſeu realis; motio ex parte objecti, eſt moralis.

Ad 5. quidquid ſit de illò exitu & reditu ad Societatem; certum eſt illam mutationem opinionis eſſe fictitiam & gratis inventam. Henriquez enim lib. ſuum ſcripſit ætatis ſuæ an. 57. vt habes in impreſſione Venetâ an. 1600. ante Cathalogum Authorum; vnde vel ſuum librum impreſſit antequam à Societate ad Dominicanos tranſiret, vel poſt reditum à Dominicanis ad Societatem: ſi 1um ad minùs ſexagenarius fuiſſet dum tranſijſſet ad Dominicanos, & ſexagenario major dum redijſſet ad Societatem, illa autem ætas non eſt apta diſciplinę & principiorum mutationi, proinde hoc aſſerere ſine fundamento ſapit fabulas. Si 2um. ergo ad Societatem redux ſententiam non mutavit, imò typis dedit. Certè quomodo recederet ab opinione, quam dicit Theologorum communem, S. Script. SS. Patrum, SS. Aug. & Tho. vt amplecteretur ſcientiam mediam, quam dicit novam, antiquis Theologis & Patribus incognitam? &c. quâ ratione à noſtrâ ſententiâ recederet, quam dicit nullo evidenti argumento poſſe impugnari; & ſobrium Theologum debere

bere conari ad probabilem ſolutionem argumentorum, vt ſupra retuli?

SECTIO VI.

An Ferdinandus Baſtida è Societate egreſſus ſuique juris factus, ſcientiam mediam, quam Romæ pro Societate propugnarat, deſerverit, & ad caſtra noſtra tranſierit?

62. RESP. affirmativè. Et hoc probat Martinez de Prado in Metaph. quia Illuſtriſſimus ac Reverendiſſ. D. Petrus Tapia Siguntinus Antiſtes eſt teſtatus in tract. de gratiâ, quem dictavit publicè, cum eſſet primarius Complutenſis, Baſtidam ſui juris factum, publicè noſtram ſententiam docuiſſe, & ſuam mentem explicuiſſe & Abulæ, & Valliſoleti. At verò credibile non eſt talem Antiſtitem (qui ſanctitatis odorem in vitâ, & in morte ſpiravit, vt omnium eſt teſtatio, & recens memoria, & ex parte conijcies ex eis quæ de illo refert P. Baron lib. 2. Apol. ſect. 1. art. vlt. §. 4. & lib. 4. ſect. 4 art. 1. §. 1.) deliberatè aſſerere publicè quod falſum eſſet, aut certò verum non fuiſſet.

At verò Philal. hoc vocat fabuloſum. Ut pateat Jlluſt. Tapia non eſſe Philal. ſimilem, nec fabulas confinxiſſe; ſufficiet audire confeſſionem

nem P. Oviedo Iesuitæ, & levitatem rationum Philal. expendere.

Oviedo Phyſ. Contr. 10. puncto 3. n. 24. fatetur Baſtidam Abulæ pro laureâ Doctoratus phyſicam prædeterminationem defendiſſe. Ex quo non eſt fabuloſum quod Baſtida Abulæ præmotionem docuerit: Cúmque jam in hoc verum dicat Illuſt. Tapia, non eſt dubitandum etiam verè dixiſſe, eum Uallisoleti idem docuiſſe. Ut tamen veritatem, quam negare non potuit, ſuggillet Oviedo; *Moneo*, ait, *Baſtida phyſicam prædeterminationem Abulæ defendiſſe intra Clauſtra Dominicanorum, in prælectionibus habitis pro laureâ Doctoratus, quâ ab ipſis Dominicanis erat donandus.* Sed hoc ludere & eludere eſt, & Baſtidam ſimulationis publicæ abſque incuſare. Quaſi verò Baſtidæ, ſi non jam ſtetiſſet pro præmotione, defuiſſent alij Præſides, alia Collegia, aliæ Vniverſitates in quibus lauream potuiſſet adipiſci prælegendo contrà præmotionem? aut non potuiſſet prælectiones facere tacitâ præmotione? aut ſit inſolitum Profeſſores publicos contrarias viciſſim opiniones Defendentium in Scholis prò gradu permittere? aut vir tantus à ſimulatione adeo publicâ nil potuiſſet deterreri? ſtupeo autem virum iſtum ſimulationis publicæ ſuggillari, ab ijs pro quorum ſententiâ & honore tantùm Romæ ſudavit, & ingens laboris & affectus monimentum reliquit?

63. En quomodo fabulari ſit, iſta vocare fabulas:

fabulas: ſed audi quàm fundatè hæc, fabulas dixerit Philal. 1°. ergo dicit quod Valliſoleti abierit in Proverbium, vt dicit Henao; *Videtur Baſtida nihil niſi ſcientiam mediam & auxilia ſcire.* Non examino an è contra hoc non ſit fabuloſum; dico tamen eſſe omnino inſufficiens ad arguendum fabulę aſſertum Martinez de Prado ſup. poſſumus enim ſcire ſcientiam mediam quoad quid eſt, & omnia quę ipſam concernunt, ſine eo quod ei aſſentiamur ſic eam ſciunt Thomiſtæ vt impugnent; ſcimus etiam hęreſes Calvini & Lutheri, quibus non aſſentimur, ſed eas impugnamus. Poterat ergo Baſtida optimè noſcere ſcientiam mediam, quam eò meliùs impugnaret, provt feciſſe jam patuit, & conceſſum eſt. Sciebat ergo ſcientiam mediam, quam impugnaret; & auxilia gratiæ, quæ contra illam tutaretur.

2ª ratio Philal. eſt quia Baſtida morti proximus Collegio Valliſoletano Soc. Ieſu legavit 4. volumina continentia controverſias & acta Romę pro ſcientiâ mediâ, vt cum licuerit typis mandentur.

Reſp. certum eſſe Baſtidam Romę propugnaſſe ſcientiam mediam, deſideraſſem tamen audire ex Philal. verba ipſa teſtamenti, tum vt ſcirem an è Soc. egrediens permiſſus fuerit ſecum deferre iſta volumina, tum an voluerit illorum impreſſionem; iſta enim textu teſtamenti debuiſſent probari; cum ſimilia Philal. dicta non ſint infallibilia, vt ſæpè patuit, & patebit:

putat,

putat,autem Martinez de Prado opera Bastidę jam pro parte impressa,& ex illis conflatum tomum P. Suarez posteriorem posthumum de auxilijs editum an. 1655. vide c. 33. suæ Theol. moralis. Sed his omissis nil concludit Philal. propugnatur enim à nobis pręmotio, impugnaturque scientia media solius veritatis zelo, ita vt adversarijs arma non invideamus ad veritatem investigandam, sicut nobis adversarij, vt sic gloriosius inveniamur in veritate stabiles. Hâc ratione potuit Bastida sua volumina (quibus pro scientiâ mediâ omne dicibile scripsisse putandus est in illis angustijs) Molinistis legare, vt secum illorum infirmitatem experti, secum etiam castra mutarent. Noluit ea alijs dare ne fortè ex eis deciperentur. Nec voluit ea dilacerare (quod facere potuissent si sibi fuissent adversa, ij qui Bellarminum adulterarunt; libellum de ratione studij suppresserunt; historiam D. le Bossu inviderunt; & Diarium Francisci Pegnæ prohiberi curarunt) sed ea voluit esse æternum apud Molinistas Monimentum, sc. quod ea essent fortissima quæ dici potuerunt pro scientiâ mediâ; tamen ea nil solidi astruere, quodque ijs non obstantibus ipsemet veritatis zelo à scientiâ mediâ recesserit.



SECTIO

SECTIO VII.

An P. Michael Marcos præmotiones docuerit?

64. RESP. affirm. Et inter alios, qui communiter eum pro præmotione citant, ſic Martinez de Prado 2.p. Metap. Contr. 12. art. 2. §. 3. eum prò præmotionibus allegat: *P. Michael Marcos 1. p. q. 23. art. 7. & 3. p. q. 86. art. 1. dub. 1. ad 3. cujus ſcripta, nondum in lucem edita, licet luce, & laude digna, apud me habeo.*

Huic teſti oculato fidem non negat Oviedo, ſed mirùm eſt quantam cum Philal. facultatem omnia dicendi, & nil probandi vſurpet. Dicit in Phyſ. contr. 10. puncto 3. num. 25. Certum eſſe P. Marcos ſenem factum contra præmotionem ſtetiſſe. Hoc verò certum vult, & nequidem verbo probat ſuum dictum. Non audens autem abſolutè negare eum præmotionem docuiſſe, ait, quod ſi illam docuit, fuit dum erat juvenis, & dum vigebat imperium Dominici Bannez.

Miror P. Bannez habuiſſe aliquando imperium in P. Marcos, & Jeſuitas; puto habuiſſe vt ſincerum S. Thomæ (tunc etiam Soc. Magiſtri) diſcipulum, illoque cecidiſſe, vbi Molina nolens amplius S. Th. regnare ſuper ſe vt infra patebit, etiam fidorum D. Th. diſcipulo-

 rum

rum imperium excussit. Utvt sit, saltem conceditur P. Marcos juvenem pro prę motione stetisse (quia pro eâ stetisse ejus scripta probant) & solum dicitur & non probatur eum senem factum illam repudiasse, quod seipso ruit. Facile autem est etiam id convincere falsitatis; non modo quia est gratis dictum, sed præsertim; quia prę motionem docuit in 1. p. & in 3. p. S. Th. vt testatur Prado; atqui Jesuitę juvenes non solent docere Theologiam, & maximé totam summam D. Th sed senes & post lecturas grammaticalium, & Philosophicorum, vt etiam experientia docet: ergo malè sine vllo fundamento Oviedo subtrahit P. Marcos senem, & solùm concedit juvenem. Phil. autem fatetur illũ solùm docere auxilium semper esse majus in eo qui convertitur, quàm in eo qui non convertitur; & quod doceat prędefinitiones; & vtrumque sic glossat: quòd sc. solùm velit auxilium esse majus moraliter; & quòd nolit illas prędefinitiones fieri per media intrinsecè efficacia.

En iterum dicit Philal. sed non probat: vbi enim habet quod illa duo solum doceat? Vnde habet quod illa duo sic intelligantur? Cum Oviedo concedat P. Marcos juvenem docuisse præmotiones physicas locis citatis à Martinez de Prado, sc. 1. p. & 3. p. quomodo verum dicet Philal. dum vult eum istis locis id non docuisse, quod insuper nec probat?

Certè si scientiæ mediæ faveret, ibi in 1. p. cam

eam propugnasset nec cum præmotione potuisset habere inducias in materiâ huic propriâ, si ei bellum indixisset. Cum verò oppositum planè contigerit; Philal. hic non est Germanus.

SECTIO VIIJ.

Utrùm Salmeron S. Ignatij Loiolæ Socius præmotionem doceat?

65. PHilal. cum non habeat, quo Salmeronem nobis eripiat, putat conclusisse illum non fideliter citari pro præmotione, dicendo: *Salm. tom. 4. in Evang. p. 3. tract 14. in illud Math. 11. væ tibi Corozaim, §. Ad 2. q. & t. 1. Comm. in Paul. p. 2. disp. 21. §. Quæ verò asserit, & disp. 21. c. 8. ad Rom. §. Infertur ergo, docet Deum cognoscere certò & infallibiliter futura conditionata libera non in causis, qualia sunt decreta antecedenter efficacia & prædeterminationes physicæ: sed in seipsis immediatè.*

Sed vide amatorem veri; loco cit. in Matt. sic habet Salm. *Ad 2. q. resp. Dei præscientiam certam esse de futuris eventibus, & inevitabilem, frustrarique minimè posse; quia sumitur à reipsâ jam in oculo suo existente; cum in causâ, quæ libera est, & variabilis, cerni non possit.*

Ubi vides 1° eum directè oppositum Molinæ, volenti illa futura cerni in causâ variabili,

per ejus supercomprehensionem. 2°. quàm Philal. sit variabilis, dum hîc præmotionem vult annumerari causis variabilibus de quibus ibi Salm. & alibi dicit inflexibilem, imò necessitatem antecedentem. Illam non esse variabilem, neque inter causas variabiles comprehendi sat exprimit Salm. disp. 19. in c. 8. ad Rom. statuens *firmam & immobilem prædeterminationem.* Id etiam Philal. scire poterat ex Pererio lib. 8. de causis post alios monente, quòd per causas alicujus effectus absolutè, intelliguntur causæ propriæ & proximæ, non autem 1æ & vniversales; quibus est connumeranda præmotio, cum sit virtus & motio causæ 1æ.

Denique satis exprimit illa futura certò cognosci in decreto, dum dicit *à reipsâ jam in oculo suo existente*, hoc est existente in decreto, vel in ipsâ æternitate. Quod clariùs expressit disp. 21. in c. 8 ad Rom. in fine: *Subsequitur prædestinationem hanc* (quam sc. disp. 19. dixerat firmam & immobilem prædeterminationem) *præscientia certa bonorum operum, & certæ adeptionis finis: & hoc est, quia in prædestinatione est certa Dei voluntas* (audis certitudinem præscientiæ ex certitudine voluntatis?) *vt hæc eveniant, quia certa sunt in se* (sc. in æternitate) *& in suis causis, idest in Dei voluntate.*

In c. autem 8. ad Rom. disp. 21. §. *Infertur*, sic habet: *Infertur ergo prædestinationis certitudinem non ab operum bonorum præscientiâ, sed à benignâ Dei providentiâ proficisci. Nec ideo quia quis præscitur*

ſcitur ſalvandus, prædeſtinatur ſalvandus: Sed contra, quia prædeſtinatur ſalvandus, ideo præſcit eum ſalvandum ſub rationeſuturi, & non ſicut in contingentibus. Idcirco in prædeſtinatione continetur certitudo ſalutis, & in eâ certitudo conferendæ gratiæ, & bonus vſus gratiæ, & meritorum, & perſeverantiæ in finem. Repugnat enim divinæ ſapientiæ certò aliquid ad finem ordinare, & non ad certa & promoventia ad finem media. Quid clariùs contra Philal. & ad probandum Deum prçſcire futura in decretò efficaci?

66. Detectâ falſitate dictorùm Philal. jam oſtendo Salmeronem planè pro præmotione ſtare. Quia docet nos à Deo agi, impelli, moveri &c. ad agendum; prçvie; phyſicè; determinando ſeu flectendo ad agendum; efficaciter; & illæsâ libertate; ergo.

Prob. ant. pro 1. p. quia diſp. 14. in 8. ad Rom. ad illum verſ. *Quicumque Sp. Dei aguntur*, &c: oſtendit nos agi a Sp. S. phyſicè, & non tantùm moraliter, illæsâ libertate; cum ex ſcripturâ, tum ex S. Aug. de correp. & grat. cap. 2 & ſerm. 13. de verbis Apoſt. & prius hæc retulerat ex Proſpero l. ſent. *Plus eſt proculdubiò agi, quàm regi; qui enim regitur aliquid agit, & ideo regitur, vt rectè agat. Qui autem agitur, agere ipſe aliquid vix intelligitur, & tantùm præſtat voluntatibus noſtris gratia Salvatoris, vt non dubitet Apoſt. dicere: quotquot Sp. Dei aguntur, ij filij Dei ſunt. Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere poteſt* (attende quiſquis præmotionem horres) *quàm vt*

ut illi se commendet, qui mala agere non potest.

Disp. 28. in 9. ad Rom. ait, quod, *sine Dei impulsu & motione nihil possumus*. Et tom. 4. in Ev. 1. p. tract. 27. docet quòd Deus voluntatem immutet, flectat, & inclinet. vide inf.

Nec dicat Philal. eum velle Deum movere præcise quatenus dedit virtutem; 2° quod solùm velit movere ad 1um. actum. 3°. concursu simultaneo.

Præter dicta cap. 1. sect. 3. hæc refuto; 1um. *quidem*: 1° loco dicit quod agi plus dicit quam duci, sed duci plus dicit quam collationem virtutis cum eam supponat, ergo â fortiori agi. Deinde illud agi tribuitur Sp. S. sed collatio virtutis, seu rerum productio non ei appropriatur ergo. Denique collatio virtutis non infert filiationem Dei; nec videtur vllo modo lædere libertatem, quæ tamen Salm. ibi dicit de illo agi.

Disp. autem 28. cit. vult quod sine Dei impulsu nil possimus, sicut instrumentum sine impulsu principalis; sed impulsus v. g. serræ non est collatio virtutis fixæ, sc. acuminis, ergo similiter. Tom. etiam 4. in Evang. dicit Deum immutare voluntatem, vt ostendat suum imperium in eam, & potestatem flectendi quo vult; sed hoc non ostendit collatio sola virtutis, ergo.

2um *etiam*, quia 1° loco loquitur de agi ex quo sequitur Dei filiatio, & ex quo hæretici inferebant tolli libertatem; sed ex agi ad 1. actum solum,

solùm, non sequitur filiatio Dei, neque de illo agebant heretici, ergo.

Disp. 28. cit. distribuit omnes actus, *Nihil possumus.* Et tom. 4. in Evang. sic etiam distribuit: *Deo promptum est voluntates hominum in quemcumque affectum voluerit inclinare.*

Denique sic habet in Epist. Pauli disp. 5. in fin. 5° *elicimus Deum adjuvare nostram infirmitatem, ad omnes & singulos bonos actus; non vt lib.arb. partem, & gratia partem operetur, sed vt ad omnes & singulas actiones extendatur tam lib. arb. quàm ipsa gratia; vt Bern. docet in lib. de grat. & lib. arb. sed illud vt causa 2ª hæc primarius author. Quemadmodum hujus libri litteræ sunt quidem omnes à pennâ, sed vt instrumento; & à manu scribentis vt præcipuo authore.*

3^{tiò} *etiam dictum vanum est:* 1°. quidem loco, agit Salm. de illo agi ex quo Lutherani inferunt tolli libertatem. vt videre est; ipse verò Salm. non negat eorum principium, sed ostendit malam eorum consequentiam, quia sic agimur quod agamus: sed Lutherani id non inferunt ex concursu simultaneo, vt notum est, ergo.

Idem etiam patet disp. 28. cit. cum instrumentum præmoveatur, & impulsus sit influxus in causam. tom. autem 4 in Evang. sic habet. *Dominus etiam circa voluntatem eam immutando, operari voluit, vt ostenderet se habere ejus imperium quocumque voluerit flectendi.* Sed concursus simultaneus non est circa causam, sed circa effectum: nec per concursum simultaneum in-

differentem oſtendit imperium & poteſtatem flectendi voluntatem quocumque vellet, ſed contra: ergo.

2. *p. ex hoc manet probata.*& amplius patebit in prob. 5, p. vbi Salm. motionem illam dicit vocationem ſecundùm propoſitum Dei, cui homo non renuat, & quæ videtur lædere in ſe lib. arb. ſed prius eſt nos vocari. quàm venire, nec concurſus ſimultaneus indifferens apparet vllo modo lædere directè lib. arb. ergo. Denique tom. 4. in Evang. p. 3. tract. 28. ad illud, *Suſpiciens Jeſus*, habet: *ponderat Theophilactus Zacchæum prius fuiſſe viſum à Jeſu, quàm ipſe Jeſum viderit: quia ſemper prævenit nos in benedictionibus dulcedinis divina bonitas.*

67. *Prob.* 3. *p.* diſp. enim 24. in 8. ad Rom. cit. habet: *Vt non ſolùm Sp. Sancti ductu intellectum illuſtrantis, ſed etiam affectum noſtrum tardum & pigrum gubernantis & adjuvantis ſignificaret, rectè dixit, aguntur, & non ducuntur: excluſâ tamen omni violentiæ aut coactionis ſpecie, quæ illo verbo excogitari poſſit.* Ubi admittit non ſolùm motionem ex parte intellectus, quę eſt moralis, & fit illuminando & proponendo objectum; ſed etiam ex parte voluntatis ſeu ex parte potentiæ & ſubjecti, quæ eſt phyſica: cum enim voluntas ſit cæca non poteſt immediatè, & in ſe moveri ex parte objecti, ſeu moraliter.

Tom. 4. in Evang. loco cit. habet: *Supereſt igitur vt dicamus: quod vt Dominus ſigna edebat multiplicia circa corpora, & circa intellectum hominis videndo*

dendo cogitationes ejus; ita etiam circa voluntatem eam immutando operari voluit, vt ostenderet habere se ejus imperium quocumque vellet illam flectendi. Et paulò ante hoc magis expresserat: *Secutus est Dominum nullâ morâ interpositâ, quod fieri potuit vel Christo immediatè cor movente, sine aliquo externo invitamento.*

Denique concedit Deo modum agendi in voluntatem, quem negat Angelo, sed Angelus potest voluntatem movere moraliter, non autem physicè. Prob. mai. tom. 4. in Evang. 1. p. tract. 9. §. *Modus autem*, dicit: *Non potest dæmon in voluntatem agere, imò nec Angelus, sed solus Deus.* Tract. autem 25. ad illud, *At illi continuò* &c. habet: *Si magnes abditâ quâdam vi, quæque sub aspectum non cadit, assimilat sibi ferrum, & trahit ad se, succinum verò paleas, & sol vapores in altum elevat: quid mirum si is, qui finxit sigillatim corda hominum, vim habeat illa ad se inclinandi?*

Prop. 4. *p.* disp. enim 14. in 8. ad Rom. cit. loquitur de agi ex quo Lutherani inferunt tolli lib. arb. sed non inferunt hoc ex concursu indifferenti, sed determinante effectivè; ibi autem admittit illud agi, & negat tollere libertatem, ergo. Tom. etiam 4. in Evang. 1. p. tract. 27. ait filium Dei operatum in voluntate Matthei, vt ostenderet se habere potestatem quocumque vellet illam flectendi, ergo illam flexit, cum potentia non manifestetur nisi per proprium actum. Per concursum autem indifferentem non flectit sed flectitur, nec osten-

dit

dit suam potentiam, sed potentiam voluntatis creatæ. Denique disp. 19. in 8. ad Rom. fine ait: *In finem dilexit eos & prædestinavit, id est, firmâ suâ & immobili prædeterminatione per certa media, quasi serie quâdam instituit, vt possent ad gloriam pervenire.* Vide etiam sup. n. 65.

Prob. 5. *p.* tum ex loco proximè cit. *firmâ & immobili prædeterminatione*, &c. tum ex disp. 14. cit. cum Lutherani solum agerent de motione efficaci. Tum ex tom. 4. in Evang tract. 27. cit, quia per motionem inefficacem non ostenderet illam potestatem. Deinde ibid. de eodem Matt. concludit: *Quare mirum esse non debet, si tam efficaci virtute vocatus . . . statim sit obsecutus.* Insuper disp. 19. in 8. ad Rom. habet: *vocatio secundùm propositum excellens est, firma & efficax, & talis, vt illi lib. hominis arb. tanto dono Dei affectum non renuat: In quo lib. arb. non læditur, sed magis statuitur*, &c. Ibid. disp. 23. ad illud; *hos & vocavit*, habet: *certissimè sc. & fixè.* Et ita interpretatur August. libro de nat. & grat. & ad Paulin.

68. 6. *Pars* autem patet ex omnibus ferè locis hactenus productis. Sic Salmeron pro præmotione; audiamus pro Molinâ, & scientiâ mediâ loquentem.

Disp. 21. in 8. ad Rom. docet prędestinationem fieri ante merita pręvisa, & hæc prævideri in decreto. Vide sup. n. 65. & ibid. habet: *Quod nondum est in se, vel in suis causis determinatis, non potest vel Dei oculo determinatè videri*, & postea:

vt

vt ergo Deus diversimodè se habet circa hos effectus vt causa, ita etiam variè se habet sua præscientia.

Ex quibus patet eum prorsus aspernari scientiam mediam: vel enim doceret Deum prævidere futura conditionata, in supercomprehensione causæ creatæ liberæ, vt dixit Molina, vel in veritate eorum objectivâ ante determinationem causæ 1ª & 2ª vt Vasquez jactat se excogitasse & invenisse; non 1um. vt patet tom. 4. in Evang. sup. n. 65. nec 2um quia, vt jam dicebat *quod nondum est in se vel in suis causis determinatis, non potest vel Dei oculo determinatè videri.* Ergo. Denique cum certitudinem præscientiæ fundet in certitudine voluntatis divinæ, & decreti vt sup. n. 65. vidimus, scientiam mediam planè respuit, quæ certitudinem præscientiæ habere vult ante decretum.

SECTIO IX.

An Cosmus Alamannius præmotionem doceat?

69. PHilal. dicit Gonetum falsò imponere Alamannio, quod in summâ Philosophiæ D. Th. 1. 2. q. 11. art. 4. doceat prædeterminationem Physicam esse D. Th. *cum de illâ ne vel verbum faciat sed præcise referat sententiam & verba, quibus S. Th. docet Deum operari in naturâ & voluntate operantibus, eas movendo, applican-*

applicando, & faciendo vt operentur, quæ omnia rectè explicantur per causæ ac virtutis productionem, & conseruationem, per approximationem ad passum & cæteras concausas, ac præsertim per concursum simultaneum causam 2am. applicantem, seu conjungentem suo operi.

Philal. putans omnes suis qualitatibus affectos, Gonetum falsi, & imposturæ arguit, sed quàm falsò & malè, jam patebit. Fallere tamen ipse vult, dum ait Alamannium *præcisè referre sententiam & verba S. Thomæ.* Quasi sc. purè referret, nec eis consentiret. Quod tamen falsum esse planum est, & ex epistolâ 1. p. illius Philosophiæ præfixâ, quâ opus suum dignissimum & laboriosissimum toti Ordini FF. Prædicatorum voluit dedicatum; & ex prologo ad lectorem, constat. Bonâ autem fide non procedit Philal. dum pro ratione, quare Gonetus falsò imponit Alamannio, dat hanc; quia de prædeterminatione physicâ ne vel verbum facit, quasi verò prædeterminationes physicas non possit docere, nisi illomet complexo vtatur: quod si ita est falsò imponet Philal. Banczio dum dicet eum prædeterminationes physicas docuisse cum in illo hoc complexum non reperiat. Iis enim vocibus nos vsos ad condescendendum advorsarijs sup. cap. 1. sect. 1. monui; & tamen modò contra nos eis volentes abutuntur.

70. Falsum est autem 1. quod quæ ibi producit Alamannius possint explicari per productionem

ctionem aut conservationem virtutis; cum expressè ibi habeat. *Tertiò* (actionis alicujus rei alia res est causa) *quia movet illam ad agendum; in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activæ, neque coefficientia cum ipsâ re ad actionem ipsius, sed applicatio virtutis illius ad actionem, atque adeò facere ut res illa agat, seu operari in illâ ut agat, sicut homo est causa incisionis cultelli, eo quòd applicat acumen cultelli ad incidendum mouendo ipsum.* Vides quàm apertè Philal. contradicat Alamannio? Dicit Alamannius, quod in motione ad agendum non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis: Philal. asserit quod in illâ motione intelligat Alam. collationem aut conservationem virtutis. Nunquid hoc est ex amore veritatis, vel bonâ fide explicare Alamannium?

Ibid. ad 2. habet Alam. *Dicendum quod virtus naturalis rebus naturalibus in suâ institutione collata inest eis, vt quædam forma habens esse ratum & firmum in naturâ: sed id quod à Deo fit in re naturali quo actualiter agat, est vt intentio sola habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Non potest magis distinguere illam motionem à productione virtutis.

Falsum est 2° quod ea, quæ habet Alaman. possint explicari per approximationem ad passum. tum quia voluntas non habet istam approximationem ad passum. tum quia non dicit quod per illam motionem intelligatur applica-
tio

tio virtutis ad passum, *sed applicatio virtutis ad actionem.* Tum quia applicatio ad passum est pura conditio, & non aliquid *factum in re naturali, quo actualiter agat*; sed illa motio est *id quod fit in re naturali quo actualiter agat*, ergo.

Falsum est 3° quod possint explicari per concursum simultaneum. Dicit enim Alam. quod in illâ motione neque intelligatur *coefficientia cum ipsâ re ad agendum* Cui planè contradicit Philal. dum vult intelligi *coefficientiam cum ipsâ re ad agendum*, seu concursum simultaneum. Deinde homo non est causa incisionis cultelli nisi per actionem præviam; sed Alam. vult Deum isto modo esse causam actionis ergo. Insuper illa motio ponit virtuositatem (sc. intransitivè) in causâ 2ª, & id *quo actualiter agit*; & illâ Deus est causa actionis; sed concursus simultaneus non ponit istam virtuositatem, neque illo Deus potest esse causa actionis, cum actioni identificetur; & inter causam & effectum necessaria sit distinctio, secundùm Philos. ergo.

Male autem Philal. supponit concursum simultaneum esse applicantem ad agendum; distinguit enim Alam. inter coefficientiam ad actionem, & applicationem ad actionem. Et esto possit dici applicatio formalis, non tamen potest esse applicatio effectiva, & quâ Deus facit vt agat, & est causa actionis; quia ista applicatio effectiva debet esse prior actione, quia est ratio causandi illam, sicq; debet esse ei previa.

1. P.

1. p. autem summæ Philos. D. Thomæ q. 19. art. 8. Alamannius docet etiam ex verbis S. Th. propositionum singularium de futuro contingenti vnam non esse determinate veram, & alteram determinatè falsam, eisdem fundamentis quibus idipsum nos probamus, soluitque argumenta sibi objecta.

Notet autem Philal. suum socium in D. Thomâ versatissimum, ne vel verbum in eo invenisse, quo concursum Molinistarum indifferentem & versatilem stabiliret, aut contradictoriarum de futuro contingenti veritatem determinatam constitueret: invenisse autem quo hoc vltimum negaret, & præmotionem physicam planè statueret.

SECTIO X.

An Costerus præmotionem doceat?

71. QUæ ad hoc affirmandum adferri solent ex Costero Ench. Controversiarum c. 5. de lib. arb. §. *Magna autem*: Phil. dicit etiam intelligenda de concursu simultaneo. Sed quàm inconsiderate? accipe.

Ibi sic habet Costerus: *Hic itaque versatur difficultas, quomodo liberè agam, vt possim non agere, si Deus non modò prævidit multò ante futurum quod ago, sed etiam me juvat in agendo, adeoque me movet vt agam; Quæ difficultas non solum in nobis hominibus post peccatum, sed in primo quoque parente*

ante

ante peccatum locum habet, atque in ipsis etiam beatis spiritibus qui multa & liberè faciunt, & non sine Deo præsciente, movente, & cooperante faciunt. Voluit sanè Deus hâc difficultate palam facere nobis omnipotentiam suam, quod in his etiam rebus quæ nos attingunt, plus possit & faciat. quàm nos capiamus, aut intelligamus, vt omnis intellectus in obsequium Dei captivum se reddat, neque plus sapiat, quam oporteat sapere. Philosophi nonnulli, quòd hæc non caperent, vel Dei præscientiam, vt Cicero, vel ejus providentiam & cooperationem negaverunt. Et paucis interjectis addit: *Hæc igitur est admirabilis potentia, & omnipotens sapientia Dei, humanum intellectum superans, vt singulis rebus convenienter ad suas naturas cooperetur: naturalibus vt agant naturaliter, rationalibus vt agant liberè.* Iam num ista intelligantur de concursu simultaneo, attende.

1°. Ait esse difficultatem de illâ motione ad agendum, quâcum non videtur salvari quod possim non agere: sed ista difficultas non est de concursu simultaneo, maximè de indifferenti; ergo. 2°. movet illam difficultatem de motione, ex quâ Calvinistæ & Lutherani inferebant sublatam libertatem; sed hoc inferebant ex motione præviâ, vt notum est, ergo. Deinde agit de motione requirente captivitatem intellectus in obsequium fidei &c. Sed hæc est nota præmotionis secundùm Philal. n. 65. & 66. nobisque hoc ipsum exprobrat, de quo inf. n. 407. & seqq. ergo.

Denique Costerus per motionem intelligit priori-

prioritatē, vt patet fol. 197. impreſſ. Colon. 1608. quâ vtor: *Eſt gratia præveniens*, ait, *in homine peccatore motio quædam divina, quâ Deus intellectum quidem illuſtrat..... voluntatem verò ſuaviter piâ affectione movet, & in bonum inclinat.* Si gratia præveniens eſt motio, motio dicit prioritatem fol. etiam 198. *hanc Dei motionem appellant gratiam prævenientem, & operantem, quòd illam nullis meritis noſtris exigentibus, nobiſque nihil agentibus, ſed in peccato ſecurè quieſcentibus, Deus pro ſuâ miſericordiâ in nobis ſine nobis operetur, cor moveat, & mentem illuſtret*, &c. Si Deus illam motionem ſine nobis, & nobis non agentibus operetur, non eſt concurſus ſimultaneus. Hoc ampliùs exprimit fol. 201. *Deus nos primus movet, & movet præveniente gratiâ; tum verò nos adjuti hâc gratiâ illud per lib. arb. aggredimur, & facimus ad quod Spiritus Dei hortatur.* Item fol. 209. dicit Sp. S. *operari in homine & cooperari voluntati more ductoris, qui in tenebris præeunte lucernâ debilem manu trahit.* Attende vbique motionem moralem ſeu in intellectum, & phyſicam ſeu in voluntatem præviam.

Denique fol. 215. objicit. 4. *Si movente Deo voluntatem noſtram, eſſet in poteſtate noſtrâ non moveri, aut ſequi, Dei motio non eſſet efficax: quod videtur repugnare ſcripturæ*, &c. *Reſp. negatur propoſitio. Motio enim Dei ſemper eſt efficax, quia ſemper illuminat intellectum & afficit voluntatem: nullam tamen neceſſitatem imponit, ſed relinquit libertatem, quia hoc verbum Dei non mittitur, niſi vt juvet voluntatem,*

tatem, non vt necessariò impellat, &c. Ex quibus patet quàm hîc Germanè locutus sit Philal.

SECTIO XI.

An Canisius præmotionem doceat?

72. AFfirmat D. Sylvius, & alij: quia in summâ, tit. de Iustitiâ Christ. dicit, quod gratiâ Christi præeunte faciamus justitiam. Sed Phil. occurrit, dicitque hæc intelligenda de concursu simultaneo; hoc tamen non probat, vnde suadebit vbi probaverit quod præire sit collateraliter & simul ire.

Canis. autem ibid. se de concursu prævio loqui exprimit, pro 4. testim. referens illud Aug. *Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati.* Si facit vt faciamus, & causa sit prior effectu, vult Deum priùs facere vt faciamus, quàm nos faciamus. Jbid. tit. de iustificatione §. 9. testim. 1. ait ex Aug. *Avertat Deus hanc amentiã, vt in donis ejus, nos priores faciamus, posteriorem ipsum: quoniam misericordia ejus præveniet me.* Et testim. 19, deducit quod agamus, & agamur à Deo. Ibidem §. 10. testim. 1. habet in margine: *Deus prior deinde nos.* Et ad testim. 4. *Gratia nostris conatibus prior.* Jdem ferè vbique leges in Canisio, & advertes Philal. etiam hîc non esse Germanum.

SECTIO

SECTIO XII.

Hieronymus Torrensis præmotionem docet.

73. LIbro, cui titulum fecit, *Confessio Augustiniana*, ex verbis D. Aug. contexto reimpressionis 1572. lib. 2. c. 3. §. 16. sic refert ex S. August. *Rectè arbitror lirb. arb. comparari jumento, unde & dictum est, velut jumentum factus sum apud te; gratiam verò sessori sicut enim jumentum illud, dum in viâ dirigitur ut iter rectum sive leniter, sive cursim secundùm sedentis in se voluntatem possit incedere, quoadusque ad locum perveniat destinatum: ita & lib. arb. dum in viâ, id est in Christo, quia ipse ait, ego sum via, &c. ceperit esse, gratiæ regimine regitur, ut in semitis recto corde ..... possit ambulare, quoadusque ad promissum regnum cælorum perveniat ..... sicut ergo homo sedens in jumento, cum peregerit iter quod incessit, dicit, feci hodie, ut puta 30. milliaria, sed non ea cucurrißet, nisi à sessore tam directum in viâ, quàm gubernatum fuisset. Rectè ergo seßor, quem gratia figurat, dicit; feci 30. milliaria. Ipse enim fecit, qui jumentum facere fecit, & tamen utrisque labor itineris imputatur. Ita & gratia & lib. arb. peragit sine dubio iter fidei liberum, dum Dei Christianus facit præcepta, sed non, ut supra dixi, sine gratiâ dirigente vel gubernante.* Ibi autem in margine habet Torrensis. *Elegans gratiæ & lib. arb. cum sessore & ejus jumento comparatio.* Postea iterum. *Liberum arb. domatur à gratiâ.*

Hæc autem non quadrant concursui indifferenti, nisi Dei concursum jumentum facias, & lib. arb. sessorem flectentem illum: sed soli prævio liberum arb. flectenti & regenti.

Ibid. cap. 5. §. 4. relato ex Aug. *Non qui spiritu suo aguntur, sed quotquot Sp. Dei aguntur hi filij Dei sunt. Dicit mihi aliquis, ergo agimur, non agimus? resp. imò & agis & ageris*, &c. Sic habet in margine. *Attendant hi, qui nostrum arb. in justificatione, & in bonis operibus pati tantùm existimant. Si ergo lib. arb. adjuvatur à Deo, debet à Deo agi, & cum Deo aliquid agere.* Illud agi dicit concursum in causam, & ex illo Calvinistæ inferebant tolli libertatem; cum ergo Torrensis illud agi admittat, & neget tolli libertatem, patet eum statuere concursum in causam, & prævium.

Ibid. c. 8. §. 1. ait ex Aug. *Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati.* Et addit ad marginem: *Quomodo Deus operatur in nobis, & nos etiam operemur.*

Lib. autem 1. c. 5. §. 5. postquàm notavit, *quòd locutiones istæ, spiritus postulat pro nobis*, &c. *Nunc cognovi quod timeas Deum*, &c. *aliæque similes efficientiam vel causam significant*; habet ex Aug. *Quid est autem interpellat, nisi interpellare nos facit* . . . . . . *Adjutorium igitur Sp S. sic expressum est ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit.* Et in margine notat: *si hæc hæretici nostri temporis admitterent, nequaquam negarent in operibus gratiæ arb. nostri libertatem.* Sc. quia non solùm Deus facit, ut velut illi

illi hæretici, ſed etiam nos facimus & liberè operamur, quia facit vt faciamus, ſeu liberè operemur. Ex his patet Torrenſem docere concurſum prævium; cùm ſeſſor ſic moveat iumentum; & agi à Deo involuat influxum in cauſam: & facere vt faciamus, debeat priùs naturâ eſſe quàm faciamus, ſi cauſa adhuc prior eſt naturâ ſuo effectu,

SECTIO XIIJ.

Ludovicus à Ponte præmotionem docet.

74. HIc pius Pater præmotionis (quam horrent Moliniſtæ) ſuavitatem, guſtat & probat ex ardenti ſponſæ deſiderio, quo non à Dei præmotione eximi, ſed ab illâ trahi deſiderat: *Trahe me poſt te*, &c. Ex illis ergo verbis colligit quòd Deus nos præmoveat, phyſicè, efficaciter & infallibiliter, illæsâ libertate. Quæ ſigillatim probo.

1. p. prob. lib. 2. Exhort. 6. §. 1. *Quid eſt trahe me*, ait, *niſi tu Domine inchoa in me bonum opus fortiter & ſuaviter me impellens ad illud*. Et §. 3. ait, *Sp. S. munus eſſe hos pedes* (ſc. amoris & ſpei) *præmovere intra juſtorum corda; de quibus dicitur qui Sp. Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei. Idem autem eſt agi, & trahi. Vnde ſenſus eſt: qui à Sp. S. trahuntur, & magnâ vi impelluntur, vt poſt Chriſtum currant, hi ſunt dilecti ejus filij, quorum fælicem ſortem cupiebat ſponſa cum dixit: Trahe*

me, &c. Ibid. paulò antè. *Præmovet quidem Deus hos pedes, sed nos Deo cooperantes illis celeriter currimus.* Exhort. autem 4. §. 1 agit contra superbiam erigentem se contra gratiam trahentem; & §. 2. habet: *Hæc igitur omnia contemplans Christi sponsa, utramque superbiam cæcam & vanam omnino respuens, dum ait, trahe me, tria nobis salutaria monita tradit: primò enim fatetur se egere continuò gratiâ Dei præmovente, excitante, & trahente ipsam, quam non à se, sed à gratuitâ Dei benignitate debet recipere, prout edocta est à suo sponso dicente: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Et ibi vult gratiam trahentem tribui Patri; *quia in gratiâ trahente maximè omnipotentia, quæ ei accommodatur, splendet; dum subitò voluntati imprimit impetum adeò vehementem, ut eam immutet, & incipiat velle quod ante nolebat.* Ibid. §. 1. relato ex Isaiâ, *Nunquid exaltabitur serra*, &c. habet: *En quatuor egregiæ similitudines ad confundendam superborum arrogantiam. Nihil enim miser homo magis potest sine divino adjutorio, quàm securis, aut serra, virga vel baculus sine artifice, vel homine qui operatur, aut trahit, aut movet illa.* Exhort. autem 6. monet hanc comparationem non esse in hoc quòd motio sit nobis tota ratio agendi, sicut instrumento; nec quod ei non possimus resistere, potentiâ sc. antecedenti, sicut non potest instrumentum non liberum, sed, ait §. 1. quia Deus est qui hanc suavissimam vim, & impetum imprimit, elevans hominem ad ea, quæ suas vires excedunt, ideo dicitur homo quasi serra vel penicillus, aut instrumentum

Dei,

Dei, liberè tamen Deo aſſentiens, & cum Deo operante cooperans.

75. *Prob. 2. p.* Exhort. 2. §. 2. ait diſcipulos Chriſtum vocantem ſtatim ſecutos, *non imprudenter vel ineptè, aut animi levitate moti, ſed ab interno lumine & affectu, fortiſſimiſque rationibus ſubitò eis impreſſis allecti & tracti* (en motionem moralem, audi & phyſicam) *& vi quâdam divinâ ad id compulſi.* Ibid. § 3. *ſicut magnes ferrum ad ſe trahit, per hoc quod imprimit illi qualitatem quamdam & impulſum, quo affectum ferrum trahitur & adducitur ad illum, ſic divinitatis fulgor in Chriſto, emittebat cæleſtem quemdam ſplendorem, in eos quos efficaciter vocabat, quo illuſtrati, & inflammati interiùs, vi quâdam divinâ attracti ad ipſum currebant.* Deniq; exhort. 4. §. 2. tractionem phyſicam, & efficacem, quæ fit *voluntati ſubitò imprimendo impetum adeò vehementẽ, vt eam immutet*, tribuit Patri: & moralem quæ fit ſuadendo & illuminando intellectum, Filio. Vide etiam lib. 2. exhort. 5. §. 2. infrà.

Prob. 3. p. lib. 2. exhort. 4. §. 3. *Trahe me tuâ gratiâ vehementi, forti, & efficaci, quæ ſit mihi inſtar alarum, quibus velociſſimè curram poſt te.* Et poſtmodùm: *Cùm ſponſa inquit, trahe me, non petit quamvis gratiam prævenientem & excitantem, quam Theologi ſufficientem vocant; hæc enim hanc, & ſimiles præcationes præcedit* (etiam tempore:) *ſed gratiam trahentem, quæ congrua vocatio dicitur, & vi quadam divinâ vehementi & efficaci animam impellit vt currat.* Ne autem putes ex eo quòd audis vocem, congruæ vocationis, eum loqui de gratiâ con-

gruâ Suaris, quæ pendet à circumstantijs; cum illa non sit vis vehemens, neque impellat animam vt currat. Deinde exhort. 2 §. 4. dicit quod *cuncta vincit & aufert impedimenta*; ergo ab eis non pendet. Vide idipsum exhort. 5. §. 2 infr. cùm enim ibidem illam vim vehementem *præmotionem* dixerit vt sup. retuli, de eâdem loquitur: & quam Molinistę vocant rigidam, & incongruam, ipse suavissimam & congruam dicit, quia cujusque modo agendi congruit, & movet secundùm causarum naturam, & eo loco, tempore, & eâ efficaciâ, quâ Deus constituit illas movere.

Exhort. 7. §. 4. ait sponsam dixisse trahe me, & non trahe nos, *Ad indicandum omnipotentiam Dei, & efficaciam gratiæ ipsius, cui tam facilè est trahere omnes homines ac trahere vnum*. Lib. 8. Exhort. 8. §. 1. *Sed advertere oportet*, ait, *vocem dilecti, aperi mihi, bifariam posse sumi juxta duplicem modum auxilij & vocationis, quam Theologi vocant efficacem. vel sufficientem. Post illam semper sequitur consensus & affectus; post hanc non semper*, &c. *priori modo vox illa, aperi, accipienda est per modum imperij efficacis*, &c. lib. 2. Exhort. 5. §. 2. *Triplex est modus compellendi; primus per superabundantem, & extraordinariam illustrationem mentis* (en motionem moralem) *& impulsum vehementem voluntatis* (en physicam) *quæ ita cor immutet, vt quadam vi cælesti ac divinâ repellat omnem vim carnalem, terrenam & mundanam, quam à vitiis & passionibus, & à possessione rerum temporalium patiebatur, incipiatque alacriter post*

Christum

Christum currere. (en victricem) *Hâc mirâ vi traxit ad se Christus tres insignes peccatores sc. Magdalenam, Mattheum, & Saülum, in quibus prædominabatur concupiscentia*, &c.

Prob.4.p.toto lib.2. dicit Deum nos trahere in funiculis Adæ in funiculis charitatis & suavibus. Et Exhort.2. §.3. dicit quòd homo post Christum trahentem currat: *non coactus, sed valdè spontaneus, summâque facilitate & suavitate, quoniã gratia trahens facit jugum suave, & onus leve.* Et Exhort. 5. §. 1. *Sat nobis sit*, ait, *præcatio sponsæ, trahe me post te curremus, vt lib. hominis arb. quod omnes experimur, fide certâ teneamus, nec per gratiam lædi, etsi dicatur trahere.*

SECTIO XIV.

Claudius Typhanius docet præmotionem.

76. Typhanius vir fuit celebris, & (vt refert P. Jacobus à S. Domin. in suâ radicante *Cassiopeiæ stellâ* lib.2.fin.) suæ Provinciæ quondam Præpositus; scripsit librum. *De priori & posteriori*, in quo solidè Molinismum oppugnat, & scientiam mediam destruit; præmotionem verò ferè vbique supponit, aut statuit: vnde cap.31.n.7.habet: *Ad 3.Confirm.neg. est sequela, sc. quòd si Deus videt Petrum convertendum in decreto illo prædeterminante ejus conversionem, præparat ad eam media Petro ineluctabilia. Iis enim omnibus medijs, quæ Deus præparat, Petrus potest non*

vti, ideoque omnia eluctabilia quidem sunt non tamen omnia eluctanda. Aliud autem est esse ineluctabile, aliud non eluctandum; illud enim dicit necessitatem & impossibilitatem eluctationis, hoc non dicit, sed solùm medium habiturum effectum, an liberè, an necessariò hoc non exprimit. Quare malè confundit Petrus à S. Ioseph ineluctabile cum non eluctando, &c. Et post pauca: *Deus ita voluntatem nostram movet, & determinat; ita eam movet, & inclinat ad vnam contradictionis partem, vt ipsa nihilominùs ad eam sese etiam inclinet, manente potentiâ sese in alteram inflectendi.* Cap. autem 55. n. 7. ait se nunquam potuisse intelligere quod Deus se applicet ad agendum nobiscum, quia prævidit nos determinaturos nos ipsos.

Nec obest quòd nolit præmotionem consistere in qualitate reductivè & intentionali: sicut non obest quin adversarij scientiam mediam Molinæ doceant, etsi ab illo, imò inter sese, in ejus medio discrepent.

SECTIO XV.

P. Heruvart à Caramuële Thomistis accensetur.

77. ILlustr. Caramuel in Theol. Fundamentali fundam. 1. thesi 3. not. 4. refert an. 1654. in Universitate Uiennensi P. Heruvart Soc. Iesu defendisse: *esse possibilem qualitatem, quæ ex essentiâ suâ physicâ, & reali infallibilitatem*

illæsâ

illæsâ libertate induceret. De quo sic Caram. ibi: *quò attentiùs ejus theses considero, videtur mihi clariùs subscribere sententiæ Thomistarum.*

SECTIO XVI.

Alij Jesuitæ sine numero docuerunt præmotiones physicas.

78. PRimo loco sint omnes Iesuitæ Molinâ antiquiores; cum enim Molina velit, & fateatur suam doctrinam esse novam, vt sup. cap. 1. sect. 5. & præmotio physica sit antiquissima, vt ibid. sect. 4. cúmque juxta Suarez lib. 2. de scient. cond. c. 4. n. 5. necesse sit vel præmotionem amplecti vel scientiam mediam: nisi illos antiquos velis ea quæ necdum erant amplexatos, fatearis necesse est, præmotionem tenuisse. Hoc etiam candidè admittunt Herice tract. 3. disp. 25. cap. 2. & Paulus Leonardi p. 2. num. 77. vide inf. num. 426. Adde modò plurimos Molinæ coætaneos ab illis antiquis præmotione imbutos, quos omnes à præmotione retrocessisse, dici poterit, non suaderi: cum scirent, etiam ex traditione, præmotionem esse D. Thomæ, antiquissimam. & communem sententiam; Molinæ verò doctrinam esse particularem, novam, & D. Thomæ adversam, ex ipsomet Molinâ; & aliunde vsque ad Molinæ tempora D. Thomæ doctrinam haberent etiam in praxi commendatam, eisque novitatibus interdictis,

dictis, opinionum communium sequelam recenter mandasset S.P.Ignatius, etiam ijs qui ad Concilium Tridentinum profecti erant; nefas est dicere illos à Majorum sententiâ ob vnum Molinam recessisse, cum etiam ex Societate plurimi ei resisterent in faciem, vt de plurimis ostendi, hactenùs: potiùs de eis vsurpabo illud Aug. lib.2. cont. Julian. *Quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt.*

2° loco sint PP.Societ.Colonienses, qui Dialogo 2.de homine fol.36.præmotionem docent.

3° loco ij omnes, qui renuebant doctrinam Molinæ defendi à Soc. vniversâ, de quibus lib. 3.vitæ Bellarm.c.vlt *Molinæ sententiam etsi aliqui, eo quod ex vnius privati Scriptoris nata ingenio erat, minimè censebant defendi debere à Societate vniversâ: attamen ij, qui tum præerant* (sc. Aquaviva Præp.Gener. Assistens Hispaniæ; & Provincialis Castellæ, vt Camer. suæ Antiq. de novitate victoriæ cap. 1.) *aliter deliberarunt.* Advertit autem Camerarius vbi jam, ex tunc multos Iesuitas doctrinam Molinæ *contra mentem defendendam suscepisse, eo solùm fine, vt latæ legi obtemperarent.*

79. 4° loco, illi qui ex decreto R. P. Aquavivæ Societatis Præp. Gen. (Vide illud inf.c.9. sect. 5.) putarunt se ligatos ad docendam præmotionem, vt de facto ligare videtur; vnde & ad istud ligamen præscindendum, hanc declarationem (quam refert Tannerus 1.2.dis.6.q.3. dub.10.fin.) adhibere voluit Uittellescus Aquavivæ

vivæ ſucceſſor. *Cum difficultas aliqua inter viros doctos ſuper decreto R. P. N. Claudij p. m. an.* 1613. *die* 14. *Decemb. de efficaciâ gratiæ nata eſſet varijs variè id interpretantibus; R. P. N. Generalis Mutius, & qui tunc fuerunt aſſiſtentes, & Secretarius, qui decreto illi præſentes interfuerant, & mentem R. P. Claudij probè perſpectam habebant; itemque Patres ad id in Congregatione Generali deputati cenſuerunt, nec intendiſſe R. P. Claudium hoc ſuo decreto decernere, Deum ſuâ voluntate prædeterminaſſe, vel prædefinijſſe aliquod opus noſtrum bonum, independenter à cooperatione liberâ noſtræ voluntatis, nec etiam quod in gratiâ efficaci ſit aliqua entitas realis, aut aliquis modus phyſicus in actu primo, qui non ſit in gratiâ ſufficienti: ſed hoc tantùm, quod fuerit ſpeciale beneficium Dei dediſſe vni v. g. Petro ex Propoſito boni in eo faciendi gratiam, eo tempore & loco, quo ſcientiâ conditionalium præſçivit illum eâ gratiâ bene vſurum, &c.* Ex quâ Declaratione conſtat varios Ieſuitas intellexiſſe R. P. Claudium Aquavivam ſuo decreto voluiſſe & mandaſſe vt docerent decretum *prædeterminans opus noſtrum bonum, independenter à cooperatione liberâ noſtræ voluntatis*, & gratiam intrinſecè efficacem; abſit autem vt tali dictamini ſuum intellectum non conformaverint vt obedientiæ filij, ergo varij Ieſuitæ tunc præmotionem docuerunt.



CAP.



CAP. II. PARS II.

Expenditur an aliqui Jesuitæ præmotioni adversi fateantur illam esse de mente D. Thomæ.

SECTIO I.

Vtrum Molina ipse fateatur?

80. RESp. affirm. quia 1. p. q. 14. art. 13. disp. 6. habet: *D. Thom. 1. p. q. 105 art. 5. docet Deum duplici ratione dici operari cum causis 2^is. in primis quia virtutes illis tribuit .... Deinde quia ita eas ad agendum movet, vt quodammodo formas & virtutes earum applicet ad operationem: non secus atque artifex securim applicat ad scindendum,* &c. postea addit: *Duo sunt quæ mihi difficultatem pariunt circa doctrinam hanc* D. *Thom.* 1um *est, quod non videam quidnam sit motus ille & applicatio in causis 2^is* postea addit: 2um. *quod mihi difficultatem parit, est, quia juxta hanc D. Thom. doctrinam Deus non concurrit immediatè immediatione suppositi ad actiones & effectus causarum secundarum.* Deinde succumbens vtrique difficultati voluntariè, ponit concl. vtrique contradictoriam.

Ex quibus hoc formo argumentum: Molina dicit illam motionem esse à D. Th. assertam, quam

quam ſupponit eſſe in cauſis 2$^{is.}$ de quâ non videt quid ſit, & quæ eſt ſibi difficilis intellectu, & denique quę facit mediationem ſuppoſitorum: ſed illa non poteſt eſſe niſi prævius concurſus, ergo Maj. patet ex jam relatis. Min. prob. quia concurſus ſimultaneus non eſt in cauſis 2^{is} receptus, cum non ſit in cauſam; de illo etiam ſcit quid ſit, imò alibi deſcribit ipsũ; neque eſt intellectu adeò difficilis; neque illum denegaret igni calefacienti, cui tamen ibidem denegat illam motionem; neque ille facit mediationem ſuppoſitorum; quæ tamen omnia apud Molinam currunt de præmotione, ergo. Vnde Tannerus Jeſuita 1. p. diſp. 2. q. 11. dub. 1. aſſert. 4. fatetur quòd *Molina loco cit. diſp. 6. eum loquendi modum S. Thomæ* (ſc. quod moveat applicet, &c.) *abſolutè videatur reijcere.*

Sed ipſe Philal. hoc negat, dicitque Molinam §. *Dicendum* explicare illam motionem de concurſu ſimultaneo ſic: *quidquid autem ſit de loco illo paulo ante citato, fortè neque D. Thom. à nobis diſſentit. Cajet. namque, qui modum loquendi D. Thom. ſervat ita 1. p. q. 14. ad art. 13. ſuam ac D. Thom. ſententiam interpretatur, vt prorſus nobiſcum conſentiat vt diſp 11. videbimus.*

Reſp. hæc confirmare aſſertum noſtrum: dicit enim *quidquid ſit de loco illo*: hoc eſt, tranſeat, ibi S. Thom. ſit contrarius: tamen vt deſpectum hunc alleviet, addit vnum *fortè*: *Fortè neque S. Thom. à nobis diſſentit* cur *fortè?* cur non abſolutè loquitur? quia erubuit abſolutè negare,

gare, quod absolutè verum noverat. Et quidem hujus sui *fortè* causam non habet in D. Thom. aliàs non omisisset, sed putat habere in Cajet. quem sic putat interpretari D. Thomam vt sibi consentiat. Uerùm cum ibi Ferrariensem, vix inferiorem Cajetano, retulerit D. Thomam interpretari de concursu prævio; quàm sola Cajet. interpretatio solùm poterat causare merum *fortè*? Insuper Cajet. D. Thomam non interpretatur consentaneè Molinæ, vt infrà cap. 6. sect. 4.

82. Prob. 2°. quia 1. p. q. 14. art. 13. disp. 17. postquàm conclusit: *Non quia Deus scit aliquid futurum, ideo futurum, sed ècontrario.* Addit: *quamvis vt verum fatear, contrarium innuere videatur D. Thomas sup. art. 8. in resp. ad 1. dum exponit atque in contrarium sensum reducere conatur testimonium Origenis mox citandum, quo idem apertè docet.* Si ergo Molina fatetur S. Thom. nolle futurum præcedere scientiam & voluntatem Dei, sed consequi; fatetur consequenter eum velle decretum rei futuritionem inferens, adeóque & præmotionem.

Prob. 3° in Concord. disp. 44. superciliosè nimis rejectâ, & taxatâ S. Aug. sententiâ, quâ ex constitutis contra Pelagianos auxilijs ex se efficacibus, docet prędestinationem fieri ante pręvisa merita, addit: *Sententiam vero Aug. secutus est D. Thomas, & post eum plerique Scholasticorum.* Sicque suam censoriam virgam etiam ad D. Thomam extendit; vide hęc & alia inf. n. 427. Hinc

colliges

colliges quàm inconſtanter dicat diſp. 53. memb. 2. vt refert Philal. præfinitiones non eſſe D. Thomæ cognitas.

Sed occurrit iterùm Philal. quia Molina q. 23. diſp. 1. memb. 6. habet: *Quare dubitandum non eſt, ſi eâ de re, vel Aug. vel D. Thomas conſulerentur, continuò reſponſuros fuiſſe prædeſtinationem non ſine prævià ſcientiâ vſus lib. arb. futuri* (ſc. conditionatè, ait Phil.) &c.

Mirare, Lector, Molinæ modeſtiam, & diſce novitatem, juxtà Bern. humilitati non eſſe conſanguineam. Fatetur diſp. 44. Aug. & Thom. oppoſitum ſentire; nec tamen veretur eam vim argumentis ſuis hîc tribuere, vt ſi ea fuiſſent illis propoſita, eos ſtatim ſibi manus daturos, relictâque propriâ ſententiâ ſibi ſtatim conſenſuros non dubitet. Sed foras vana iſta: argumenta illa pridem à Semipelagianis ſibi objecta vidit Aug. (vt articulatim recenſet P. Gonet diſp. 5. de volunt. Dei art. 4.) nec eis conſenſit, ſed eâ detrivit & incineravit; quem ſecutus eſt S. Thomas.

SECTIO II.

Utrum PP. *Conimbricenſes idem fateant-r.*

82. RESp. affirm. quia 2. phyſ. cap. 7. q. 13. art. 1. habent: *Circa modum quo Deus cum cauſis 2^is ad earum operationes, & effecta concurrit, ſe offert celebris opinio D. Th. 1. p. q. 105.*

art. 5. & 1. 2. q. 109 art. 1. q. 7. de potentiâ art. 7. ejusque Sectatorum Capreoli, Ferrariensis, & aliorum existimantium omnes causas 2as. antequam operentur, accipere à Deo *influxum quemdam, & motum, qui sit quasi esse intentionale virtutis divinæ, quo ad promendas actiones excitentur.*

Phil. amore veritatis audet negare Conimbr. fateri præmotionem esse D. Thomæ. quia 1°. ibi solùm loquuntur ex interpretatione multorum Thomistarum. 2° quia mentem D. Th. ibi non examinant. 3°. art. 2. seq. illius opinionis fundamenta solventes S. Th. pro se citant. 4° quia q. 15. art. 2. eumdem citant pro hâc conclus. prædeterminationi contrariâ. *Actio causæ 1æ. determinatur quoad speciem ab actione causæ 2æ.*

Resp. 1um. esse nugatorium, cum non dicant esse D. Th. 2um. Thomistas, *Sed D. Th. & Sectatorum ejus Capreoli* &c. In quo insuper Thomistarum fidelem D. Th. sequelam in hoc puncto notant per ly, & *Sectatorum.* Tum quia citant loca quibus volunt S. Th. id docere, non autem loca in quibus id dicant Thomistæ. Denique si hoc esset, nulla etiam in Philal. esset citatio ex proprio sensu.

83. 2um Simile est: quasi id quod est ipsis evidens, & quod erat totius Soc. confessio in lib. de ratione studiorum, egeret ab eis examinari; & loca, quæ citant, non sint satis clara cuique Cordato. Tum etiam veluti id non sufficisset exprimere in textu, sic etiam ibi in margine

gine habent: *Sententia D. Th. & aliorum.* Denique quis fingat eos, qui S. Th. sequelam in ijs, quæ non excipit lib. de rat. stud. habent demandatam, in hoc puncto adeò tunc, sc. an 1605. controverso progredi D. Th. inconsulto, imò sine examine contra se citato, nisi eum sibi esse contrarium haberent compertum, tum ex locis à se citatis, tum ex lib. de rat. stud?

3um. Ejusdem farinæ est: cum S. Th. non referant toto illo art. nisi pro sol. vlt. arg. & non nisi ex 3. cont. gent. c. 19. & ad ostendendum ex illo, quod actio sit perfectio agentis. Quasi verò dato quod vnum argum. niteretur principio D. Th. contrario, sequeretur conclusionem alijs medijs probatam etiam esse contrariam? Aliàs concedes conclusiones Catholicas esse S. Scripturę contrarias, si probentur per medium S. Scripturæ contrarium.

4um. Etiam: cùm in toto textu art. ne vel semel referatur S. Th. in margine quidem ad 1. concl. habetur: *consule D. Th.* 3. *cont. gent. cap.* 66. *& in* 2. *dist.* 1. *q.* 1. *art.* 4. Hocne est S. Th. pro se citare? Cum possit moneri consulendus, vt de ejus mente lectori linguatur judicium, quam ipsi putant sibi contrariam; aliàs in textu loca retulissent si sibi faventia reperissent: non favent autem quia S. Th. loquitur de determinatione materiali; quam nec negamus.

SECTIO IIJ.

Tannerus idem fatetur.

84. AGens de mente D. Th. circa prædeterminationes physicas 1. p. disp. 2. q. 11. n. 35. ait; *nullum locum ex citatis habere difficultatem præter illum, qui relatus est ex q. 3 de pot. art. 7. vbi quidem concedimus S. Th. videri eam tradidisse sententiam; sed quam tamen meritò existimamus ab eo fuiße tacitè saltem & implicitè retractatam 1. p. q. 105. art. 5. & in 3. cont. gent. cap. 70.* quod repetit disp. 3. q. 5. dub. 6. & n. 10. relatis locis quibus S. Th. explicat Damasc. addit: *vbi manifestè agnoscit S. Th. voluntates nostras à Deo prædeterminari, etiam salvâ libertate.*
Ibid. disp. 3. q. 1. dub. 5. n. 5. postquam dixit S. Th. ad concordandam Dei providentiam cum libertate nostrâ, nusquam significasse Dei decretum non præcedere ratione & naturâ liberam nostram determinationem (in quo tamen solo recentiores concordiam statuere ait Tan.) sed suppositâ providentiæ prioritate ad ejus efficaciam recucurrisse, habet: *vt hinc planè colligere liceat eam concordiæ rationem, à quibusdam recentioribus adferri solitam, S. Th. non fuisse cognitam; vti nec antiquioribus Theologis Dur. in 1. dist. 46. q. 1. n. 7. Dion. Carth. dist. 39. q. 2 Capr. dist. 45. q. 1. concl. 5. Ferrar. 1. cont. gent. cap. 85. Driedo opusc.* de

de Concord. lib. arb. & prædest. 2. p. c. 3. ad 1. aliisque pluribus, qui cum S. Th. ad explicandam eam concordiam docent, Dei voluntatem & providentiam tantæ virtutis & efficacitatis esse, ut licet ei nulla potentia & libertas creata resistere possit, omnes tamen causas, quibus cooperatur, suaviter moveat, & juxta cujusque naturam aut necessariò, aut liberè ad operandum impellat. Quia non solùm operatur quod vult, sed modum etiam quem vult in cooperando tenet, & per varias causas, varios quoque producit effectus; ut bene retulit Vasquez hîc disp. 99. c. 3.

SECTIO IV.

Plures alij Molinistæ idem censent.

85. P. Antonius de Padigliâ publicè defendens dogmata Molinę an. 1599. in prævigilio S. Th. Aquinatis non diffitebatur se contraire D. Th. vnde illum designando respondit P. Alvari Ord. Præd. *putâtisne vos habere clavem scientiæ in Ordine vestro?* satis innuens se absque istâ clavi scientiam suam ingressum.

Bellarminus etiam adulteratus idem fatetur vt sup. retuli n. 25. & hinc etiam habemus omnes Jesuitas Septentrionales qui illum in aliis adulterantes, hoc ita evidens, & omnibus notum habuèrunt, vt id integrum voluerint relinquere.

Vasquez 1. p. disp. 99. cap. 3. idem fatetur. vide sup. n. 13.

86. Suarez vt refert Philal. n. 96. tom. 1. Met. disp. 21. sect. 2. n. 52 & lib. 1. de auxilijs cap. 11. n. 6. fatetur S. Th. q. 3. de potentiâ. art. 7. prædeterminationem docere. Tamēn tom. 1. Met. cit. ait: *existimo S. Th. tacitè retractasse illam doctrinam* 1. *p. q.* 105. *art.* 5. *&* 3. *cont. gent. c.* 70. *vbi illius virtutis non meminit*. Sed quia ista retractatio erat infundata, & suspecta, satius duxit dicere illum nunquam eam docuisse, nequidem q. 3. de potentia art. 7. vt refert Philal. loco cit. sed quâ sinceritate, & quàm regulà Lesbiâ hîc vtatur Suarez, & ad sensa sua D. Thomam deflectat, (vt enim S. Th. opusc. 28. art, 3. *Regula, vt dicit Arist. Lesbiæ ædificationis mutatur ad ædificatum. Est enim Lesbia Insula, in quâ lapides non ad rectam lineam sunt dolabiles, & ideò oportet quod regula secundùm quam dolantur, aliquantulùm curuetur ad ipsas ædificationes.*) Vide inf. cap. 7. sect. 1. Deinde scias lector, nonnulla Suaris opera esse posthuma, & præsertim tom. de gratiâ, vnde dubium manet an ipse, vel alius in eis loquatur. Quia, vt ait Prado tom. 1. Tgeol. Moralis c. 6. q. 6. §. 1. n. 1. *multi satis prudenter dubitant de mente authorum quorum opera posthuma in Societate eduntur: vt de nonnullis additis consilijs P. Thomæ Sanchez notavit Card. De Lugo, & de multis alijs advertit Julius Clemens Scotus, de potestate Pontificis in Societatem Jesu, p.* 8. *n.* 24 *& clarissimè apparet in tom de gratiâ novissimè edito nomine P. Suarez.* De quo, & altero vide plura apud eundem tom 2. c. 33. q. 1. n. 12.

SECTIO

SECTIO V.

An Tota Societas Jesu idem fateatur in lib. de ratione Studiorum?

87. SIc affirmavit P. Gonet tract. de actibus humanis disp. 6. art. 2 §. 4. Prædeterminationem physicam esse de mente D. Th. apertè tradit libellus de ratione studiorum, compositus à sex PP. Societatis, & impressus Romæ in Collegio Societatis, jussu Præpositi Generalis an. 1586. qui pro regulâ Lectoribus omnibus Societatis traditur. In illo enim §. *De opinionum delectu in Theologicâ facultate*, sic dicitur: *In Theologiâ Doctrinam S. Th. vt cavetur 4. p. constitutionum cap.* 14 *nostri sequantur, exceptis paucis.* Et postea explicans quæ sint illa pauca quæ sequi non tenentur, n. 6. inter alia istam D. Th. sententiam recenset: *Deum primùm influere in causas secundas, & eas ad suas operationes priùs movere.*

Verùm quia vox illius libri est *vox multitudinis*, hanc veritatem ferre non potest Philal. n. 91 & seqq & multis in P. Gonet, invectus, huic veritati enervandæ duo reponit. 1um. est, quòd ille lib. non tradat apertè præmotionem esse de mente D. Th. quia solùm habet: *quæ licet sint aut videri possint esse D. Thomæ.* 2um. est, quod ille lib. non tradatur pro regulâ Lectoribus Societatis, quia in impress. an. 1585. habetur:

tur: *Visum est R. P. Præposito Generali... nihil firmiter definire, priusquam omnium Provinciarum Doctores nostri, quid de totâ re arbitrentur, exponant ... qui postquam Romam rescripserint quæcumque de totâ re senserint, tandem à R. P. Generali auditis Provinciarum sententijs, quid optimum factu sit decernatur.*

Resp. ista vana esse; 1um quidem, tum quia saltem apertè tradit præmotionem esse D. Thomæ disiunctivè, hoc est, vel videri, sicque ad minùs apparere talem. Tum quia ista disiunctiva, à talibus, sc. adversarijs, concessa, transit in absolutam; cum vnusquisque in propriâ causâ minùs contra se fateatur quàm possit, plusque semper præsumatur interiùs agnoscere, quàm sic exteriùs prodat. Ad quod facit, quòd illo tempore erat in concesso præmotionem esse de mente D. Th. vt ex dictis hoc cap. patet: vnde Ex. D. Sylujus opusc. de 1o. motore p. 1. a. 18. notat Suarem fuisse primum, qui constanter D. Thomam præmotioni subtraxerit.

2um Etiam; 1o dum dicitur, *Nihil firmiter definire*, supponitur quòd libellus iste habeat rationem regulæ, licet non fixæ, & firmatæ. 2o Quamvis pro alijs materijs non haberet rationem regulæ firmatæ, non sequitur quòd non habeat in hâc materiâ; seu circa sequelam doctrinæ S. Thomæ; cum in 5. Congregatione Generali Soc. Jesu can 9. habeatur sic statutum: *Sequantur nostri Doctores in Scholasticâ Theologiâ*

gid doctrinam D. Th. juxta praxim in lib. de ratione studiorum ponendam. 3°. reimpressio illius libri post tempus sufficiens Doctoribus Soc. ad scribendum Romam suum super illo lib. judicium, supponit illos Doctores librum recognovisse, Romam rescripsisse, & R. P. Generalem decreto vltimo lib. illum, vt studiorum regulam firmasse: sed quæ Philal. refert n. 94. & fatetur haberi in impressione an. 1585. cujus vnum asservari exemplum in Bibliothecâ Societatis Lovanij asserit n. 91. P. Gonet eadem sup. citat ex impressione an. 1586. cujus vnum asservari exemplum in nostro Conventu Tholosano asserit, inter quas impressiones mediat annus, ad tantilli libri singulis distributi recognitionem sufficientissimus, ergo liber iste impressionis citatæ à P. Gonet habet rationem regulæ firmatæ; quod & satis innuitur in illâ impressione, dum dicitur jussu Præpositi Generalis editus. Hæc debuit Phil. advertere, & non sic invehi in Gonetum.



CAPUT IIJ.

Examinatur concessio aliquorum Authorum contra præmotionem, ab aliquibus Thomistis facta.

88. PHilal. vt incipiat Authores præmotioni opponere, profert §. 2. aliquos ab

ab aliquibus Thomistis contra præmotionem concessos.

Resp. quòd Philal. sup. num 82. dicens Conimbricenses nobis concedentes D. Thomam, loqui non ex propriâ sententiâ, sed aliorum; debebat advertere id potiori jure hîc à nobis vsurpandum: cum enim Jesuitis sua statuta D. Thomam Ducem jubeant, Conimbricensium intererat D. Thomę gressus investigare & intueri in seipso, non in alijs: At verò cum Thomistæ illos authores datos, Duces non habeant, eorum nil intererat videre illorum gressus & sensa in seipsis, sed solum sensa S S. Aug. & Thomæ, quos hîc adversarijs necdum concesserunt contra substantiam gratiæ ex se efficacis. Sic viator Ducis viæ gressus attentè considerat, aliorum autem gressus negligit. Hinc fit vt ab Authoribus catervatim alios citantibus, etiam in moralibus in quibus authoritas pluris fit, pauci rectè citentur; vt continuò & laboriosè observat Martinez de Prado in quatuor tomis suæ Theol. moralis. Credibilius ergo est illos authores concessos ab aliquibus Thomistis, ab eis non fuisse lectos; sed neglectos, & datos adversarijs hoc asserentibus; cum nostri non egerent authoritate; quia Molina dabat omnes antiquos fatendo suam doctrinam novam.

2°· Fortè eos omnes mixtim citant qui vel in substantiâ, vel in modo à se differunt; vt proindè plurimi citentur qui in solo modò differunt; quos

quos ex ſequentibus facilè diſcernes; licet alij etiam citati ſint qui nobiſcum ſentiunt.

3° Dico ferè omnes eoſdem authores à Thomiſtis contra præmotionem conceſſos, a Jeſuitis ipſis præmotioni datos. *Molina* diſp. 39. ſuæ Concordiæ dicit Tapperum docere eſſe æquè probabile quod detur concurſus prævius, quàm quòd non detur. Et 1. p. q. 14 art. 13. diſp. 11. concedit Scotum, Cordubam, Lychetum, *& alios diſcipulos Scoti*. Ibidem diſp. 9. *quoſdam nominales*. Ibid. diſp. 6. Ferrarienſem, & diſp. 37. ſuæ Concord. Sotum & Vegam. *Fonſeca* lib. 5. Metaph. q. 9. concedit Ferrarienſem. & lib. 6. q. 4. ſect. 6. Scotum & Scotiſtas. *Conimbricenſes* ſup. relati, dant S. Thomam, Capreolum, & D. Thomæ Sectatores. *Tannerus* 1. 2. diſp. 6. q. 2. dub. 3. dat Greg. Arim. *Amicus* diſp. 12. de ſcientiâ Dei ſect. 8. concedit Vincentium Aſturic. & diſp. 14. de voluntate Dei ſect. 5. Scotum, & diſp. 28. de gratiâ, Greg. Arim. *Vaſquez* 1. p. diſp. 99. cap. 3. dat *Antiquiores Scolaſticos*, & inter eos recenſet S. Th. Durand. Dion. Carth. Capr. Ferrarienſem, Driedonem. *Henriquez* (quem ſuum vult Philalethes) l. devlt. fine cap. 5. fin. in Comment. litt. G. ſic dat Cajet. *Cajetanus* 1. *p. q.* 1. 14. *art.* 13. *q.* 57. *art.* 3. *fatetur Deum prædeterminare omne bonum, & (ſecluſâ æternitatis præſentiâ) præſcire omnia in prædeterminatione, aut permiſſione ſuæ voluntatis; ne aliàs ſe apponat torrenti*. Et cap. 4. in Comm. lit. C. ait Ægidium, Argent, Durand, Dried. Tapperum,

perùm, & Cordubam malè citari pro ſcientiâ mediâ. & cap. 5. fin. lit. G. Deum noſcere futura in decreto prædeterminante, dicit doceri à Scoto, Lycheto, Palacio, Rada, Vega, Durand. Baſol. Ovand. Nicol. Nyſ. Fr. Herrera, Richardo, & Marſilio &c. *Suarez.* lib. 1. de ſcientiâ abſol. c. 6. fatetur Richardum, Durand. & Alenſem &c. dicere primam cauſam determinatæ veritatis futurorum contingentium, eſſe decretum determinatum & efficax ex parte Dei. Proinde Authorum ſententia circa premotionem, aut ſcientiam mediam, non ex aliorum dictis, ſed ex proprijs eorum ſcriptis eſt eruenda. Ad hoc contra Philalethem modò me accingo.



CAPVT IV.

Expenduntur Authores à Philalethe §. III. contra præmotionem adducti.

PARS I. *Ostenditur illos, qui ante Controversiam de auxilijs scripserunt, malè à Philal. contra præmotionem adduci.*

SECTIO I.

Utrum Altissiodorensis præmotioni adversetur?

89. AFfirmat Philal. hoc vno: quia lib. 1. Sum, Theol. tract. 2. c. 3. admittit æqualitatem gratiæ in duobus, quorum vnus peccet, alter non: *quod contingit*, ait, *propter libertatem arb. quæ sola est causa peccati non necessaria.*

Sed quàm ex hoc malé concludat Philal. adverte. Altisiod. enim loquitur de æqualibus in auxilijs sufficientibus, puta suasionibus, illustrationibus, &c. quod autem istorum vnus peccet, alter non, nullus negat possibile. Potest enim vnus resistere illis auxilijs sufficientibus, sicque ponere impedimentum ne recipiat auxilium efficax quo ageret, & hoc ex arbitrij libertate

bertate quę est sola causa peccati: Alter autem potest non resistere illis auxilijs inefficacibus, sicque nec peccare, nec ponere impedimentum gratiæ efficacis receptioni: consequenter ille non recipiet gratiam efficacem, & peccabit non ponendo actum præceptum, quia ex parte suâ est quod gratiam efficacem non habeat; hic autem recipiet, cũ ei non posuerit impedimentũ, sicque non peccabit. Vide sup. n.33. Hoc Altisiod. lib. 1. c.10. titulo, *Utrum Deus reprobans sit causa non appositionis gratiæ in præsenti?* sic expresserat: *Gratia apponitur in præsenti ex solâ misericordiâ Dei: sed justè non apponitur; quia si est parvulus, justè non apponitur propter peccatum originale: si est adultus, justè non apponitur propter peccatum actuale, vel originale.* Ecce quantùm præmotioni adversatur Altisiod.; audi an non magis ei faveat; aut Molinę adversetur.

Dicit 1°. quod nullum bonum possimus facere, nisi Deus nos ad illud moveat. Sic lib. 2. tract. 11. q. 4. art. 1. *Opus meritorium semper est ex tribus, sc. ex lib. arb. originaliter, ex gratiâ elicitivè, & à Deo principaliter movente. Similiter opus de genere bonorum quandoque est ex tribus: sc. ex lib. arb. originaliter; ex gratiâ, sc. aliquâ virtute informi, elicitivè; in paucis enim contingit quod non habeant aliquam gratiam, id est virtutem informem; & ex Deo principaliter movente*, Idem tract. 26. q. 1. Quęst. autem 2. hanc assignat rationem: *Alligavit enim ita Dominus sibi potentias, ut nullo modo possint moveri ad bonum, nisi Deus eas moveat; ad malum autem possunt moveri per se:*

se: quoniam unus est fons omnium bonorum, sed non unus fons malorum,

Hæc autem non possunt intelligi de concursu simultaneo, tum quia principale agens movet præviè; tum quia concursus indifferens non alligat Deo potentias creatas, sed è contra eis Deum alligat, vt non pro suo, sed creaturæ nutu agat. Sicut homo indifferens non alligat sibi eum, ad cujus nutum agit, sed ei alligatur. Tum etiam quia motionem illam statuit, ex eo quod sit fons boni, seu prima causa; concursus autem simultaneus indifferens non statuitur ex primitate causæ (cum eam potiùs tollat, aut tollere videatur) sed ex libertate creatâ salvandâ. Vide etiam sup. cap. 1. sect. 3.

90. *Dicit* 2°. quod Deus etiam moveat ad actionem peccati, vt actio est. Et lib, 2. tract. 15. q. 2. hoc probat ex Isaiâ: *Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in eâ? quasi diceret Dominus:* O *tu Sennacherib. debésne gloriam attribuere tibi de eo quod per te quasi per instrumentum destruxi Judæos? quasi diceret, non. Ergo Dominus erat principalis actor illius actionis Sennacherib. quæ mala erat; ergo mala actio est à Deo.* Tractatu autem 26. q. 2. sic sibi objicit: *Mala actio est à Deo, igitur vel est à Deo operante & movente, vel non. Si est à Deo non operante, relinquitur quod non sit ab eo, nisi quia dedit potentiam ad illam: sed idem est verum secundùm aliam opinionem ergo hæc opinio non differt ab illâ. Sed si dicitur quod*

mala

mala actio est à Deo movente, & operante: sed constat quod non secundario, imo principaliter operante: quoniam quidquid facit principaliter facit: igitur sicut in bonâ actione Deus est actor principalis, & homo minister, ita in malâ: ergo malæ actionis Deus est actor principalis: sed actori potiùs imputatur actio quàm ministro. ergo. Titulo seq. Resp. *Ad 2. rationem dicimus, quod mala actio est à Deo movente, & operante principaliter; nec indè sequitur quod agens malam actionem sit minister Dei in illâ actione sicut bonum agens in bonâ: quia benè agens non tantùm agit, quod Deus agit, sed ad id quod Deus agit: quod non potest dici de malè agente,* &c. Hinc etiam advertat Philal. quàm falsò antiquos dicentes Deum movere nos ad agendum, interpretur de motione per præcisam collationem virtutis; cum juxta Altisiod. pręcisè dedisse virtutem, sit non movere & non operari.

91. *Dicit* 3° prędestinationem & reprobationem fieri ante prævisa merita vel demerita. Ita lib. 1. cap. 10. tit. *de prædestinatione & reprobatione.*

Dicit 4° ex August, quia Deus præscivit res ideò futurę sunt. Sic habet loco jam citato: *Patet ergo ex his quæ prædicta sunt, quod prædestinatio, & reprobatio significant divinam essentiam in habitudine causalitatis. Sed non est ita de præscientiâ vt dicit Origenes; quia præscivit Deus res, ideo præfuturæ sunt: sed quia præfuturæ sunt præscivit. Sed contrarium dicit August. qui dicit; quia Deus præscivit res ideo futuræ sunt. Sed non contrarium: quia Origenes sumit*

sumit verbum præsciendi pro simplici notitiâ; August. vero pro approbatione. En scientiam mediam Molinæ ab Altisiodorensi funditus eversam.

SECTIO II.

Utrum Henric. à Gandavo præmotionem reyciat?

92. AFfirmat Philal. quia quodlib. 12. q. 26 habet: *Ut à causâ propter quam sic non movetur voluntas neque actuatur nisi à seipsâ.* Et infra. *Sic voluntas seipsâ ex[it] in actum volendi absque omni aliâ dispositione, seu motione existente, seu præcedente in eâ: talem enim motionem non requirit ad hoc quod exeat in actum volendi, neque à seipsâ agente illam, neque à quocúmque agente alio. Imo prima motio voluntatis non est nisi volitio, quam habet à se, non ab alio, neque etiam à Deo* (seqq tacuit Philal.) *licet hoc videatur sentire Anselmus de casu diaboli.*

Nota bonam fidem Philal. qui postrema omisit, ne audiret nos malle adhærere Anselmo, quàm Henrico: & ne dum hunc suum faceret, Anselm. nobis relinquere cogeretur. Sed vanus timor: Cum loquatur Henricus de primâ volitione, de quâ non est quęstio.

Resp. ergo Henricum ibi agere de 1° motu voluntatis, seu de 1ª volitione, quam aliqui volebant esse dispositionem à naturâ inditam voluntati, ita quòd eam non eliceret, sed purè reciperet;

ciperet; vel esse ab aliquâ dispositione & motione fixá voluntatis. Hoc autem volebant, quia voluntas est instrumentum animæ, instrumenta autem habent suas aptitudines, & dispositiones fixas ad agendum, v.g. securis habet acumen ad scindendum; ita etiam volebant primam volitionem vel esse aptationem & dispositionem voluntatis ad agendum, non ejus actum; vel esse ab aliâ dispositione sic aptante. Sic refert ipse Henric. ibi ante §. *Dico ergo.* Et quodlib. 13. q. 11. in principio. Hoc ergo negat Henric. *quia sic non movetur voluntas neque actuatur nisi à seipsâ: & seipsâ exit in actum volendi absque omni aliâ dispositione.* Ecce negat dispositionem aptantem. *Imo 1a. motio voluntatis non est nisi volitio, quam habet à se, non ab alio neque etiam à Deo.* Ecce negat ipsam 1am. volitionem esse dispositionem quam purè recipiat, quia debet illam habere à se, seu eam elicere. Neque enim dum dicit, *neque etiam à Deo*, vult Deum ad illam motionem non concurrere; sed quod illam Deus ita non causet, vt voluntas eam non eliciat. Ita habet Henric. quodlib. 3. q. 11. cit. vbi eisdem repetitis addit: *Non tamen per hoc excludendo actionem Dei qui est generalis motor in quâlibet actione omnis creaturæ, & hoc in eliciendo ipsum actum, vt jam habitum est sup. secundùm Greg. in q. de nat. assumptâ, non solùm in dando vim quâ actus elicitur.* Vbi M. Vitalis Zuccolius Ord. Camald. habet in Comment. *De influentiâ Dei non est sermo. Notum siquidem est quod potest Deus agere in voluntatem hominis, & hoc etiam ex D. Greg. & Anselmo*

His

His depulsis, audi jam Henricum præmotioni faventem. Quodlib. 13. cit. dicit Deum esse generalem motorem in quâlibet actione omnis creaturæ, non solùm in dando vim quâ elicitur, sed etiam agendo in causam, sicque præviè; hoc clariùs exprimit quodlib. 4. q. 19. *Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram.* Et quodlib 14. med. *Causa universalis 1ª agit in causatum 2ª antequam in ipsum agat causa universalis 2ª. quæ sequitur ipsam.* Quod non intelligitur, quasi in aliquo instanti naturæ prius ponat effectum quam causa 2ª, hæc enim est puerilis intelligentia juxta Cajet. sed quia priùs agit ad effectum agendo in causam, & eam priùs naturâ movendo quàm agat. Quòd etiam illa motio sit infallibilis illæsâ libertate, docet quodlib. 4. q. 18. Ubi generaliter dicit, quòd operatio Dei connotans effectum circa creaturam, ex parte Dei est immutabilis, ex parte creaturæ mutabilis, licet nunquam mutabitur.

93. Sed ut ejus mentem plenè habeas, attende quomodo supponat omnem causam 2ªm. à 1ª præmoveri ad agendum: & solum nolit decidere an Deus seipso immediatè præmoveat; an mediante impressione, vel motione receptâ.

Quodlib 4 q. unicâ quęrit: *Utrum agens secundarium agens in virtute primi agentis, habeat in se virtutem illius mansivam?* Et dicit 1º quòd, loquendo de causâ 1ª. creatâ, causa 2ª. ut agat recipit aliquam virtutem à 1ª. distinctam à vir-

tute innatâ. 2° quòd illa virtus sit velut forma intentionalis, quales sunt species sensibilium in medio. 3° quòd in agentibus naturalibus, v. g. in semine, talis virtus sit mansiva ad certum tempus, & hoc ex Dei ordinatione; in artificialibus autem illa virtus est per modum motus: & non durat postquam non ampliùs moventur à manu.

Loquendo autem de causâ 1ª increatâ, nescit determinare an 1ª moveat 2am. *Virtute naturæ suæ præsentis substantialiter, non autem per aliud influxum agenti secundo.* Et post pauca dicit. *Quomodò autem, & quare necessarium sit ponere, quòd aliter, quàm secundùm tactum modum Deus mediatè aut immediatè cooperetur creaturæ in omni opere sibi proprio, & naturali, non video, nec tamen assero hoc non esse ponendum, aut necessariò non esse ponendum. Fortè enim hoc divinæ Majestati congruit .... Similiter nec assero quin sit ponendum, aut quin sit necessariò ponendum tanquam congruens divinæ Majestati, quòd ad hoc, quòd agens secundarium agat aliquid formâ sibi à Deo inditâ, Deus adhuc influat illi aliquam aliam virtutem necessariam illi ad agendum propriam illius operationem, sine quâ per formam sibi inditam non posset agens secundarium aliquam operationem suam producere; maximè cum quod operationes suas indigeant causæ 2riæ in elementis & elementaribus, super formam sibi à Deo naturaliter inditam, virtute influxâ ab alio agente primario sub illo omnino primo, puta à cælo.* Rationem deinde cur talis virtus à 1ª causâ creatâ debeat influi in 2am non autem esset necessè eam

eam à 1ª· causâ increatâ influi, assignat, quia illa *non est præsens causæ 2æ per suam substantiam, sicut præsens est Deus omni rei, & ideo potest seipsa operari.*

Ex quo planè habes eum supponere dari præmotionem; cum quærat quid sit & quomodo fiat, & quæstio quid est supponat quæstionem an est, & quæstio de modo, quæstionem de re.

SECTIO IIJ.

Vtrum Abulensis præmotionem reijciat?

94 AFfirmat Philal. quia c. 22. Mat. q. 229. dicit: *agens liberum indeterminatum est, & ipsum se determinat.* Resp. quod nos idipsum dicamus, sc. quod ipsum se determinat, sc. sub Deo, & ejus determinatione. Vnde hæc non potuerunt obijci, nisi ex imposturâ quâ fingunt nos docere Deum nos omnino determinare, ita quod proprię determinationi non sit locus. Vide c. 1. sect. 2.

Si autem cupis loca varia, quibus Abulensis pręmotionem docet, lege Alvarem, Nugnum, Cabreram & alios. Mihi sufficiunt, quæ habet in 4. Reg. c. 18. q. 24. [In quâcumque re Deus
„ operatur causando, necesse est quod sit effica-
„ cior causalitas sua, quàm cujuscumque infe-
„ rioris; cum omnis causa 1ª plus influat in

„ effectum quam causa 2ria. Secundò patet,
„ quia ista causa est motiva alterius, & habet
„ rationem duplicis causalitatis respectu ef-
„ fectus, & respectu causæ subordinatę: sicut
„ dicimus in concatenatione causarum natu-
„ ralium: nam quælibet causa prior, est causa
„ respectu effectus, & respectu causarum sub-
„ ordinatarum Utpotè, in generatione homi-
„ nis Deus est 1a causa inconcatenationis, de-
„ inde Angeli motores orbium, deinde orbes
„ cęlestes, deinde locus elementalis secundùm
„ influentiam in eo receptam, deinde homo
„ generans; & sic Deus est causa 1a & homo
„ causa vltima; ideo homo solùm est causa res-
„ pectu effectus, quia nihil subordinatur sibi
„ nisi effectus, sc. homo qui gignitur: Deus au-
„ tem influit in omnes causas, subordinatas,
„ quia omnes illæ sunt tanquam effectus res-
„ pectu ejus: nam Angeli non moverent cor-
„ pora cælestia nisi moverentur à Deo. Nam
„ ipse movet eos in ratione amati & desiderati;
„ vt probat Arist. 12 Metaph. & secundùm
„ fidem Catholicam etiam dicendum est, quod
„ movet eos tanquam efficiens, sc. vt jubens,
„ vel instigans, & consequenter omnes causæ
„ inferiores habent rationem moti & causati à
„ Deo. Deinde Angeli moventes orbes non so-
„ lùm sunt causa respectu effectus, sed etiam
„ respectu causarum mediarum, sc. respectu
„ corporum cælestium: nam ipsi realiter mo-
„ vent illa, & illa nihil influerent nisi move-
rentur

„ rentur ab Angelis: eodem modo orbes cæ-
„ lestes, & astra per motum suum & lumen,
„ non solùm sunt causa hominis geniti, sed etiã
„ ipsarum qualitatum receptarum in loco ele-
„ mentali, in quo fit generatio: Deinde ipsę
„ qualitates vel influentiæ receptæ in loco
„ non solùm sunt causa effectus geniti, sed etiã
„ movent ipsum hominem gignentem dispo-
„ nendo eum, & sic sunt causa ejus: homo au-
„ tem gignens solùm est causa ipsius fętus ge-
„ niti. Et sic patet, quando sunt multæ causæ
„ subordinatæ, quælibet causa pręter vltimam,
„ non solùm est causa causati, sed etiam alicu-
„ jus causæ. Etiam ex hoc sequitur, quòd
„ quantò aliqua causa est superior & vniversa-
„ lior, tantò magis causat respectu cujuscùmq;
„ effectus determinati: quia non solùm influit
„ respectu effectus sed etiam respectu omnium
„ causarum illius effectus. Et ex hoc insurgit
„ prima propositio lib. de causis, sc. Omnis cau-
„ sa primaria plus influit in suum effectum,
„ quàm secundaria.] *Hæc Abul.*

Ex quibus vtinam tandem discerent Molinistæ notionem subordinationis & primæ causæ, sc. quod causa non sit 1ª sed vltima, nec alias sibi subordinet sed eis subordinetur, nisi habeat influxum in causam coagentem, ita quod exerceat duas causalitates, seu concursûs, vnam in effectum, aliam in causam faciendo eam agere, ita quod non solùm faciat eam esse (Angeli enim habent hanc causalitatem in cælum, quod

tamen non produxerunt) sed faciat esse causam. Discerent quippe præmotionem, non solum respectu naturalium, sed etiam respectu liberorum: cum Deus sic Angelos moveat vt amatum seu moraliter, & vt efficiens seu physicè.

SECTIO IV.

Utrum Gabriël præmotionem oppugnet?

95. AFfirmat Phil: quia 1° in 1. dist. 38. ar. 1. ante 1 concl. habet Gabr. *Potest prior causa ita movere posteriorem, & tamen posterior propter sui libertatem non parere huic motioni.*

2 Quia in 2. dist. 37. q. vnicâ art. 1. dicit; *1am causam concausare habet voluntas creata in suâ potestate.*

3 Ibid. inf. *voluntas creata non sic movetur à 1â causâ, quasi aliquid de novo causet vel influat in voluntate, quo voluntas velit, sed quia produxit voluntatem liberam, ponens actum suum in suâ potestate.*

Resp. ad 1. quod Gabr. ibi loquatur de motione morali, & inefficaci: vult enim probare nullam esse istam consequentiam Scoti: Si causa 1a est necessaria necessariò movet, ergo causa 2a necessario movetur, quia movet vt mota: & hoc ostendit verbis à Philal. objectis, post quæ immediatè habet Gabriël: *Sicut pulchritudo objecti delectabilis naturaliter movet ad sui desiderium, & tamen potest voluntas resistere.* Quæ

debuit

debuit Philal. supprimere, ne pateret sermonem esse de motione inefficaci & morali, sibique restaret species argumenti. Sed etsi esset sermo de efficaci nil esset contra nos, qui dicimus efficaciter præmotum posse non agere potentiâ antecedenti; sicut affectus gratiâ congruâ solùm eâdem potentiâ potest non agere. Ut hæc magis capias, vide Gabr. ibi dist. 43. q. 1. ad eandemmet illationem Scoti; vbi dicit quòd si illa propositio, *Causa 2ª agit in quantum mota*, tertio modo intelligatur (sc. quòd causa 2^a. recipiat aliquam influentiam, à causâ 1^a. quâ agat) tria habet dicenda: 1um quod voluntas non recipiat influentiam, & facultatem quâ agat, quia ex se est agendi principium (en solùm rejicit influentiam se tenentem ex parte actus primi) 2um est, quòd etiamsi illam reciperet, non ideo necessitaretur. 3um quòd argumentum Scoti nimis probaret; *Imò*, ait, *sic probaret quòd voluntas non ageret liberè, quia non potest agere nisi mota à Deo: à quo cum movetur non potest non agere*: (sc. potentiâ consequenti) *essetque libertas in solâ voluntate divinâ, & nulla in humanâ.*

96. Ad 2. resp. quod velit voluntatem nostram habere in potestate suâ quòd 1ª causa concauset, quia ejus concausationi seu concursui efficaci potest impedimentum præstare vel non præstare; quod etiam dicimus. Philal. vt hoc celaret bonâ fide subticuit hæc immediatè ibi sequentia: *Nam voluntas divina cuicumque concedit*

dit antecedentia, concederet & consequentia quantùm est ex se, nisi esset impedimentum.

Ad 3 patet ex dictis ad 1. quod solùm rejiciat motionem causantem facultatem in voluntate se tenentem ex parte actus primi, quod satis innuunt ista verba: *quasi aliquid de novo causet vel influat in voluntate, quo voluntas velit.* Non autem rejicit motionem realem quę sit influxus intransitivè. Per sequentia verba idem intendit, non autem (vt possèt Philal. imaginari) quòd eâ præcisè ratione moveat quia eam produxit. Cum in 2. dist. 25 art. 3. propos. 2. ad dub. 3. & dist. 27. art. 2. dist. 28. art. 1. not. 2. expressè moneat, in concursu creaturæ generalem Dei influentiam semper supponi. Deinde ista motio non est talis vt eâ positâ non possit non agere, qualem tamen docet sup. ad 1. Audi jam ex meliori fide Gabriëlem pro præmotione pugnantem. Dico eum docere Deum omnia agentia ad agendum; prævië; infallibiliter; non indifferenti, sed determinativo concursu, illæsâ libertate movere.

97. *Prob.* 1. *p.* tum sup. ad 1. tum etiam in 2. dist. 14. dub. 2. *Deus*, ait, *non tantùm* 1um. *mobile, sed cuncta mobilia immediatè movet.* Et dist. 28. art. 1. generalem Dei influentiam vocat; *auxilium Dei vt primi moventis, & influentiam & cooperationem Dei generalem, quâ assistit omni agenti ipsum movendo.* Ex quo etiam habes motionem physicam, cum motio moralis quæ fit suasionibus non competat omni agenti. Et hoc patębit

ex

ex 3. p. quia moralis non est efficax.

98. *Prob.* 2. *p.* tum quia ipsemet Philal. vult illum per motionem intelligere præmotionem, sed docet Dei motionem, vt patuit, ergo. Tum quia in 2. dist. 28. art. 1. not. 1. habet: *Nullus actus positivus (imò nec peccatum quantùm ad id quod in eo positivum est, puta actum licet deformem) perfici potest Deo tanquam causâ 1ª. non coagente. Plus enim influit causa 1ª in effectum, quàm quæcumque causa 2ª. vt vult Proculus lib. de causis.* Hanc autem propositionem Proculi & simul notionem 1æ. causæ, sicut Abulensis sup. explicat in 4. dist. 1. q. 1 art. 1. not. 3. *Deus nihil facit per causam 2am quin illud faciat per seipsum æquè principaliter, & non minus quàm si solus, faceret: imò vt dicit D. Petrus de Aliaco vbi supra, plus facit Deus faciendo aliquem effectum mediante causâ 2ª quàm si faceret eumdem effectum se solo. Quando facit aliquem effectum mediante causâ 2ª ipse non solùm facit illum, sed etiam facit causam 2am esse causam illius effectûs: vnde in factione, quâ aliquid facit mediante causâ 2ª. sunt plures termini divinæ factionis, quàm si faceret se solo, quia in 1ª vnus terminus est effectus de novo productus, & alius terminus ipsa 2ª. causa in esse causæ: sed in 2ª est solùm vnus terminus, sc. effectus productus.* Ubi videt Philal. concursum terminatum ad causam 2am & respicientem alium terminum ab effectu; sicque concursum distinctum à simultaneo: & hinc habet Petrum de Aliaco præmotionem etiam propugnare; tantùm abest vt Gabriel præmotioni adversetur,

tur, cum ei etiam Patronos & defensores adsciscat.

Prob.3.*p*.quia in 1.dist.43.q.1.sup.dicit: *Cum voluntas à Deo movetur, non potest non agere*. sc. potentiâ consequenti.

Prob.4.*p* quia in 4. dist. 1 sup. dicit: Deus *quando facit aliquem effectum mediante causâ 2ⁱ. ipse non solùm facit illum, sed etiam facit causam 2ᵃᵐ. esse causam illius effectus*, concursu in causam terminato; sed facere causam 2ᵃᵐ. esse causam illius effectus, est eam determinare effectivè, ad faciendum illum effectum, ergo. Deinde in 2. dist.37 art.1. ad illud argumentum; voluntas determinatur à Deo, ergo non est libera; non respondet sicut Molinistæ neg.ant. sed nobiscũ negat conseq. seu non negat determinari, sed negat ita determinari, *quod ad ejus determinationẽ necessitaretur ad agendum*. Ibidem iterum: *liberè enim Deus se determinat, producendo voluntatem liberam sibi coagere ad producendum quemcùmque actum interiorem elicitum*. Si Deus ex suâ determinatione producit, seu causat voluntatem sibi coagere ad quemcumque actum, illam determinat.

5.*p*.*patet* ex dictis; & vide specialiter in 2. dist.37.art.1.

Hinc patet Molinam meliùs calluisse sensum Gabr.quàm Philalethem, dum 1.p. q.14.art.13. disp.9. fatetur illum præmotionem supponere, licet ibi ei alia tribuat alibi discutienda. Similiter Azorium dum lib.1.Inst. moral.cap.21.fin. dicit malè eum nobis opponi.

SECTIO

SECTIO V.

Utrum Marsilius præmotioni sit contrarius?

99. AFfirmat Philal. 1°. quia in 2. q. 16. art. 4. (& non 2. nec dub. 1.) ad 3am. instantiam contra 2. concl. habet: *Causa determinans ad hanc volitionem est sola voluntas suâ libertate nunc acceptans quod ante non voluit acceptare eisdem existentibus impellentibus.*

2°. Ad 5. arg. principale (& non ad 4.) habet: *Ad 5. dictum est in solutione rationis factæ contra 2. p. 1æ. concl. 2. art. quamvis enim aliquid requiratur, puta concursus divinus ad voluntatis liberam electionem: tamen quia statuit se Dominus cum liberâ voluntate concursurum qualitercúmque eligere vellet ad electionis productionem; ideo adhuc manet libertas voluntatis in suâ potestate, vt eligat sicut libet: quia Dominus cum eâ electionem liberè producet.*

Resp. ad 1. quòd noluerit Philal. advertere Marsilium ibi non loqui de quocumque determinante, sed solùm de determinante ex parte objecti, qualis est repræsentatio, vel consideratio bonitatis ejus; vnde solùm excludit aliud determinans ex parte objecti præmotio autem physica, est motio ex parte subjecti.

Hoc autem clarissimum est; quia ibi soluit instantiam, quam facit immediatè post, & contra 2. concl. sicque solutio est conformis 2æ. concl. atqui 2a. concl. solùm reijcit aliud determinans

minans ex parte objecti, ergo similiter. *Prob min.* 2ª concl. est: *voluntas sic suspensa* (sc. ab omni actu, præsentato objecto sub ratione boni, vt in 1. concl. dixit) *se liberè potest determinare ad volitionem, sine novæ bonitatis repræsentatione superveniente, vel consideratione.* Vbi planum est solùm excludi aliud determinans ex parte objecti. Similiter intelligit illa *impellentia*; vt patet art 6. ibid. ad 2. principale, vbi postquam dixit quòd *voluntas potuit actum suum omnibus suis causis impellentibus positis nunquam produxisse*: idipsum ibi sic repetit: *potuit ipsum nunquam producere, stantibus eisdem dispositionibus rationis, repræsentationis, & objecti.*

Ad 2. patet quòd solùm velit nobiscum, Dei concursum movere voluntatem secundùm modum suum, seu *qualitercúmque vellet*, ideoque non lædere sed perficere libertatem. Malè autem putat Philal. eum hîc velle insinuare concursum indifferentem simultaneum: cum Marsil. se remittat ad solutionem rationis contra 2. p. 1æ. concl. Pars autem secunda illius concl. est: *Voluntas nullum effectum vel actum potest, nisi virtute alterius agentis principaliter concurrentis & comproducentis.* Et eam probat: *quia voluntas in nihil potest, nisi Deo pricipaliter operante; cum ab eodem necessariò dependeat in agere, à quo in esse.* Agens autem principale & in cujus virtute aliud agit, prævié agit. Uoluntatem etiam dependere à Deo non solùm in esse sed in operari, esse Deum causare vt voluntas causet, dicit lib. 1. q. 44. art. 1. in Coroll. ad concl. 5. *Res productæ non solum habent à*

Deo

Deo vt sint, sed etiam vt causæ sint. Uide hoc explicatum ab Abulensi sup. & à Gabriele. In solutione autem dictâ, ait, quòd sicut Deus concurrit v.g. ad illuminationem solis, sic *suo modo dicendum est de voluntate liberâ.* Sed ad actiones causarum naturalium dicit Deum concurrere determinando, vt jam referam, ergo similiter *suo modo dicendum de voluntate.*

100. Iam audi meliori fide eum præmotionem propugnantem, & Molinæ adversum. Præmotionem ad causas naturales sic docet *lib. 1. q. 38. a. 1. ad concl. 1.* „ Certum est quòd „ ignis non est plus determinatus ad producendum suâ caliditate caliditatem A. quàm „ quamlibet illi consimilem, quam postea producit in eodem vel in alio subjecto. Nisi igitur dirigeretur & determinaretur ab aliquo „ agente cognoscente A. caliditatem, & volente illam produci, non plus produceret A. „ quàm aliquam aliam ad cujus productionem „ ignis indifferens est. Fortè dicetur, quod cælum suo motu, lumine, & influentiâ determinat agens, & ergo non ex hoc „ oportet ponere cognitionem in Deo. Contra: supposito quod ita sit sicut dicitur, quod „ cælum determinat, propositum habetur; „ quia cum cælum sit indifferens secundùm se, „ ad moveri à revolutione, quâ hodie movetur, „ & quâlibet aliâ, quid est quod ipsum determinat ad A. motum, nisi primum agens, pri- „ primum efficiens? *Hæc Marsilius.*

Præmo

Præmotionem autem liberarum ſic docet lib.1.q.20.art.3.in quo quærit: *Vtrum ſine ſpeciali præventione Sp. S. poſſit homo exire in aliquem actum meritorium?* & ſic ponit 1.propoſitionem: *homo & quodlibet agens indiget in productione ſui effectus directione primi agentis. Patet, quia in nullum effectum poteſt cauſa 2ª niſi dirigatur ad illum à cauſâ 1ª quæ illum principaliter producit.* Ubi per directionem intelligit determinationem, cum vtrumque habeat q.38.citatâ jam, vt ſinonimum. Deinde directio hæc eſt communis (ſuo modo ſc.) naturalibus & liberis, ſed directio naturalium eſt eorum determinatio ad agendum hoc vel illud, ergo ſimiliter ſuo modo. Ibid. propoſ.2. dicit ad actiones naturales ſufficere directionem ab influentiâ generali; influentiam autem generalem bene explicat lib.2.q.18.art.1. vide ibi. Propoſ. autem 4. dicit: *quod abſque ſpeciali præventione Dei in ſtatu lapſo homo vltra & præter influxum communem, non poteſt in actus moraliter bonos.* Uide etiam propoſ.7. ad cujus 2ªᵐ p. ſic aſſumit: *Nulla res poteſt prodire in actum, niſi virtute motionis & præventionis divinæ, & principaliter in agendo dirigentis.*

101. Lib. etiam 2.q.16. (ex quâ Philal. ſuperiora objecit) art.3. concl.1. habet: *Neceſſe eſt concurrere in omni operatione voluntatis cauſam 1ªᵐ. eò quòd cauſa 2ª in nihil poteſt productivè, niſi principalius comproducente cauſâ 1ª vt dicit 1ª propoſ. Authoris de cauſis.* Lib. autem 1. q.44. art.1. concl.7. docet Deum operari medijs cauſis 2ⁱˢ. Ad hoc autem requiritur concurſus in cauſam; & ibid. ad

ad replicam clarè explicat, quòd hoc non obstante Deus immediatè attingat effectum. *Resp. quòd immediatè potest attingere causa quæ simul est tum causato, & cum hoc per causas medias quas determinat ad causati productionem; sicut si virtus aliqua esset intrinseca manui scriptoris, & cum hoc pennæ quâ scribit: & dirigeret manum ad litteræ formationem ductu pennæ: & pennam dirigeret ductam à manu ad tractus necessarios pro litterâ; & esset intrinsecum litteræ, quæ formatur, constat quòd per causas medias litteram faceret, & tamen eam immediatè attingeret, Modò ita est de Deo.* Vide etiam q. 31. art. 2. rat. 3. pro 1ª. concl. & lib. 2. q. 1. art. 2. concl. 3. coroll. 3. & q. 18. art. 4. ad 7. arg. Conf.

102. Docet etiam in Deo esse decretum prædeterminans rem quoad omnes circumstantias. Lib. enim 1. q. 44. art. 2. ad 6. principale dicit: *quòd omnes effectus Deus præintendat etiam determinatissimè vel singularissimè; sic quòd vult eos sic produci sicut producuntur.*

Docet etiam præmotionem ad actum peccati, vt actus est. Lib. enim 1. q. 44. ar. 1. concl. 6. docet quod quamvis Deus sit causa principalissima omnis actionis liberæ, non tamen est ejus causa sub omni modo quo fit: quia aliquæ liberæ actiones fiunt à nobis malè, & hoc non fit à Deo. Et contra hoc sic objicit: *Si voluntas potest agere aliqualiter, qualiter Deus nequit ei coagere, posset causa 2ª in effectum non coagente 1ª. causâ, contra Authorem de causis*, &c. Resp. *Ad 2. neg.*

 conseq.

conseq. quia malè agere, peccare, vel deficere vt sic, non dicit aliquem effectum, sed defectum à rectitudine effectus, hoc autem Deus non potest. Possunt enim voluntates producere actiones, quibus peccant & deficiunt; & Deus ad substantiam actus concurrit, quæ est bonitas quædam; sed ad peccandum non concurrit; quia non vult creaturam peccare. Unde respectu peccati & modi malè agendi creatura in sic agendo Deum prævenit (sc. in genere causæ materialis, sicque ponendo impedimentum prævenit Deum, seu ejus concursum, estque causa subtractionis gratiæ) *respectu verò bonitatis actus prævenit Deus voluntatem.*

103. De scientiâ autem Dei hæc dicit nobiscum adversùs Molinam: lib. q. 1. proem. art. 1. in sol. dub. ad 3. p. concl. *Notitia intuitiva, infinita, divina est causa rerum & eisdem rebus prior.* Et q. 38. art. 1. concl. 2. prob. 4 *scientia Dei non potest falli, quia est causa rerum.* Ibid art. 3. concl. 3. in prob. 2. p. docet Deum cognoscere creaturas *mediante suâ essentiâ priùs cognitâ*; quod non cohæret scientiæ mediæ vt ostendit Gonet tom. 1. tract 3. disp. 2. art. 2. Ibid. q. 40. art. 2. ad 2. & 3. replicam cont. 7. concl. habet: *præcedit præscientia voluntatem* (sc. creatam) *& actus ejus, nec ab eâ quovis modo dependet.* Scientia autem media supponit voluntatem & actus ejus, & ab eis dependet. Eâdem q. 40. dicit modum conciliandi libertatem cum illâ præscientiâ esse difficillimum, & quòd quamvis argumenta non possemus solvere, non debemus propterea ab eâ recedere; quia Deus plura potest,

test, quàm possimus concipere; & concludit: *Dicamus igitur firmi in fide, etsi comprehendere non valeamus, cum Apost. Rom.* 11. *O altitudo*, &c.

Dicit etiam explicationes ab August. datas in Enchir. ad illud Apost. Deus vult omnes homines salvos fieri, non habere calumniam; (quam tamen modò habent à pluribus Molinistis post Molinam) ita l. 1. q. 45. ar. 1.

Denique lib. 1. q. 41. art. 2. concl. 1. 2. & 3. docet prædestinationem fieri ante prævisa merita; & ibid. concl. 4. 5. & 6. reprobationem non esse etiam ex prævisis demeritis. Videt jam, vt reor, Philalethes, se infæliciter Marsilium, sicut alios, nobis objecisse.

SECTIO VI.

Utrum Major præmotionem rejiciat?

104. AFfirmat Philal. quia in 2. dist. 25. q. 1. ad 2. habet: *potest dici Dei concursus quodammodò dependere à nostrâ voluntate, cum est paratus coagere, vel non coagere ad nostrum nutum.* Et q. 3. sub fin. *Voluntas suâ libertate se determinat, nec quærendum est aliud ab eâ per quod se determinet.*

Resp. illa non haberi in Majore locis citatis; nec recordor me ea in ipso legisse; expectabo itaque citationem fidelem. Interim si haberentur in Majore, persuasum habeo, ipsum 1° loco

solùm velle quod voluntas nostra possit ponere vel non ponere impedimentum motioni paratæ: & 2. loco solùm excludere determinans ejusdem ordinis. Quod enim Deus non pendeat à causâ 2. & quòd cum eâ concurrat non concursu simultaneo indifferenti, sed prævio apertè in 3. dist. 37. q. 4. habet: *Causa 2.ª taliter causat, qualiter causa 1.ª eam movet ad causandam.* Et quòd, *prima causa priùs naturâ concurrit ad productionem effectus ante causam 2.am* quod non debet intelligi quasi in aliquo instanti producat effectum ante causam 2.am sed quia movet causam 2.am ad producendum effectum.

Sic ipsemet declarat in 2. dist. 28. q. 1. ad 6. *Probatio*, ait, *præsupponit falsum; quòd Deus in aliquo instanti, vel tempore illum producat, quo voluntas eum non producit; quòd non est verum. Deus tamen priùs naturâ & independenter producit illum actum, creatura autem dependenter. Nec hîc est major difficultas, quàm de actu producto à Deo per auxilium gratiæ, & à creaturâ, quærendo de prioritate illarum causarum.* Idem habet in 1. dist. 42. ad 1. cont. 1. concl. *Distinguo quòd Deus priùs agit quàm causa 2.ª vel prioritate temporis, vel instantis, & sic nego: vel prioritate naturæ, & sic conc. Causalitas creaturæ dependet à Deo concausante; & non contra; sicut creatura dependet à Deo, & non è converso.*

105. Jam audi quàm Molinistis consentiat. In 1. dist. 39. q. vnicâ ad 4. dicit August. docere, quòd quia Deus novit ideo res sunt futuræ, non è contra vt vult Origenes. Quo vno posito

ſito ruit ſcientia media. Sed eam magis præcluſit in 3. diſt 37. q. 4. ad 2. cont. 3. concl. ſic deſtruendo ejus medium : *Concedo quod voluntas divina non fertur in incognitum, priùs enim naturâ intellectus divinus apprehenſivè offert unum futurum contingens, ut potè hanc, Antichriſtus erit, vel ejus oppoſitum voluntati divinæ, & voluntas divina acceptat unam partem, puta, Antichriſtus erit; tunc in tertio ſigno naturæ intellectus divinus aſſentit illi parti, Antichriſtus erit : ſcit voluntatem ejus efficacem non impedibilem : & tunc illi protinus aſſentit.* Si Deus non poteſt judicare de propoſitione de futuro contingenti, vel de ejus objecto ante decretum, ſeu actum divinæ voluntatis; ſed ſolùm judicet ex ſuâ voluntate efficaci ; ſcientia media apud Majorem locum non inveniet.

Inſuper in 1. diſt. 40. q. 2. docet prædeſtinationem fieri ante prævila merita: dicitque ſe hoc tenere propter authoritates Patrum.

SECTIO VIJ.

Utrum Ruardus Tapper art. 7. de lib. arb. præmotioni adverſetur?

106. RESp. negativè. è contra ibi apertè præmotionē ſtatuit : quod probo, quia docet Deum movere, applicare, &c. voluntatem ad agendum; realiter ſeu phyſicè, determinando effectivè & flectendo voluntatem ; efficaciter

ter & infallibiliter; illæsâ libertate; sed nil aliud est præmovere physicè, ergo.

Prob. mai pro 1. *p.* quia *fol.* 216. *impressionis* „ *Lovaniensis* 1565. *habet.* Gratia ad bene operandum necessaria est motio, quâ Deus applicat intellectum ad cogitandum salutaria, „ & voluntatem ad eadem benè afficit. Sic „ autem his viribus divinitus applicatis, & „ motis, per eas liberè operamur: hoc est per „ liberum arb. sicut principium effectivum, „ cui ratio agendi est divina motio, aut vis in- „ tentionalis ei impressa, quasi instrumento „ à causâ principali, vel potiùs cogitatus im- „ missus, & bonum propositum inspiratum, per „ quæ se movet effectivè, & omnibus viribus, „ omnibus item membris imperat, quæ ejus „ imperium necessariò sequuntur. *Folio* 217. „ *ait:* Difficillimum namque est intelligere, „ quod Deus operetur ipsum velle vtens vo- „ luntate tanquam instrumento, ipsam appli- „ cans ad opus, sicut intellectum ad salutares „ cogitationes, vt docent scripturæ; ipsam ta- „ men voluntatem sic applicatam & motam „ ad opus vnum, nihilominùs posse, & in suâ „ habere potestate, liberè eligere . . . . . Sed „ hęc objectio & difficultas non minùs adver- „ satur libertati voluntatis in naturalibus & „ politicis, in quibus etiam per divinam pro- „ videntiam movetur, & determinatur ad „ opus: cujus propterea providentiæ concor- „ dia cum l. arb. superat omnem intellectum:

vt

„ vt docet Cardin. Cajet. circa. q. 22. in 1. p.
„ B. Thomæ art. 4. ita vt magis fide creda-
„ tur, quàm plenè intelligi possit Et illustrari
„ potest hæc obscuritas, si consideremus Deum
„ operari in vnaquâque creaturâ secundùm
„ ejus conditionem & naturam, & propterea
„ agentia libera vt instrumenta movere atque
„ ad opus applicare, ita vt liberè & contingen-
„ ter ipsa operentur.

107. *Prob.* 2. *p.* quia fol. 218. postquam dixit Deum movere voluntatem moraliter & suadendo; & *quod suasio sola sive à Deo fiat, sive ab homine, non movet voluntatem efficaciter, quia solùm in genere causæ finalis & objectivæ*: addit: *Quam tamen potestatem habet in eam Deus, in cujus manu sunt corda etiam Regum. vt à proposito quod habent, in aliud flectere etiam possit efficaciter, imò quocumque voluerit.* Si Deus possit efficaciter movere voluntatem & motio moralis non sit efficax, illa motio erit plusquam moralis, & erit physi-
„ ca. *Folio* 221. [An verò ad vsum gratiæ quo
„ acquiescimus salutari monitioni, suasioni, &
„ internæ vocationi, & quo pulsanti ostium
„ aperimus, per quæ omnia ex parte objecti
„ inclinatur voluntas (propriè enim ad intel-
„ ctum pertinent) exigatur adhuc alia gratia,
„ per quam immediatè inclinetur, & accomo-
„ detur voluntas per pium effectum, cujus hîc
„ non meminit August. & per quam etiam vo-
„ luntas à Deo affectivè flectatur, an non?
„ Nihil mutat nec impedit voluntatis liberta-

 tem

„ tem in libero vſu gratiæ; quia ita ſuaviter
„ inclinat & determinat eam Deus, vt ex ju-
„ dicio & conſilio, & ſic liberè ſequatur hanc
„ Dei appropriationem. fol. 225. Ex ſolâ Dei
„ ordinatione inſpirationes vim quamdam in-
„ tentionalem accipere poſſunt, ſicuti in ſi-
„ mili declarat Card. Caiet. in 3. p q. 13. art.
„ 2. & q. 62. art. 9.] ibi autem Cajet docet
vim intentionalem phyſicam. Vide ſup. n. 106.
108. *Prob.* 3. *p.* & quidem eam in terminis
docet fol. 217. ſup. n. 106. & fol. 221. jam ci-
„ tato. Folio 225. [In omni materiâ ita pieta-
„ tis & gratiarum, ſicut morali & civili ad vo-
„ luntatem pertinet ſe determinare ad vnam
„ vel alteram partem; & quamvis ſub Dei de-
„ terminatione, non tamen propterea minus
„ liberè ſe determinat, quàm ſi non cõcurreret,
„ nec determinaret Deus. Folio autem 242.
ſibi objicit argum. quibus Moliniſtæ volunt
gratiam dari vni, non alteri, non ex Dei pro-
poſito; ſed quia ex circumſtantijs &c. prævi-
ſus eſt benè eâ vſurus; ad hoc etiam adducens
locum Auguſt. in qq. cont. Porphir. cui loco
maximè innituntur Moliniſtæ. Certè ſi præ-
determinatione rejectâ Molinæ conſentiret,
illa argum. concederet: verùm ea ſigillatim re-
jicit oſtenditque S. Aug. retractaſſe quod dixe-
rat in qq. cont. Prophir.

„ *Prob.4.p.fol.*207. Si Deus movet volunta-
„ tem ad aliquid, impoſſibile eſt huic poſitioni,
„ quod ad hoc non moveatur. Nec tamen eſt
„ ſimpliciter impoſſibile, quia eo momento

„ quo ad aliquid movetur potest contrarium
„ velle: positâ autem hâc motione & concursu
„ Dei, quò vult nos velle & agere, volemus &
„ agemus, fol. 225. Hi qui vocantur secundùm
„ æternum Dei propositum indeclinabiliter &
„ inseparabiliter vocationem sequuntur, vt di-
„ cit August. c. 12. de correp. & grat. subventũ
„ est, inquit, infirmitati voluntatis humanæ, vt
„ divinâ gratiâ indeclinabiliter & inseparabi-
„ liter ageretur. *Fol.* 279. Nos liberè confite-
„ mur atque docemus post scripturas & B.
„ Aug. verissimam esse hanc ejus sententiam.
„ Attamen quamvis infirma hominis voluntas
„ indeclinabiliter & inseparabiliter divinâ
„ gratiâ agatur: agitur tamen vt liberè agat, &
„ prudenter se regat, non vt aguntur animalia
„ bruta: & ideo quamvis infirma non deficiat,
„ deficere tamen in suâ habet potestate; & au-
„ xiliũ quo sic agitur deserere, ac in eo manere
„ si velit, postea: Indeclinabiliter & inseparabi-
„ liter à divinâ gratiâ nostra agitur voluntas:
„ quia fieri non potest vt declinet ab eo, ad
„ quod Deus eam secundùm æternum suum
„ propositum flectit; nec vt separet se ab eo
„ aliorsùm, quàm ad quod ab ipso dirigitur.
„ *Et fol. seqq.* In ejus manet potestate vt peccet:
„ quamvis simul stare nequeant, vt sc. secun-
„ dùm Dei propositum agatur, & ipsum non
„ sequatur. Non enim ex inseparabilitate, aut
„ indeclinabilitate sequitur necessitas.

109. *Prob.* 5. *p.* ex locis jam, & ante citatis. Fol. 230.

280. sic probat: *Non enim ex inseparabilitate aut indeclinabilitate sequitur necessitas; cùm Dei voluntas indeclinabilis sit, & inseparabilis à suo judicio, quæ tamen liberrimè omnia agit secundùm consilium voluntatis suæ.* Et hoc ipsum ibi multis ostendit, & tandem concludit verbis Aug. de corrept. & grat. cap. 8. *Ecce quemadmodùm secundùm gratiam Dei, non contra eam libertas defenditur voluntatis.* Idem pluries fol. 281. Folio 207. idem probat quia Deus movet vnumquodque juxta modũ suæ naturæ. Folio 218. quia facit voluntatem se qui ex suo judicio & deliberatione: similiter fol. 221. vnde fol. 225. concludit, quod quamvis nostra voluntas agat *sub Dei determinatione, non tamen propterea minùs liberè se determinat, quàm si non concurreret nec determinaret Deus.*

Satisfit Objectioni Philalethis.

110. Celeberrimum hunc Lovaniensis Vniversitatis Cancellarium nobis opponit Philal. quia art 7. citato propos. 7. habet; *In eo, qui sequitur vocationem credendo, vel pænitendo, & in alio, qui eam negligit, potest esse idem conversionis & fidei principium. Adeo vt ex solâ eorum libertate vnus negligat vocationem, & alter credat: nec aliquid positivum absolutum est ante actionem in vno, quod non in alio.*

Propos. etiam 5. ait: Omnes gratiæ, quæ sunt nobis operandi principia, quæ præcedunt tempore vel naturâ Dei operationem efficacem

cem, possunt esse sine vsu vel fructu.

Resp. ad 1. quod apertè loquatur de gratiâ inefficaci, & motione morali; de quâ loquendo dicunt Thomistæ, quod dicit ibi Tapper. Hoc etiam benè advertit Philal. & ideo suâ bonâ fide textum truncavit supprimendo hæc quæ immediatè habentur post ly, *& fidei principium*, scilicet: *hoc est eædem illuminationes, suasiones, & inspirationes.* Has autem fol. 221. dixerat esse morales motiones & ex parte objecti; & fol. 218. quod motio moralis sive à Deo fiat sive ab homine est inefficax. Proinde clarum erat Tapperum loqui de motione morali & inefficaci. Hoc saltem debuisset Philal. colligere ibid. ex propos. 6. quæ sic loquitur de gratia efficaci. *Impossibile est quod gratiæ præcedentes conversionem vel fidem, si fiant ex vocatione secundùm propositum Dei, suo effectu & fine frustrentur.*

Intendit ergo quod duorum in æqualibus auxilijs inefficacibus constitutorum, vnus possit negligere vocationem illam inefficacem, sicque ponere impedimentum vocationi efficaci sicut diximus sup. n. 89. & alter credere; non tamen credet sine vlteriori auxilio quod recipiet, quia ei non ponit impedimentum, nec contemnit motionem moralem: Hoc totum exprimit Tapper fol. 225. *Ex quibus videtur quod in sequente vocationem, ejusdem vocationis modus quidam est, vel ablatio impedimenti, vel simile aliquid quod non est in alio, & plerúmque ob ejus culpam, vel negligentiam. Ex solâ enim Dei ordinatione inspirationes vim quamdam*

intentio

intentionalem accipere possunt, sicut in simili declarat Cardin. Cajet. in 3. p. q. 13. art. 2. & q. 62. art 9. Hinc etiam habes quare neget positivum absolutum in vno quod non in alio ante actionē, vt sc. sub suâ negatione non comprehenderet illam vim intentionalem quæ non est quid absolutum & fixum, sed motio transiens.

Ad 2um patet quod loquatur de eisdem auxilijs inefficacibus, de quibus idipsum asserimus etiam loquendo de potentiâ consequenti.

SECTIO VIII.

Vtrum Driedo præmotionem doceat.

111. RESp. affirm. Prob. quia docet Deū movere voluntates nostras ad agendum; præviè; physicè; determinando & flectendo ad agendum; infallibiliter & efficaciter; illæsâ libertate: ergo.

Prob, 1. *pars*: lib. de captivitate & redemptione generis humani tract. 2. cap. 1. parte 1. *Deus,* ait, *cum sit creator humanarum voluntatum, omnipotentissimam habet super illas potestatem: potens eas inclinare, vertere, & de affectione vnâ in aliam mutare quocumque voluerit: quemadmodum ait scriptura: Cor Regis in manu Domini,* &c. *Diabolus verò non talem habet in corda hominum potestatem; suggerere quidem potest, sed intus sic creare novas affectiones, & corda hominum sic mutare non potest.* Idem

2. p.

1. p. illius cap. & ferè vbique. Hoc autem non esse per collationem virtutis præcisè, docet lib. citato cap. 20. tract. 6. part. 2. *Septimò*, ait, *modus iste docet gratiam Dei non esse possibilitatem, quâ benè velle & benè agere possumus: sed docet Deum esse talem, qui suâ gratiâ & auxilio facit voluntatem benè velle & benè operari: Et ita Deus non solùm dat nobis posse benè velle, vt Pelagius credidit, sed & bonum velle, & operari secundùm bonam voluntatem ipse facit. Proinde Scripturæ tradunt Sanctos agi, moveri, atque deduci à Spiritu S.*

112. *Prob.* 2. lib. de concord. lib. arb. c. 4. ad 6. postquàm dixit ad justificationem requiri motum lib. arbitrij naturâ priorem gratiâ justificante, addit: *Verùm hoc motu lib. arbitrij secundùm naturam prior est motio, seu tractus Dei lib. arbitrium excitantis, & efficientis vt credere velit.* Ibidem ad 7. *secundùm naturam prior hominis voluntate intelligitur esse motio Dei in sui obedientiam subijcientis sibi humanam voluntatem.* Denique vbique clamat gratiam prævenire nostras voluntates. *Vt homo velit benè facere*, ait ibid. cap. 3. fol. 56. impress. Lovan. 1550. *necessarium est Deum gratuitâ suâ vocatione internâque motione illum prævenire.* Denique lib. de captivit. & redemp. gen. hum. tract. 6. cap. 1. p. 2. in tertiâ ratione habet: *Deus & lib. arb. simul ad opus bonum non perindè concurrunt, atque duo homines ad navis motum, vbi vterque suis agens viribus trahit; vbi tametsi ipsius navis motus non fieret nisi vterque traheret, tamen nec alter ab altero vim accipit agendi, nec impetum, inclinationem,*

aut

aut affectionem trahendi, sed concurrit ad opus bonum Deus cum homine, quemadmodum sol cooperatur aëri ceram mollienti per acceptum ab ipso sole lumen ac calorem; quemadmodùm & ductor concurrit viam monstrans, & erigens ducit languidum, & imbecillem. Uide Ibid. cap. 2. p. 2. vbi hoc similitudinibus obumbrat.

113. *Prob.* 3. p. tum ex loco proximè relato, vbi non vult Deum concurrere cum homine, sicut duo trahentes navim, quia neuter ab altero *vim accipit agendi, nec impetum*; sed sicut sol cum aëre recipiente influxum solis ad emolliendam ceram (impetus autem & influxus debet esse realis) & sicut ductòr monstrans viam (ecce motio moralis) & erigens seu trahens languidum, vt magis declarat lib. de capt. & red. gen. hum. cap. 2. p. 2. (en motionem physicam) Tum loco sup. pro 1. p. relato concedit Deo motionem voluntatis nostræ, quam negat dæmoni, sed illa solum potest esse motio physica, cum ei moralem concedat, ergo. Jdem habet lib. concord. lib. arb. cap. 2. p. 2. in principio. Denique lib. de capt. & redemp. gen. hum. tract. 2. cap. 2 art. 3. propos. 2. dicto ex Damasc. quód in Christo voluntas divina vtebatur humanâ vt instrumento libero, addit: *Quemadmodum autem instrumentum ab artifice motum in sese accipit impulsum, impetum, seu vim quamdam artificis, dirigitúrque in finem secundùm ipsius artificis intentionem: ita & natura humana in Christo, voluntasque ipsius creata mota à divinitate, accipit in sese vim*

vim quamdam Deitatis dirigentis eandem humanam voluntatem ad perficiendum opus humanæ redemptionis. Eadem verò eſt ratio de voluntate noſtrâ quæ etiam eſt Dei inſtrumentum.

114. *Prob.*4.*p.*lib.de Concord. lib. arb. cap.3. fol.43. probato ex Apoſt.hominem ſine gratiæ adjutorio non poſſe benè agere, addit: *Et ita non ſequitur Deum ſuâ prædeſtinatione neque dirigere, neque determinare hominum voluntates ad bona opera. Uerum quidem eſt homines jam Dei prædeſtinatione juſtificatos ſuis ſtudijs, ſuis circumſpectis deliberationibùs, ſuiſque conſilijs rectis ſeipſos determinare ad bonorum operum electiones, ſed Deus facit eos ad benè vivendum ſpontaneè determinare ſeipſos.*

Denique hoc abundè patet ex eo quòd reijciat concurſum indifferentem, & pendentem à circumſtantijs. Ibid.enim fol.42.habet: *quod in argumento concluditur Deum ab æterno voluiſſe ſuam voluntatem eſſe indeterminatam, indifferentem, & quaſi neutralem*, &c. *falſum eſt.* Ibid. poſtea ad idem: *Reſp. hoc falſum eſſe. Nam & ad omnia, quæ & facit & facturus eſt Deus, ſua voluntas ab æterno ſeſe determinavit.* Lib. autem de Capt. & Redemp.gen.hum.tract.4. cap.2.p. 6. dicit, quòd *Deus ad operandum hominis converſionem, veram contritionem & ſalutem, neque indigeat in corde hominis timore primo, neque neceſſarium habeat expectare vllam loci, & temporis oportunitatem, neque egeat aliâ causâ creatâ, quæ Chriſtum prædicet*, &c. *tamen pro ſuâ bonitate, vt non auferat ſtatutas leges ſuæ ſapientiæ, in convertendis impiis dignatur vti cauſarum creatarum miniſterijs.*

Prob.

Prob.5.p. lib de Concord.lib.arb.cap.3.fol.57.
„ [Per hoc patet solutio ad art.2.in argum. ci-
„ tatum quo dicitur nunc subventum esse in-
„ infirmitati humanæ voluntatis hominis præ-
„ destinati, vt insuperabiliter, & indeclinabi-
„ liter agatur à divinâ gratiâ.Nam hoc dicitur
„ non quod humana voluntas hominis præ-
„ destinati sit in bono confirmata, & immuta-
„ bilis, seu indeclinabilis ad vitia; sed quod
„ voluntas Dei intendentis suà gratiâ sic ju-
„ vare electos, vt eant & fructum afferant
„ qui maneat, sit efficax, certa, & immutabi-
„ lis, & ab humanâ voluntate non impedibilis
„ aut superabilis. *Ibidem fol. 59. dicit*: Quam-
„ vis Christus voluntatem hominis ex se inva-
„ lidam atque infirmam,faciat efficaciter velle,
„ indeclinabiliter, ac inseparabiliter agi,hanc
„ tamen facit liberè atque spontaneè velle &
„ operari.] vide etiam lib. de grat. & lib. arb.
cap. 3. ad 4. sententiam Cathol. oppositam
Pelagio, & sup. de Capt. & redempt. tract. 4.
cap.2. p.6.
115.*Prob.6.pars.*Lib.de Concord.lib.arb.c.3.fol.
„ 47.Resp. [Verissimum vtiq, esse hominũ vo-
„ luntates secundùm divinam voluntatem gu-
„ bernari; nec esse possibile, quod ipsæ homi-
„ num voluntates aliorsum se vertant, quàm
„ voluerit, proposuerit,atque decreverit Deus
„ ipse. Sed non inde sequitur lib. hominis arb.
„ ferri in omnia sua opera ex necessitate impul-
„ sionis divine, perinde atque serra trahitur ab
homine.

„ Nã Deus per lib. hominis arb. operatur, non
„ tanquã per instrumentũ quod trahitur motũ
„ non movens, sed tãquam per causam sub suâ
„ divinâ providentiâ liberè operantem: liberè,
„ inquam, id est non ex necessitate Deus ope-
„ ratur in nobis rectas electiones, bonosque
„ consensus voluntatis nostræ, dum facit nos
„ rectè eligere, liberâque voluntate nostrâ
„ Evangelio consentire, & obedire. Et hic
„ jam est articulus in quo Lutherus suique
„ complices, mirabili cæcitate falluntur, pu-
„ tantes lib. hominis arb. nihil agere, omnia-
„ que ex necessitate absolutâ evenire, dum ex
„ Script. SS.audiunt,Deum omnia opera bo-
„ na in nobis operari...... Qui si intellige-
„ rent Deum operari in nobis rectas electio-
„ nes, consensum in opus justitiæ, & obe-
„ dientiam, dum facit nos liberâ voluntate
„ recta eligere, hilari & spontaneâ voluntate
„ consentire, atque obedire Christi Evange-
„ lio, non sic ab Ecclesiasticis traditionibus
„ deviarent.

Jmpulsio ergo divina non necessitat, juxta Driedonem; & in hoc errat Lutherus quod putet eam necessitare; & à traditionibus Ecclesiæ recedit: traditio ergo Ecclesię est quod non necessitet. Sed & hoc nostris ipsis rationibus probat sapientissimus Driedo. Lib. de Capt. & redemp. gen. hum. tract. 6. cap. 1. p. 2. rat. 3.
„ tertij generis hoc probat: [Impossibile est
„ quod voluntas hominis velit aliter, vel alio

N moveatur

„ moveatur modo, quàm Deus vult eam velle: „ sed Deus quotiescúmque vult hominis vo- „ luntatem velle, vult eam liberè velle & non „ coactè, ergo necessarium est quod voluntas „ hominis liberè & non coactè velit quidquid „ voluerit. *Item de Concord. lib. art. fol.* 46. Nec „ ob id oportet nos minùs liberè facere, quæ „ facimus, quia Deus ipse nos trahit, atque „ ducit vt faciamus. Sed è contrario sequitur „ quod maximè operemur liberâ voluntate, „ quia ipse inclinat voluntates nostras, vt quod „ agimus spontaneâ ac hilari voluntate aga- „ mus.] Nè autem hinc putes eum constitue-re libertatem in solâ spon tancitate, lege ibid. fol. 37.

Ibid. fol. 48. hoc probat: quia movet volun- „ tatem secundùm modum suum: [Causam „ liberè operantem rapit Deus taliter qualis „ ipsa est, tam suaviter gubernans illam vt ipsa „ liberè operetur.

Denique lib. 2. de grat. & lib. arb. tract, 1. cap. „ 3. fin. sic probat familiari similitudine. Quā- „ vis lib. arb. sit sub Domino Deo, absque cu- „ jus nutu, & gubernaculo non potest vel di- „ gitum extendere, non tamen inde sequitur „ lib. arbitrium non esse Dominum suorum „ motuum, & membrorum: quemadmodum „ in Dominijs hujus mundi, sunt Domini sub „ Dominio, & sub aliorum potestate.

Ferè etiam vbique sibi obijcit argumenta concludentia ex efficaciâ gratiæ tolli liberta-

tem.

tem, Et lib. de Concord. lib. arb. fol. 46. dicit *illa eße antiqua hæreticorum retia, jam olim ab initio trita, eventilata & absoluta à Patribus.* Ibid. c. 2. in princ. ait illa *etiam esse in ove muliercularum metientium abyssum divinæ præscientiæ & voluntatis immensæ, secundùm vanas suas cogitationes.* Sic verò postea earum constantiam laudat: *supradictis perplexitatibus non obstantibus, solida & immobilis mansit hactenus tota Christianorum Ecclesia, etiam simplicium hominum.* Eis autem succubuit Molina negando præmotionem efficacem, quia videretur tollere lib. arb. Lib. autem illum concludit sententiæ nostræ antiquitatem & vniversalitatem sic predicans: *Neminem esse ex Orthodoxis, qui non simul lib. hominis arbitrium cum infallibilitate, & immutabilitate voluntatis & consilij divini stare putet.*

117. Nobiscum etiam hâc in parte recurrit ad incomprehensibilitatem Dei: vnde ibid. fol. 47. dicit: *Hæc si nondum penetrare valeas, satis est si credas ex scripturis SS. nobis eße revelatum.* Et fol. 48. *Ita captivantes intellectum in obsequium fidei dicamus cum Apost. Paulo: ei qui potens est omnia superabundanter facere, quàm petimus aut intelligimus, secundùm virtutem quâ operatur in nobis ipsi in gloria.* Cur autem non omnes efficaciter moveat, sed tantùm aliquos, dicit esse impenetrabile, & clamandum cum Apost. *O altitudo!* &c. Et cui hoc non placet dicendum cum August. Quærat doctiores, sed caveat nè inveniat præsumptuosiores. Ita ibid. fol. 51. & 46. Libro

autem 2. de grat. & lib. arb. tract. 2. cap. 1. p. 2. ad 2. Pelagij, dicit: *Exercitatis in doctrinâ Pauli Apost. & August. manifestum est non esse vllam rationem in hominibus cur Deus in potestate habens hominum voluntates, non ita movet corda hominum, vt neque contemnant, neque resistant, & cur hunc movet, non istum.*

Docet insuper 1° illam motionem etiam fuisse necessariam in statu innocentiæ. Lib. de Concord. lib. arb. fol. 43. 46. 58. & 59.

2° Deum etiam movere hominem ad actum peccati, vt actus est, & non vt substat deformitati. De grat. & lib. arb. l. 1. tract. 1. fin.

3°. Prædestinationem fieri ante prævisa merita; & reprobationem ante prævisa demerita. Lib. de Concord. lib. arb. cap. 2. 3. & 4.

Satisfit Philal.

118. His non obstantibns, ex amore veritatis audet Philal. Driedonem Vniversitatis Lovaniensis Professorem Celeberrimum opponere hoc vno; quia de Redempt. gen. hum. tract. 4. c. 2. concl. 5. habet: *Ex duobus impiis æqualiter indignis, æqualiter divinis instinctibus pulsatis, atque admonitis ad fidem aut pænitentiam. contingit alterum non reluctari, alterum verò resistere.*

Resp. me mirari Philal. non vidisse hæc intelligi de motione morali, & admonitione quæ est inefficax, non de motione efficaci, & secundùm Dei propositum. Miror insuper amatorem

torem veritatis, nobis obijcere quod sibimet obijcit & soluit Driedo lib. de Concord. lib. arb. cap. 2. argum. 8. & soluit cap. 4. dicendo casum esse possibilem de tractis tractione morali & suasoriâ, non tractione secundùm Dei
„ propositum : Sic habet : [Resp. possibile est
„ duos esse æqualiter attractos secundùm ins-
„ stinctus quosdam, suggestiones, suasiones-
„ que prævias, quas alter suâ voluntate ne-
„ gligens aut contemnens in novam cadens
„ culpam, meretur deseri, obdurari, &c. Al-
„ ter tamen licet non contemnat, non mere-
„ tur ex hoc justificari, vt patet ex supradictis.
„ Uerùm de duobus indignis æqualiter inspi-
„ ratione divinâ attractis, quorum vnus salu-
„ briter obedit, alter non sic obedit. Scien-
„ dum est quod illo casu stante, dicendi sunt
„ non fuisse æqualiter tracti secundùm gra-
„ tiam prædestinationis.

In eodem exemplo fundaverat ibid. 3am. Conf. 7. arg. quâ obijcit quod quia ex duobus æqualiter indignis præviderat vnum obediturum, eum prædestinaverat ad primam gratiam,
„ & alium è contra : Et resp. cap 4. Non id-
„ circo prędestinavit Deus suos electos, quia
„ præscivit illos obtemperaturos, & obeditu-
„ ros ; sed prædestinavit illos vt obedirent
„ & crederent ex gratuitâ ejus motione.

SECTIO IX.

Utrum Franciscus Belcarius, Joan. Arboreus, Stapletonus, & Franc. Vellosius præmotioni dissentiant?

119. DE Belcario affirmat Philal. quia opusc. contra Calv. dicit: *Nos taque contrariam sententiam probamus, hoc est Dei decretum sive prædestinationem divinæ præscientiæ esse causam negamus. Negamus verò ideo dumtaxat Deum omnia prævidere quod ita vt fierent decrevit, vt temerè asserit Calvinus; alioqui fatalis quædam in rebus omnibus inveheretur necessitas. Nec dico fatalem qualem Stoici ex connexione caussarum, sibi mutuò necessitate quâdam succedentium; sed fatalem necessitatem appello, quæ ita æterno Dei decreto instituta est, vt aliter evenire non possint, quam & Calvinus, Calvinianique admittunt, rectè ne an secus? Mox videbimus.*

Resp. quòd Belcarium diligentissimè quæsitum reperire non potuerim; reor tamen eum æquo passu nobis oppositum, ac alios hucusque discussos. Et licet ex ipso, quia eum non legi, non habeam quo id probem; colligo tamen ex verbis à Philal. objectis. Primò quia ea nobis non dissentiunt, cum etiam negemus *ideo dumtaxat* Deum *omnia* prævidere quia vt fierent decrevit, vt asserit Calvinus, ita vt aliter fieri *non possint:*

possint: ly enim, *dumtaxat*, excludit lib. arb. nec decretum ejus naturæ accomodat, sed vult esse totam causam eveniendi, sicut fingebat Calvinus, hoc autem Thomistæ negant; & dicunt decretum esse 1am causam eveniendi, lib. arbitrium proximam; decretum instituere vt eveniant à lib. arb. secundùm suum modum, sc. liberè. Si enim decretum Dei esset tota causa, nec requireretur ad eventum deliberatio voluntatis, esset proculdubiò fatalis necessitas; sed cum etiam Dei decretum faciat voluntatem creatam deliberare & se determinare, non est periculum necessitatis, quæ non ex causâ 1â vt sæpe dixi, sed ex proximâ, vel ex primâ vtente tali proximâ debet attendi. Ly etiam, *omnia*, involuit peccata; quæ tamen non prævidet in decreto positivo. Ly etiam, *vt dicit Calvinus*, ista satis determinat; Calvinus enim dicebat, Dei decretum esse totam causam eveniendi, ita quod excluderet proximam, sc. deliberationem & determinationem nostram. Dicebat etiam Deum in decreto positivo præscire peccata, sicque *omnia*. Insuper etiam negamus Deum sic decernere, *vt aliter evenire non possit*. potest enim oppositum; sicut ille quem Deus præscivit aliquid facturum potest oppositum, licet illud nunquam ponet. Cum itaque hæc nobis non dissentiant, sed planè consentiant, reor Belcarium nobis consentire in reliquis, quæ fuissent adducta si in eis magis dissentiret.

Secundò. Qui aliquid negat, non absolutè,

sed sub restrictione non debet censeri illud absolutè, & sine illis restrictionibus, negare, sed potiùs supponere; sed Belcarius non negat decretum rei eventum inferens, absolute, sed solùm sub dictis limitationibus ergò supponendum est Belcarium admittere decretum ex se efficax, seu rei eventum inferens sine illis modificationibus, quale docent Thomistæ.

120. *De Arboreo* hoc non asseritPhil.& meritò, cum ibi solùm intendat ostendere esse duplicem vocationem, efficacem vnam ineficacem alterã; & quod efficacem Deus solùm det eis quos prævidit credituros non quod velit, *credere*, esse ex ipsis (vt tamen loco ab eo adducto voluit Aug.) cum lib 7. c. 4. dicat fidem esse Dei donum; sed quod sinere se moveri ad credendum præcedat in genere causę materialis, sicut infra explicamus cum Soto, vel quod præviderit credituros, sicut explicat Toletus sup. n. 38. Sed quidquid sit de hoc; dicit Philal. Alvarem hoc de Arboreo concedere. *Sed resp.* Alvarem non sic purè concedere, sed hoc concedit arguenti, & quod dato sc. quod intelligeretur ad intentum arguentis, non esset hîc sequendus, cum referat Arboreus sententiam Aug. & eam deserat vt sequatur Origenem.

Sed quia ex hoc sequitur sententiam Molinæ etiam non esse sequendam, cum Molina fateatur eam esse Augustino contrariam; occurrit Philal. dicens Alvarem deceptum quia putavit hæc verba, *Hòc propositum ad præscientiam*

&

& prædestinationem Dei pertinet, *nec prædestinavit aliquem, nisi quem præscivit crediturum, & sequuturum esse vocationem*, esse Arborei, quæ tamen sunt August. lib. exceptionis propositionum epist. ad Rom. prop. 55. *Sed resp.* Philal. Fasol. & Annat. deceptos putantes ea adhuc esse exercitè Aug. non autem Alvarem; illa enim, & eam sententiam (quâ August. ante Episcopatum putabat fidem esse ex nobis suppositâ solâ propositione Evangelij, nec esse effectum prædestinationis, sed ad eam supponi) retractavit lib. 1. retract. & lib. de prædest. SS. Miror Annatum & Philal. ista nescire, cum in Aug. locis citatis id videre potuerint; idque referant non modo ipse Alvarez lib. 6. de Auxil. disp. 49. alijque moderni, sed etiam Authores scientiâ mediâ, & Molinâ antiquiores; vt Driedo de Concord. lib. arb. c. 3. Corduba l. 1. qq. Theologic. q. 56. ad 3. opinion. § *de Aug.* addens quod hoc etiam *Magister in 1. dist. 41. & Cajet. 1. p. & Lychetus in 1. dist. 41. & Doctores communiter referunt.*

Quantum ad *Stapletonum*, sui immemor est Philal. dum eum annumerat eis qui scripserunt ante Molinam, cum n. 125. referat *Stapletonum in eâdem pag. quinquies Molinam citare.* Quibus autem ad Molinæ partes tractus fuerit, vide apud alios.

Vellosium (quem videre non potui, nec opus fuit) malè opponit Philal. cum dicamus etiam præmotionem non necessitare, & quòd simpliciter seu absolutè possimus non vti illâ, & quòd possi-

possimus facere vt Deus non concurrat, licet, si jam sit ille concursus, hoc non eveniet. Sicut etiam affectus gratià congruâ Suarij, potest eadem; & tamen non evenient, aliàs non esset efficax. Jam de Vellosio infer sicut supra de Belcario.

SECTIO X.

An Cunerus præmotioni advérsetur?

121. RESp. negativè. Quia docet Deum movere causas 2.as ad agendum; prævìè physicè; determinando effectivè; indeclinabiliter & efficaciter; illæsâ libertate ergo.

Prob. ant. pro. 1. *p.* De grat. Christi c. 9. refert S. Hyeronymum acriter reprehendere Crytobulum Pelagij nomine judicantem esse absurdum dicere quod ad omnes actus naturales egeamus Dei adjutorio, & semper pendeamus ex Dei voluntate; & obijcientem quòd ex illo adjutorio tollatur libertas. Unde concludit Cunerus: *Agnoscit ergo vir Sanctus & vult nos etiam in naturalibus operibus auxilium Dei confiteri.* Deinde relatâ opinione Durandi dicentis illud auxilium esse præcisè collationem aut conservationem virtutis, addit. D. *Thomas verò*, D. *Bonau. & plerique alij Scholastici Doctores præter hanc virtutem, naturalium conservationem, volunt ipsas vires*

vires divinitùs ad opera & actus applicari, & ab ipso Deo tanquam primo immobili motore, motus omnes & actiones procedere. Quæ sententia Scripturis, & rationibus est conformior. Et adductis Scripturæ testimonijs, dicit S. Bonavent. hujus concursus necessitatem probare, 1° ex superioritate 1æ causæ: 2° ex creaturæ debilitate & potentialitate; *quæ est defectiva, nec purè activa, vt pote ab actu & operatione suâ distincta, cujus proinde sicut esse, sic & operari ab illo dependet; qui primus est actus.* Postea concludit: *Constituendus est igitur certus causarum ordo, quo superioribus inferiores subordinatæ sunt, & sub illis ex earum virtute agunt. Quemadmodùm de finibus bonorum dicitur, quod proximus finis virtute primi & vltimi finis agentem movet; ita 2um agens 1i agentis virtute operatur.* Deinde dicit aliquos doctè notare hoc sic fieri, vt tamen 1a causa non priùs producat operationem causæ 2æ quàm causa 2a quod est benè notandum; priùs quidem agit in causam, quàm causa agat, sed non prius producit actionem quam causa 2a

Ibid. c. 11. *Gratia quæ ad singulos actus datur, & pro singulis petitur, paucis dici potest suavis illa cooperatio S. Sp. quâ cor hominis inclinando & dirigendo hominem facit operari . . . estque talis concursus quo Deus, vt pater misericordiarum, & fons gratiæ singulis actibus concurrit, & indeclinabiliter ac insuperabiliter spiritu suo cor agit & dirigit.* Idem de prædest. c. 5. & 6.

2a. *Pars* sufficienter patet ex jam dictis: Pelagius

lagius enim, sicque Crytobulus, non negavit concursum simultaneum, sed prævium. Neque ex concursu simultaneo, præsertim indifferenti, videtur tolli libertas in se: applicatio etiam effectiva seu virtuosa ad agendum & quâ mediante Deus causat operationes causæ 2ᵃ debet esse prior causalitate, quàm causæ 2ᵃ. operatio. Denique simultaneus concursus non requiritur ex superioritate, vel debilitate & potentialitate alterius, cum duo viri æquales possint simul trahere lapidem, cui trahendo singuli sufficerent: præviùs autem statuitur ob superioritatem 1ᵃ causæ, & causæ 2ᵃ potentialitatem. Patebit ampliùs ex dicendis, maximè ad 4. p. ant.

122. *Prob.* 3. *p* De grat. Christi c. 7. habet.
„ Non satis hanc Christi gratiam explicare
„ videntur, qui illam solùm in præveniente
„ quodam Dei auxilio constituunt, quo ani-
„ mam internè dumtaxat vocat, movet, pul-
„ sat excitat & suadendo hortatur; quoniã his
„ præsentibus licet voluntas acquiescere pos-
„ set, & operari, fit tamen sæpé vt non ac-
„ quiescat neque operetur. Datur, inquam, per
„ ista posse credere & pænitere, sed non ipsum
„ credere & operari: Christi verò gratiam ta-
„ lem vult nos fateri B. August. quâ non sua-
„ detur solùm omne quod bonum est, verùm
„ etiam persuadetur; nec solùm revelatur sa-
„ pientia, verum & amatur. *postea concludit*:
„ Quare non in hoc solùm ponenda est gratia
Christi

„ Christi quòd prævià aliquà cor nostrum inspiratione pulsat, sed quòd per Spiritum suum facit vt operemur, juxta illud Prophetæ: Auferam cor lapideum de carne vestrâ, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis *&c. ita & alibi sæpe.*

„ *Prop.* 4. *p.* De prædest. c. 5. [Deus hoc potest, cui non est impossibile omne verbum, vt certissimè faciat hominem hoc vel illud determinatè bonum operari, vt tamen homo quantùm ad se pertinet, hoc omittere vel contrarium facere queat.

Ibid. c. 2. dicit, quòd quamvis Deus prius se determinet quàm homo ad aliquod opus agendum, tamen „ sic ejus est intelligenda prædestinatio seu providentia, quasi non ante ad opus bonum ab homine faciendum se Deus, quàm homo ipse se determinet: homo enim sub Dei determinatione, & ex Deo ipse se determinat non minùs liberè, quàm si ad opus Deus non concurreret, nec illud suâ providentiâ determinaret.

123. *Prob.* 5. *p.* de Lib. arbitrio c. 10. propos. 2. habet: Positâ efficaci Dei operatione, quâ bonũ in nobis opus operatur, certò sequitur nos hoc ipsum bonũ opus operari; sed non ob id consequitur nos illud necessariò præstare, quoniam in arbitrij libertate positum est Deo operanti non cooperari: influit enim suâ gratiâ pro liberæ voluntatis conditione. *De grat. Christi cap.* 12. Subventum est igitur

„ infirmitati voluntatis humanæ, vt divinâ
„ gratiâ indeclinabiliter,& inseparabiliter age-
„ retur. *Et cap.* 13. Quando B. August. dicit
„ gratiam à nullo duro corde respui, de
„ illâ loquitur, quæ ex Dei prædestinatione,
„ & secundùm propositum datur, quâ singula-
„ ri Dei directione & protectione efficitur, vt
„ actus pietatis non impediantur, sed efficaci-
„ ter id fiat quod voluntatis libertate omitti &
„ impediri potest.] Idem cap. 11. sup. & de
prædest. cap. 5. sup. *&c.*

Prob. 6. *p.* diversis enim rationibus id probat. 1°. quia illa motio efficax relinquit potentiam ad oppositum, licet id ad quod movet certissimè eventurum sit. Sic De prædest. c. 5. sup. & de lib. arb. c. 10. sup. & de grat. Christi c. 13. supra. 2° quia influit suâ gratiâ pro liberæ voluntatis conditione. De lib. arb. cap. 10. supra. 3° quia homo sub Dei determinatione se determinat. De prædest. cap. 2. sup. Vnde De lib. arb. cap. 8. fin. sic jubet, & amat suavem præmotionis infallibilitatem: *Hinc continenter orandus est Dominus, vt divinâ suâ gratiâ indeclinabiliter, & inseparabiliter nos custodiat, & vias nostras dirigat.*

124. Insuper de lib. arb. cap. 4. refert ex B. Clemente S. Petri discipulo, quomodo Simonem magum ex decreto Dei efficaci necessitatem induci concludentem (cujus consequentiam approbant adversarij, licet reprobent consequens) S. Petrus convicerit ipsismet fundamentis,

damentis, quibus Cunerus sup. nobiscum docet præmotionem non lædere libertatem. Et addit Clementem similia habere epist. 3. de Officio Sacerdotum, & Iræneum.

Denique de prædest. cap. 2. dicit cum Aug. *Non quia futuros nos iustos esse præscivit ideo elegit, sed sicut ex Apost. dictum est, vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ.* Et cap. 3. dicit reprobationem fieri ante prævisa demerita. Et ostendit quod in hoc Deus non sit acceptor personarum, tum quia quod hi non accipiant gratiam efficacem est quia ei ponunt impedimentum; tum illa est eis indebita, acceptio autem personarum solùm est circa ea quę sunt debita. Sicque in omnibus Molinæ contrariatur.

Satisfit Philalheti.

125. Cunerum Lovanij olim Professorem, postea Episcopum Leowardiensem nobis opponit Philal. hoc vno; quia de lib. arb. c. 10. habet: *verissima est propositio Driedonis & Ruardi: quod ex similiter tractis, & internè vocatis vnus convertatur, & alter non, contingere potest ex solâ arbitrij divinitùs præparati libertate.*

Resp. patere ex dictis sup. de Ruardo & Driedone illam propositionem, esse de vocatione morali, & inefficaci. Vide ibi dicta. Quod etiam patet ex 3ª illâ propos. Cuneri quæ sic habet: *Fit vt positis ijsdem fidei & conversionis principijs, similibus Sp. S. illustrationibus, suasionibus, & inspira-*

inspirationibus, vnus suâ liberâ voluntate eas reijciat & non credat, alter sequatur & credat. Loquitur ergo Cunerus de similiter tractis per illustrationes, & inspirationes sed ista censet solùm esse gratias sufficientes & inefficaces, de grat. Christi cap. 7. sup. relato; ergo in illâ propositione loquitur de similiter tractis per gratias sufficientes & inefficaces, non autem de similiter tractis gratiâ efficaci, cum ibid. habeat propos. 2. *Positâ efficaci Dei operatione quâ bonum in nobis opus operatur, certò sequitur nos hoc ipsum bonum opus operari.* Et patet ex dictis in prob. 5. p. At verò hoc totum docent Thomistæ.

SECTIO XJ.

Utrum Joan. De Bononiâ præmotioni adverſetur?

126. AFfirmat Philal. quia in opere de prædest. Dei Lovanij (vbi quondam fuit Professor) edito apud Anton. Mariam Bergagne an. 1565. tit. de libero arb. pag. 103. conqueritur aliquos de libero hominis assensu dum justificamur aliter quàm ipse sentientes, videri velle obscurare doctrinam Concilij Trid. *dum dicunt habere hominem libertatem arb. vt excitationi admonitionique resistere possit; sed his divinis inspirationibus atque monitionibus suppositis nullum resistere arbitrium. Obscurare autem dixi, quoniam ex*

dicto

dicto Revmi D. Hieron, à Bononiâ S. Sedis Apost. Nuncij dignissimi, nec non Archiep. Compsani, Professoris Theol. peritissimi, atque (antè suam assumptionem ex S. Ord. Præd.) *S. Palatij Magistri eximij, apud Carolum V. residentis; eandem opinionem in S. Trid. Synodo fuisse summâ diligentiâ à PP. discussam, & tanquàm minùs probabilem optimo jure percepi rejectam.*

Resp. me solùm potuisse videre impressionem anni 1554. Lovani apud eundem Bergagne, in quâ ista non habentur. Dico tamen eum loqui de opinione constituente efficaciam gratiæ in motione morali, ita quod motione morali suppositâ homo infallibiliter aget, sicut nos dicimus de motione reali secundùm Dei propositum: & hoc planum est, cùm excitatio & admonitio ad motionem moralem attineant: vnde etiam fol. 72. impressionis nostræ inspirationem dicit gratiam sufficientem. Itaque vult efficaciam gratiæ non consistere in illis monitionibus quas solùm vult dare posse; sed in auxilio eis suppositis adveniente quod dat agere, vt jam patebit.

Ex eo autem quod refert Joan. à Bonon. se accepisse à Reverendissimo D. Hieronymo, elicio duo ex quibus à Concil. Trid. præmotio Thomistica plurimùm stabilitur. 1um est Concil. Trid. supponere & admittere præmotionem. (Ut etiam ex ejus decretis planè demonstrant) quia qui discutit modum rei & in quo consistat, supponit rem esse, sed Concil. Trid.

discussit, vt hîc refertur, de modo præmotionis efficacis, & in quo consisteret, an sc. in motione physicâ, an in morali, ergo.

2um. Est, quod Concil. Trid. præmotionem efficacem consistere in motione reali seu physicâ censuerit probabilius, cùm opinionem constituentem eam in motione morali rejecerit vt minus probabilem.

127. Ne autem Philal. me putet sui similem, & multa dicere, non probare, jam à me dicta patebunt ex his à Joan. de Bonon. assertis.

Dicit 1°. prædestinationem fieri ante merita prævisa fol. 110. ex Aug. contra Pelag. *Non enim Deus nos prædestinavit, quia tunc eramus sancti, aut futuri eramus, sed vt essemus sancti nos elegit . . . . Unde non ob aliud dicitur; Non vos me elegistis; nisi quia non elegerunt eum vt eligeret eos, sed vt eum eligerent elegit eos. Misericordia namque ejus prævenit eos secundùm gratiam, non secundùm debitum.* Et sic concludit. *Ideo præscientia bonorum operum nec naturâ, nec ordine præcedit æternam Dei prædestinationem, neque secundùm operum præcognitionem aliquis prædestinatur.* Sic & alibi non rarò.

Dicit 2°. illam prædestin. esse causam bonorum operum. Patet ex loco jam cit. & amplius ex dicendis.

Dicit 3°. illam esse infallibilem. Undè fol. 32. & 48. vocat eam *certam & immobilem*.

Dicit 4°. quod non omnis vocatio sit efficax, vt fol. 91. 92. & 230. &c. quia scilicet vocatio moralis, & per admonitionem, non est efficax.

Dicit

Dicit 5°. reprobationis causam esse impedimentum, & contemptum excitationis, & vocationis Dei. fol. 54. &c.

Dicit 6°. quod gratiam efficacem à Deo habemus, quando inefficaci, & admonitioni, & inspirationi non resistimus, quia ex se paratus est illam dare. Fol. 190. *Qui Dei Patris internam amplectuntur inspirationem, efficiuntur ejus filij, non quidem quasi per opera meritoria (dictum est enim vtrumque fuisse Dei donum) sed solùm per dispositiones, sine quibus adultorum nemini confertur gratia justificans.* Similiter fol. 191. 229. 224. & 297. Expresse etiam fol. 183. habet: *Parum refert quod adhuc alia ab eâ, quæ dat posse requiratur gratia, quia si idquod debet cùm gratiâ quæ dat posse faciat homo*(sc. non resistendo ei)*haud dubiè gratiam quæ dat facere obtinebit.*

Dicit 7°. quòd gratia non habet efficaciam ex nobis, sed ex ipso Deo. fol. 91. *Firmiter, imò fide tenendum esse docemus, facere nos posse & velle bonum supernaturale ab ipso Deo eße, qui solus operatur in omnibus posse & velle bonum . . . quoniam Deus est, qui gratuitâ suâ bonitate primùm operatur in nobis velle sine nobis; deinde operatur etiam perficere, dum nobiscum volentibus (qui tamen jam & velle, & non velle possumus) in finem vsque cooperatur. Nam licet homo habeat velle & facere, non tamen habet, vel potest facere se velle, & facere quod convenit suæ saluti.* Quid clarius pro præmotione ex se efficaci? Vult firmiter, imò fide tenendum, Deum non tantùm facere nos posse, sed etiam facere nos

agere, & quod homo non possit facere se facere. Ergo efficacia est ex Deo, non ex nobis, & gratia, & concursus Dei non est indifferens, sed nos effectivè determinat ad agendum, quia facit nos facere. Vide etiam fol. 191. & 177. folio 295. ait quod *Deus efficaciam toti operi præbeat, & voluntatem nostram ac opus sic formet, vt ne minima quidem operis portio lib. sit arbitrij, quin & eadem principaliter sit gratiæ & Deo adscribenda.*

Dicit 8° quod illa gratia efficax sit prævia. Patet ex jam dictis, si enim facit nos facere, est causa efficiens quod faciamus, cum autem causa sit prior effectu, priùs naturâ facit nos facere, quàm faciamus. Si etiam nulla operis portio sit lib. arb. quin & eadem principaliter sit gratiæ & Dei; nequidem ipsa voluntatis determinatio erit lib. arb. quin & eam Deus principaliter causet, movendo sc. & trahendo, quia causa principalis movet minùs principalem. Si autem causet ipsam determinationem voluntatis, ille Dei concursus est eâ prior causalitate. Hinc fol. 68. *Deus priùs pulsat januam conscientiæ nostræ, quàm vel nos aperiamus, vel ille admittatur.* fol. 69. *gratia est proxima & efficiens causa bonorum actuum omnium, & si opera pænitentiæ gratiam justificantem præcedant, ea tamen sunt effectus peculiaris gratiæ operantis in nobis omne opus bonum.* fol. 218. *peculiariter suo tractu* Deus *omnes habet prævenire, qui salvantur.*

228. *Dicit* 9° Deum præscire futura in decreto, & quod ante decretum solùm sint possibilia.

bilia. Ita fol. 168. *secundum cognitionis divinæ genus est, quod vocamus practicum, quo dumtaxat ea intelligit, quæ vel facturus est ipse; atque ideò intelligit quia facturus est, vel ut ab alijs fiant, ipse ordinavit, vel postremò fieri contra imperium suum ipse permissurus est. Hujus porrò cognitionis ea est natura, ut ordine priùs hæc posse aut debere, fieri sciat, deinde etiam ordine priùs esse velit, quàm reverà futura sciat. Quemadmodum aliquis nostrum priùs novit se posse, vel debere petere Romam, & priùs statuit eò proficisci, quàm se certò profecturum cognoscat*; fol. 151. *Prædestinatione quippè tantùm Deus ea fore præscivit, quæ fuerat ipse facturus*. Unde fol. 166. & seqq. agnoscit solam scientiam speculativam, seu simplicis intelligentiæ, ac practicam seu visionis. Quid clarius pro præmotione contra scientiam mediam?

Dicit 10. quod opera moralia ex solis naturæ viribus facta, & non ex gratiâ, non sint dispositiones ad gratiam, neque sint ejus meritum. Ita habet fol. 190. 191. & 185.





CAPUT IV. PARS IJ.

Ostenditur Regulares qui antè controversiam de auxiliis Scripserunt, malè à Philal. contra præmotionem adduci.

SECTIO J.

Utrum Dionysius Cisterciensis præmotionem reijciat?

229. RESp. apertè docere præmotionem physicam.

Probo quia docet Deum præmovere voluntatem; physicè; determinando effectivè illam ad agendum; efficaciter; illæsâ libertate ergo.

Prob. 1. p. ant. in 2. dist. 1. q. 1. art. 1. propos. 2. docet quod Deus non præmovet nec impellit voluntatem ad quamlibet actionem. *Quia*, ait, *aliàs Deus præmoveret sic ad peccandum, sicut impellit, vel præmovet ad benè operandum.* Ibi autem eum loqui de actione vt substat malitiæ, non autem vt purè sistit in lineâ entis, facilè colliges; & ex art. 2. concl. 6. & coroll. ad concl. 2.

In

In principio ejusdem 1. art. monet, quod *aliud est causam esse causam vt alia res sit; & aliud esse causam, vt illa res sit causa.* Et propos. 3. habet: *Respectu benè agere voluntatis creatæ divina voluntas non solùm est causa quod sit, sed cùm hoc est causa vt illius benè agere causa sit: sic quod impellit, & facit voluntatem creatam benè agere. Ista est nota ex mille dictis Aug. & similiter istud est Psalm. dicentis: Misericordia ejus præveniet me. Et per illud Apost. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.*

Ubi audi *August.* hoc dicere *mille locis*, vt scias quàm sincerè fateatur Molina se dissentire ab August.

Dist. 23. q. 1. art. 1. movet dub. *an Deus & voluntas creata æquè primò concurrant, vel non, & quâ prioritate alia priùs?* Et 2ª propos. responsiva est: *ad actum bonum per priùs causaliter Deus movet voluntatem creatam, quàm ipsa moveatur, vel agat. Prob. quia Deus inclinat per priùs, & actuat voluntatem ad sic agere, quàm voluntas sic agat: vt ex multis SS. testimonijs patet.* Et addit sic etiam sentire Hugolinum Generalem FF. Eremitarum S. August. lib. 2.

Nè autem diceres eum velle hoc fieri per collationem, aut conservationem virtutis, hoc ibidem præcluserat propositione 3. antecedenti; *bonum agere*, ait, *non solùm est à Deo cum creaturâ concurrente, & ipsam conservante, sed etiam ipso creaturam ad sic agere actuante, & sic benè agere faciente.*

Prob. 2. p. quia motio moralis non actuat voluntatem

luntatem. & cum non ſit motio propriè, non impellit ſimpliciter loquendo, nec eſt cauſa cur agamus. Et patebit ſatis ex 4. p. cum motio moralis non ſit efficax.

230. *Prob.* 3. *p.* quia vt patet ex dictis Dionyſius docet Deum movere voluntatem ad agendum, & facere quod cauſa ſit, ſed hoc eſt eam effectivè determinare ad agendum, ergo; min. Prob. ex Dion. quia in 2. diſt. 1. q. 1. art. 1. propoſ. 4. habet: *Nihil citra Deum poteſt eſſe divinæ valuntatis cauſa, nec ſc. vt ſit, nec vt cauſa ſit.* 1um. *patet,* 2um *prob quia ſi aliquid citra Deum faceret divinam voluntatem eſſe cauſam: tunc divina voluntas in agendo determinaretur ab extrinſeco, & moveretur ab alio extrinſeco, quod eſt falſum.* Ubi ex eo quod aliquid faceret divinam voluntatem eſſe cauſam infert quod ab extrinſeco determinaretur, & moveretur, ergo ſupponit quod facere eſſe cauſam ſit determinare effectivè, & quod movere ſit determinare.

Prob. 4. *p.* quia in 2. diſt. 1. q. 1. art. 2. concl. 2. *Sola voluntas Dei,* ait, *eſſe poteſt cauſa alterius cauſæ vt ſit cauſa. Prob. quia ſola ipſa habet in poteſtate ſuâ impellere omnes cauſas requiſitas ad facere eſſe cauſam, & nullo modo poteſt extrinſecè, nec intrinſecè. B. cauſa, non cauſare ſtante voluntate Dei quod B. cauſet*; potentiâ ſc. conſequenti, antecedentem enim omnis Catholicus in actu libero requirit.

Amplius id ſupponit diſt. 25. q. 2. ar. 2. præambulo 1. vbi ſic dividit præmotionem in efficacem & inefficacem: *Aliud volitum eſt A. voluntatem*

tatem præmoveri vt eliciat B. actum suum, quem Deus *vult elici: & aliud volitùm est A. moveri motione sufficienti vt possit elicere B. Prob. quia 2um potest esse sinè 1o licet 1um non possit esse sine 2o. Undè sicut non est idem velle, quo vellem te actualiter currere; & quo vellem te esse potentem ad actualiter currendum si velles: sic imaginandum est in proposito.*

231. *Prob. vlt. pars.* ant quia in 1. dist. 45. art. 3. ad 3. resp. quod licet stet Deum Voluntate signi aut præcepti velle Sortem velle vel mereri, & tamen Sortem nec velle nec mereri; *sed non stat*, ait, *simul Deum velle efficaciter* &c. *& Sortem non mereri.* Sed statim sibi replicat sicut Molinistæ nobis: *Dic. ergo Sortes non liberè meretur; quia posito quod Deus sic velit de facto efficaciter quod Sortes mereatur in A. horâ liberè; tunc per resp. Sortes non poterit non mereri, ergo non liberè. Resp. sinè præjudicio melioris doctrinæ, quod adhuc Sortem mereri est simpliciter contingens, licet ipsùm mereri sit necessariò* (non necessitate simpliciter, vt patet, sed infallibilitatis, & consequentiæ) *consequens ad* Deum *ipsum velle efficaciter*, &c. *quia sic Deum velle efficaciter est contingens, ergo contingenter vult Sortem efficaciter velle libere.*

Insuper in 2. dist. 23. q. 1. art. 1. concl. 3. & 4. præfocat objectiones quibus Molinistę inferunt ex præmotione tolli libertatem; sc. quia est inimpedibilis, nec in nostrâ potestate positivè: Vnde concl. 3. habet: *aliquis effectus est secundùm quid in potestate arbitrij secundùm quid* (hoc est participati, & creati) *ad cujus causationem requiritur*

quiritur causalitas causæ non impedibilis, cujus tamen causæ causalitas non est in potestate suâ. Prob. ex 2. *& 6. præm. prop. Quia arb lib. secundùm quid, eget in quâlibet suâ actione concursu summæ libertatis, sc. arbitrij liberi simpliciter, & ipsum sub nullius alterius est dominio seu potestate.* Concl. autem 4ª est. *Arbit. lib. secundùm quid non dicitùr ideo liberum, quia habet in potestate suâ omnia necessariò requisita ad suum actum secundùm quid liberè producendum. Patet ista per concl. immediatam.*

In 1. dist. 40. art. 2. dicit prædestinationem esse ex solo Dei beneficio gratuito; & oppositum esse damnatum inter novos articulos Parisienses. Ibid. docet reprobationem fieri antè prævisa demerita. Et in 2. dist. 25. q. 2. art. 2. §. *sed dic.* Quærenti cur Deus istum movet efficaciter, non istum; Resp. ex Aug. *Noli velle judicare si non vis errare.*

Satisfit Philal.

232. Philal. Dion. Cisterc. præmotioni opponit; 1°. quia in 2. dist. 25. jam citatâ preamb. 2. ait: *Necessitas antecedens est causa activa, quâ positâ cùm omnibus præviè requisitis ad aliquem effectum producendum, & cum quibus effectus ille producitur, non stat effectum illum non produci.*

2°. in 5. concl. ibid. *Divinum prævelle, seu præmotio divina ad hoc quod voluntas A. possit producere actum B. non est antecedens necessitas ad effectum B. ab A. producendum: quia stante tali motione, vel prævotione*

tione cum omnibus prævijs ad B. stat voluntatem A. non producere actum B.

Ad 1. Resp. 1° quod prævelle Dei efficax, & cũ quo non stat non poni effectũ non sit necessitas antecedens juxta Dion. in 1. dist. 45. sup. ad prob. vlt. p. relatum. Cujus rationem assignat; quia cùm necessitas antecedẽs sit necessitas simpliciter, de quo dicitur necessitas antecedens debet de eodem dici necessitas simpliciter, sed Dei prævelle non est simpliciter necessarium, sed liberum, ergo non est necessitas antecedens. *Quia sic Deum velle efficaciter est contingens, ergo contingenter vult fortem efficaciter velle liberè.* Proindè necessitas antecedens solùm attinet ad causas creatas, limitatas, & in se necessarias, quæ nec se extendunt ad rem & omnes ejus modos.

2° loquitur dè prærequisitis tempore, & non solùm naturâ; & dè prærequisitis ex parte actus 1^mi non ex parte actus 2^di quod ostendo, quia ibid. propos. 1. dixerat: *Causam producere effectum non est dispositio prævia ad effectum producendum.* Quod etiam dixerat ibid. dist. 1. q. 2. art. 1. addens: *alioquin quælibet res producens esset necessitas respectu sui producti, quia non stat illam producere sine producto.* Sed sicut causa per suam actionem producit effectum, ita proportionaliter Deus præmovendo causam 2^am. causat actionem causæ 1^æ ergo si productio effectus non est inter illa prærequisita ad effectum, ita præmotio respectu actionis non erit inter illa præ-

requisita

requisita, de quibus ibi loquitur Dionys.

Ad 2. Dionys. loquitur de prævelle, & præmotione inefficaci, vel dè prævelle indeterminatè, ratione tamen inefficacis. Hoc poterat Philal. colligere ibid. ex præamb. 1. quod retuli sup. ad prob. 4. part. & ex concl. 3 ibid. ad quam sic monet: *Ista consequentia non est bona; Deus vult B. fore, ergo B. erit; nisi addatur efficaciter vult, & sic non capio conclusionem, sed dico simpliciter, vult,* Consequenter eodem modo loquitur in 5ª. illâ concl. imo juxta præamb. 1um. se restringit ad inefficacem præmotionem, dum dicit: *præmotio ad hoc quod voluntas A. possit producere,* &c. Denique ibid. immediatè post sic exprimit: *ex quo sequitur quòd possibile est in casu stare C. motionem* Dei *ad A. producere B. & tamen Deum non velle efficaciter A. producere B. quamvis ista motione, sc. C. A. sit potens & sufficiens producere B. patet hoc ex propos. 1. præamb. Non stat tamen* Deum *velle B. elici* (attende velle dans agere) *ab A. C. mediante, & B. non elici.*

SECTIO II.

An D. Dionys. Carthusianus præmotione rejectâ Molinæ principijs adhæreat?

233. RESp. eum docere, Deum movere causas 2as. ad agendum; præviè; physicè; determinando effectivè; efficaciter; illæsâ libertate.

Prob.

Prob. 1. *p.* quia in 1. dist. 45. q. 2. §. *pro horum* habet: *Virtus inferioris agentis dependet à virtute agentis superioris, in quantùm agens superius dat ipsam virtutem inferiori agenti, vel conservat, seu applicat eam ad agendum.* En ponit tres modos, quibus Deus est causa actionis creaturæ. Nè autem dicas illam applicationem esse conservationem virtutis; id præcludit in 2. dist. 37. q. 1. sic refutans 4$^{um.}$ dictum Durandi dicentis quod actio causæ 2$^{æ.}$ non sit à Deo, nisi quatenùs conservat virtutem: *Nam & Deus influit, & imprimit in lib. arb. movens, & exercitans illud ad operandum, præsertim in meritoriis actibus.* Postea iterum: *ut Sancti & Catholici tradunt Doctores ad omnem meritorium actum exigitur ac necessaria est actualis motio Spiritus Sancti.* Adverte eum dicere hanc sententiam esse Sanctorum & Catholicorum Doctorum.

Prob. 2. *p.* quę ex jam dictis patet, cum influere & imprimere in causam, sit prævìè concurrere, quia concursus simultaneus, solùm est in effectum. Hoc tamen specialiter in 2. loco cit. ad 3$^{um.}$ dictum Durandi: *ut enim in Commentario lib. de causis asseritur, Causa universalis* 1$^{a.}$ *agit in causatum causæ* 2$^{æ.}$ *antequam agat in illud causa* 2$^{a.}$ *& ita per priùs attingit, & influit.* Hoc verò non potest esse, nisi quia priùs agit in causam.

Prob, 3. *p.* quia influxus, & impressio satis exprimunt realitatem. Interim patet ex lib. 2. loco cit. quia ibi expresse agit de motione ad actum

actum peccati, vt actus est, de quo vide ibi plura; atqui ad actum peccati non potest Deus movere moraliter, ergo Dionys. agit de motione physicâ.

Prob. 4. *p.* in 1. dist. 17. q. 1. habet ex Richardo: *hoc totum compositum ex voluntate & charitate, seu voluntas habitualiter amans, indiget excitari, determinari, & moveri à Sp.S. ad actum charitatis. quâ ad fælicitatem pertingitur.* Et in 1. dist. 40. q. 2. §. *in his*: habet: *Deus in seipso prædeterminavit, quibus, & quot daturus esset gratiam, & vsum ejus salubrem*; & quidem, vt ibi, *independenter ex temporali vsu bono creati lib. arb. & absolutè.* Dist. autem 45. q. 2. in fine, ostendit ex S. Bonaventurâ; quomodo causa vniversalis creata determinatur à causâ particulari ad specialem effectum, non autem causa vniversalis increata.

Prob. 5. *p.* quià in 1. dist. 47. q. 1. ait ex Ægidio: *dicere quod divina voluntas consequens absoluta non impleatur, non est aliud dicere, quàm quòd ipsa non existat omnipotens, nec possit movere voluntatem creatam, omnémque causam naturalem in omne quod placuerit ei; quod est directè contra rationem omnipotentiæ.* Audiant ex S. Bonav. & Ægidio, ij qui negant Deo motionem efficacem, hoc negare esse negare Deo omnipotentiam.

Vltimam p. habet ferè vbique, vide in 1. dist. 38. q. 2. & dist. 39. q. 3. A pluribus citandis ex Dion. pro præmotione abstineo, quia totus est in hác sententiâ, & legens loca cit. plura deprehendes,

prehendes, & non solùm Dion. sed antiquos omnes quos citat, nobis consentire.

Insuper in 2.dist.37.qui 1.docet ex antiquis Deum movere voluntatem ad actum peccati vt actus est; lege.q. istam & ibi deprehendes rationes, quibus id probamus, non esse novas.

234. Sed audi quomodo tradat Molinistarum principia, In 1.dist. prȩsertim 41. q. 1. docet prȩdestinationem non fieri ex prævisis meritis, nec reprobationem ex prȩvisis demeritis; & hoc probat ex ferè omnium antiquorum consensu. Et ex S.Bonav.id sic probat, & præcludit scientiam mediam Molinistarum. *Si Deus prædestinavit istum propter prævisionem, aut ergo propter prævisionem suorum malorum, aut indifferentium, aut bonorum; & constat quod non propter prævisionem indifferentium, aut malorum; sed bona nulla futura sunt in isto, nisi quæ Deus suâ voluntate in illo facturus est, ergo prævisio est propter voluntatem, non è converso*: vndè in 1.dist.38.q.1.probat ex Alexandro de Ales, B. Alberto, Vdalrico, D. Bonaventurâ, D. Thomâ, Richardo & Ægidio, scientiam Dei non esse causatam à rebus futuris, sedècontrà, & inducit præfatos explicantes Origenem dicentem oppositum.

Sed adhuc clariùs scientiam mediam præcludit in 1. dist. 41. q. 2. §. Cujus resp. *præscientia Dei non dependet ex rebus aut futuritione earum, sed è converso; vt patuit; nec aliquid est futurum, nisi ex prædispositione divinâ, loquendo de his quæ propriè sunt à Deo* (vt excludantur peccata.) *Ideo quamvis*

vis quædam futura possibile sit nunquam fuisse futura, loquendo de eis secundùm respectum & ordinem ad proprias causas, ac proximas; tamen loquendo de his per respectum ad præscientiam & providentiam Dei, non possunt non esse futura, prout ex Boëtio atque præhabitis innotescit.

A pluribus supersedeo, vide, si vis, plura in 1. dist. 17. q. 1. ad 2. & in 2. dist. 28. q. 1. 2. & 3. & dist. 38. & dist. 37. q. 1. & alibi de hâc materiâ, ex quibus habes quàm sincerè à Philal. citetur contrà nos & pro scientiâ mediâ, quæ dependet à futuritione rerum; eásque supponit futuras antè decretum.

Satisfit Philal.


235. Philal. n. 34. vult D. Dion. Carth. Molinæ favere & præmotioni contrariari, hoc vno, quia in 1. dist. 39. q. 2. concl. 3. habet: *Si humana voluntas inevitabiliter tenderet in finem per divinam providentiam tolleretur à lib. arb. conditio suæ naturæ.*

Resp. me mirari veteranum Theologum necdum distinguere inter, *infallibiliter*, & *inevitabiliter*. Quæ omnino sunt distinguenda, vt notavi cap. 1. sect. 1. ex Soncinate, & Fonsecâ. Thomistæ autem fatentur inevitabilitatem tollere libertatem non autem infallibilitatem; quibus proindè omninò consentit D. Dionys. Carth.

236. Num. 35. annectit Philal. *Hugonem Victorinum* in annot. ad Rom. cap. 9. q. 2. qui cùm non

non plus dicat, quàm suprà Driedo & Tapper, vacuum esset aliquid addere, nè tamen te fallat similitudo existentis in foveâ & accipientis manum extrahentis (quæ non potest esse omnimoda, sed solùm intendit quod ponens impedimentum non trahatur à gratiâ, qui autem non ponit, trahatur) vide articulatim explicatam in Driedone lib. de Captivit. & redempt. generis humani cap. 2. tract. 6. p. 2. quæ explicatio digna est quę legatur.

Deindè citat *Richardum Victorinum*, dicentem: *lib. arb. potest consentire & non consentire inspirationi divinæ, & similiter suggestioni diabolicæ.* Sed patet ex solâ comparatione eum loqui de gratiâ inefficaci, quæ fit per illustrationes & suasiones; quomodo etiam Diabolus nos movet; neque enim secundùm adversarios potest intelligi de gratiâ efficaci, sistendo in similitudine suggestionis diabolicæ, alias enim gratia, etiam congrua Molinistarum non esset efficax. Illos vero authores non legi, cùm enim solûm adeò levia ex illis potuerit Philal. colligere, signum est illos nobis prorsus consentire.



P SECTIO

SECTIO IIJ.

Utrum Argentinas præmotione rejectâ Molinæ consentiat?

237. AFfirmat Philal. quia in 1. dist. 40. q. 1. art. 3. §. *Restat*, ait, *quædam evenire necessariò, quædam contingenter: quia quædam entia procedunt immediatè ex causis determinatis, alia autem procedunt immediatè ex causis indeterminatis:* adeóque (addit Philal.) non ex prædeterminatis.

Jbid. ad 1. contrà Ciceron. *Contingentia nullam haben entitatem determinatam in suis causis proximis.* Quod falsum esset (ait Philal.) si causæ proximæ essent physicè prædeterminatæ.

Ad 1um. Resp. Philalethem non potuisse hoc obijcere, & sic inferre, nisi imponendo nos docere præmotionem omnino determinare, omnémque indeterminationem, & indifferentiam tollere, de quo supra cap. 1. sect. 2 Debet Philal. ex hujusmodi imposturis vbique procedere, alias non haberet quod nobis obijceret, nec pueros posset terrere. Cum verò dicamus prædeterminationem facere quòd voluntas se determinet, quomodò non relinqueret locum propriæ determinationi voluntatis? & si voluntas positâ suâmet determinatione adhuc est indeterminata & indifferens activè, & indifferentiâ

rentiâ actualitatis, aliàs non esset libera, quomodò non maneret activè indifferens positâ prædeterminatione?

Ad 2. Cum Molina velit Deum præscire futura conditionata in causis proximis supercomprehensis, patet quàm benè scientiam mediam Molinæ reijciat Argentinas, dum dicit contingentia non habere entitatem (consequenter neque veritatem) determinatam in causis proximis. Quàm malè autem subsumat Philal. prædeterminationem in causarum proximarum Cathegoriâ recludendo, adhuc sup. n. 65. notavimus.

238. Sed accipè quàm præmotioni consentiat Argentinas. Ibid. enim art 2. docet Deum impellere prædestinatos ad actus meritorios gloriæ; *Prædestinatio*, ait, *non dicit simplicem notitiam; quia implicat, sive includit divinum propositum cum sui efficaciâ ad miserendum & glorificandum. Et ideò licet mali non damnentur ex hoc, quod Deus eos impellat in culpam, seu ad culpam; tamen nulli boni salvantur, nisi Deus mediantè suâ gratiâ eos dirigat, & mittat, seu impellat ad gloriam*; impellendo sc. ad actus bonos, sicut negat teprobos à Deo impelli ad actus malos. Hinc autem etiam habes decretum ex se efficax; *Divinum propositum cum sui efficaciâ.* Jbid. dist. 39. fin. docet decretum determinans effectum quoad omnes circumstantias. *Quamvis*, ait, *scientia Dei sit immutabilis tamen quia est causa rerum mediante voluntate divinâ, quæ respectu omnium creabilium totaliter*

est libera, etiam libertate contradictionis, ideò mutabilis potest esse effectus, quia talis erit, qualem eum Deus vult esse, & tunc est quando eum divina voluntas esse determinavit. Hinc etiam habes quomodò illæsa maneat libertas nostræ voluntatis, ex eo quod voluntas DEI sit libera, & attingat omnes modos effectus, ita quod talis erit, qualem eum DEUS vult esse. Imò in 1. dist. 40. art. 3. ad 2. sic nil timet causam 1am. lædere libertatem, vt cùm Thomistis doceat, quod quamvis causa 1a esset necessaria, si 2a. sit contingens, effectus erit contingens.

Docet insuper Deum premovere ad actum peccati vt actus est. Sic lib. 2. dist. 37. art. 3. habet: *Omnis actus etiam deformis, consideratus vt aliquid in se includit entitatis positivæ, sic dependet à Deo in genere causæ efficientis. Quia si non, tunc necessariò oporteret dare vnum aliud 1um principium præter ipsum Deum, à quo tales entitates positivæ vltimatè dependerent, qui fuit error Manichæorum.* Vbi vides eum id probare ex principiis nostris, quia sc. aliàs essent ponenda duo 1a principia, vt Manichei posuerunt. Si ergo actus pendet à Deo in genere causæ efficientis, pendet per aliquem concursum priorem prioritate causalitatis: & cùm secundùm S. Thom. 1. 2. q. 80. art. 1. Nil directè sit causa alicujus actus, nisi per hoc quod proprium principium illius actus movet ad agendum; vt etiam ibi Cajet. Conrad. & alij: vult Argent. pendere per præmotionem.

SECTIO

SECTIO IV.

Utrum Greg. Ariminensis præmotioni adversetur?

239. AFfirmat Philal. quia in 2. dist. 28. q. 1. art. 2. ad 12 ait: *Ad productionem actus mali solùm 1° modo* (sc. coëfficiendo) *Deus concurrit, quia non facit voluntatem agere actum malum.* Et dist. 34. q. 1. art. 3. ad 8. concedit *Deum voluntariè coagere ad actum malum seu sequi determinationem voluntatis: quoniam ideo Deus, agit illum actum, quia eum voluntas agit; & non ideo quia Deus agit, ideo voluntas: & ideo magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in causando talem actum, quàm voluntas dicatur coagere Deo.* Idem, ait Philal. approbat Capreo. in 2. dist. 37. q. 1. art. 3.

Resp. 1° dato quod Arim. negaret præmotionem ad actum malum, contra Dialecticæ regulas concludere intendit Philal. eum præmotionem simpliciter negare; cum à non amplo ad amplum negativè mala sit consequentia.

2° quod loquatur de actu malo formaliter, & vt substat malitiæ. Illum autem non intelligi de actu peccati vt entitas est, & omnino præscindit à malitiâ, licet multis probari posset, hoc vno planè evinco.

240. Secundùm Arim. & omnes Catholicos Deus est 1a causa actus peccati vt entitas est, aliàs

est libera, etiam libertate contradictionis, ideò mutabilis potest esse effectus, quia talis erit, qualem eum Deus vult esse, & tunc est quando eum divina voluntas esse determinavit. Hinc etiam habes quomodò illæsa maneat libertas nostræ voluntatis, ex eo quod voluntas Dei sit libera, & attingat omnes modos effectus, ita quod talis erit, qualem eum Deus vult esse. Imò in 1. dist. 40. art. 3. ad 2. sic nil timet causam 1am. lædere libertatem, vt cùm Thomistis doceat, quod quamvis causa 1a esset necessaria, si 2a. sit contingens, effectus erit contingens.

Docet insuper Deum pręmovere ad actum peccati vt actus est. Sic lib. 2. dist. 37. art. 3. habet: *Omnis actus etiam deformis, consideratus vt aliquid in se includit entitatis positivæ, sic dependet à Deo in genere causæ efficientis. Quia si non, tunc necessariò oporteret dare vnum aliud 1um principium præter ipsum Deum, à quo tales entitates positivæ vltimatè dependerent, qui fuit error Manichæorum.* Vbi vides eum id probare ex principiis nostris, quia sc. aliàs essent ponenda duo 1a principia, vt Manichęi posuerunt. Si ergo actus pendet à Deo in genere causæ efficientis, pendet per aliquem concursum priorem prioritate causalitatis: & cùm secundùm S. Thom. 1. 2. q. 80. art. 1. Nil directè sit causa alicujus actus, nisi per hoc quod proprium principium illius actus movet ad agendum; vt etiam ibi Cajet. Conrad. & alij: vult Argent. pendere per præmotionem.

SECTIO

SECTIO IV.

Utrum Greg. Ariminensis præmotioni adverſetur?

239. AFfirmat Philal. quia in 2.diſt.28.q. 1.art.2.ad 12 ait: *Ad productionem actus mali ſolùm 1° modo* (ſc.coëfficiendo) *Deus concurrit, quia non facit voluntatem agere actum malum.* Et diſt. 34. q. 1. art. 3. ad 8.concedit *Deum voluntariè coagere ad actum malum ſeu ſequi determinationem voluntatis: quoniam ideo Deus, agit illum actum, qui eum voluntas agit; & non ideo quia Deus agit, ideo voluntas: & ideo magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in cauſando talem actum, quàm voluntas dicatur coagere Deo.* Idem, ait Philal. approbat Capreo.in 2.diſt.37.q.1.art.3.

Reſp.1° dato quod Arim.negaret præmotionem ad actum malum, contra Dialecticæ regulas concludere intendit Philal.eum præmotionem ſimpliciter negare: cum à non amplo ad amplum negativè mala ſit conſequentia.

2° quod loquatur de actu malo formaliter & vt ſubſtat malitiæ. Illum autem non intelligi de actu peccati vt entitas eſt, & omnino præſcindit à malitiâ, licet multis probari poſſet, hoc vno planè evinco.

240. Secundùm Arim. & omnes Catholicos Deus eſt 1ª cauſa actus peccati vt entitas eſt,

 aliàs

aliàs erunt duæ 1æ causæ entis:sed juxta Arim. Deus non potest esse 1a causa illius actionis vt entitas est, nisi præmoveat, seu faciat vt voluntas illam causet, ergo. Prob.min. quia in 1. „ dist. 45. art. 1, habet: [Præmitto quod per „ 1am causam intelligo efficientem causam, „ cujus non est alia efficiens causa. Alicujus „ autem causæ esse aliquam causam efficien- „ tem potest intelligi dupliciter: vno modo „ quod ejus sit alia causa quoad esse, seu quæ „ sibi sit causa vt sit. Alio modo quod ejus sit „ alia causa, quæ sibi sit causa quoad esse cau- „ sam, vel quæ sibi sit causa vt ipsa sit causa. „ Differentia horum sensuum patet: nam finis " qui, est causa illius causæ efficientis, non „ quidem vt sit, sed vt sit efficiens: & è con- „ tra efficiens est causa ipsi fini, non vt sit finis, „ sed vt sit: Similiter in eodem genere causali- „ tatis patet exemplum differentiæ hujus. „ Nam in causis moventibus essentialiter ordi- „ natis secundùm primum, medium, & vlti- „ mum juxta modum Philos. 8.phys.& 2.Me- „ taph. non semper 1a causa est causa 2æ vt „ ipsa sit, sed est sibi causa vt illa causet; quo- „ niam illa non causat nisi mota à causâ 1a] ergo causa 1a debet facere, & causare vt 2a causet, seu causa sit. Cum ergo juxta Arim. facere vt voluntas agat, sit præmovere eam ad agendum; sequitur quod cum Deus sit 1a causa respectu actus peccati vt actus est, voluntatem ad illum præmoveat.

Ex

Ex quo patet loca objecta non intelligi de actu peccati vt actus est, & præscindens à malitiâ, sed vt substat malitiæ. 1° autem loco dicit quod illum coëfficiat, quia ly *coëfficere* facit appellationem ad effectum, & non attingit defectum, quia non est effectibilis; sicque appellat super entitatem actus, non super malitiam quæ non est ab efficiente, sed deficiente voluntate. Hanc autem appellationem non dicit *facere agere*. 2° loco similiter loquitur, sc. quod actum illum cui deest rectitudo Deus efficiendo coagit voluntati, non enim non ponit in eo rectitudinem nisi quia voluntas ponit impedimentum deficiendo; ideoque magis dicitur Deus in ponendo actum cui deest rectitudo, coagere voluntati, quamvis in illo actu malitiam nullatenus attingat; quia ly *coëfficere* ratione suæ appellationis ab eâ præscindit: tamen respectu actus præcisè, & seclusâ omni connotatione & ordine ad malitiam, voluntas coagit Deo.

Hinc patet Capreolum posse istam doctrinam approbare; tamen ipse iudicat expedientiùs distinctè loqui, & expressiùs separando entitatem à malitiâ. *Sed apparet mihi*, addit ibid. *quod aliter potest meliùs dici, sc. quod quantùm ad omne positivum, quod est in actu voluntatis, actio voluntatis creatæ est posterior actione Dei in producendo quodlibet tale, quia nulla creatura agit nisi mota à Deo.* Vnde meritò Azorius Iesuita lib. 1. Inst. Moral. cap. 21. negat Arim. & Capreol. reijcere

præmotionem ad actum pecati vt actus est, benè autem vt malus est.

241. Restat modo ostendere Arim. docere præmotionem ad actus bonos, quod deduco ex
„ 1 loco â Philal truncatè relato. [Ad 12.
„ Dico, , ait, *Arim.* quod licet Deus frequen-
„ ter juuet hominem ad benè agendum per
„ aliquod habituale donum quod causat in ani-
„ mâ, non tamen tantùm sic juvat, sed etiam
„ juvat ipsum actum immediatè causando, &
„ ad ipsum immediatè movendo potentiam.
„ Unde homo habens gratiam etiam gratum
„ facientem, & aliud quodcùmque habituale
„ Dei donum, adhuc ad benè operandum indi-
„ get alio speciali auxilio Dei secundùm doc-
„ trinam B. Aug. in de nat. & grat. *&c* sic igi-
„ tur ad arg. dico quòd Deus juvat nos imme-
„ diatè ipsum actum efficiendo, & quòd non
„ ipse solus efficit actum, sed etiam voluntas
„ coefficit: sed vt jam tetigi, non solùm juvat
„ Deus ad bonum velle partialiter coefficien-
„ do; qui est modus communis quo concurrit
„ ad cujuslibet creati agentis quemlibet effec-
„ tum, vt in arg. dicebatur, sed etiam quodam
„ alio modo speciali; videlicet, faciendo ipsam
„ voluntatem partialiter concausare; ita quod
„ ipsa voluntas partialiter concausat applicata,
„ & quasi instrumentaliter mota à Deo, ad sic
„ partialiter causandum. In quâ tamen motio-
„ ne ipsa non necessitatur, sed instrumentum
„ Dei liberum existens, in cujus potestate est
sequi

„ sequi motionem 1^mi agentis, juvatur ita vt
„ agat, quod non sic adjuta nequaquam agere
„ potuisset. Ad productionem autem actus
„ mali (*hanc solam lineam objecit Philal.*) solùm
„ 1° modo Deus concurrit. quia non facit
„ voluntatem agere actum malum, sicut facit
„ eam agere actum bonum. Et hoc est illud
„ adjutorium Dei speciale, sine quo dicimus
„ nos nihil benè velle aut facere. Ista claiè
„ docet B. Aug. in de grat. & lib. arb. vltra med.
„ dicens sic: Certum est nos velle cum volu-
„ mus, sed ille facit vt velimus bonum, *&c.*
„ Certum est nos facere cum facimus, sed ille
„ facit vt faciamus præbendo vires efficacissi-
„ mas voluntati, *&c.* Quæ verba si benè
„ considerentur, patet eum distinguere du-
„ plicem Dei modum operandi circa bonum
„ velle nostrum: vnus est sibi proprius, in quo
„ voluntas nostra non cooperatur, vtpotè fa-
„ cere nos velle: ideo ait, vt ergo velimus,
„ sine nobis operatur: sine nobis, inquam, ope-
„ rantibus vt velimus: quia licet voluntas velit
„ & causet volitionem, non tamen facit se velle
„ aut causare volitionem: nec tamen quia Deus
„ facit, ideo ipsa non causat, sed potius ideo
„ causat. Et propterea ad illud excludendum
„ Aug in de correct. & grat. de filijs Dei, de
„ quibus ait Apost. quòd Sp. Dei aguntur, in-
„ quit; aguntur enim vt agant non vt ipsi ni-
„ hil agant. Alius modus est sibi & voluntati
„ communis, sc. causare volitionem; ideo ait:
Cum

„ Cum volumus nobiſcum operatur.

Ex quibus habes diſtinctiſſimè præmotionem, ſeu quod Deus nos moveat; præviè; phyſicè; efficaciter; illæsâ libertate. 1. p. patet, 2ª *prob.* tum quia dicit quod Deus faciat nos velle, ſed hoc eſt præviè concurrere; quia dicit quod *in hoc voluntas non cooperetur Deo*, cooperatur autem in ſimultaneo concurſu: hoc etiam ſupponit Philal. in 1mi loci objectione ſup. ergo. Tum ex notione 1æ cauſæ ſup. ex 1. diſt. 45 tum quia in 1. diſt. 40. q. 1. art. 2. ait, *quòd vocatio ſit effectrix bonæ voluntatis, & eam præcedat non è converſo. Prob.* 3. *p.* quia motio moralis nō *movet immediatè* voluntatē, ſed mediante objecto, & intellectu. *Prob* 4. *p.* aliàs non faceret nos velle, nec vocatio eſſet *effectrix*, nec daret *vires efficaciſſimas*, nec voluntatem juvaret *ita vt agat.* Prob. 5. p. *Jn quâ*, ait, *motione voluntas non neceſſitatur.*

Nota autem hîc quàm bonâ fide Philal. ex 40 circiter lineis vnam elegerit objiciendam, reliquis nobis planè faventibus ſuppreſſis.

Denique Arim. in 1. diſt. 40. q. 1. art. 2. docet prædeſtinationem non fieri ex præviſis meritis, nec reprobationem ex præviſis demeritis.

SECTIO V.

Vtrum Arragon præmotioni adverſetur?

242. AFfirmat Philal quia 2. 2. q. 24. a. 3. dub. 1. not. 2. de auxilio efficaci dicit:

cit: *Verissimè dicitur, quòd qui caret hujusmodi auxilio, ideo caret quia non vult se convertere: sicut verè dicitur quòd qui sedet caret concursu generali Dei ad currendum, quia currere non vult.*

Resp quod hoc etiam dicunt Thomistæ; & quod gratiam prӕmoventem non habeamus, quia eam nolumus ponendo ei impedimentum. Puto Philal. memet mihi ipsi objecturum, cum hucûsque idem continuò dixerim, & planè conformiter Arragoni 2.2. q.83. art.7. ad 2. vbi dicit Deum regulariter attrahere peccatores paulatim per motiones inefficaces; & morales, quibus si resistant, easque respuant, denegat vlteriorem & efficacem gratiam, quia ei ponunt impedimentum, & eam nolunt. Hoc autem regulariter.

243. Arrag. verò præmotionem docere fit planum ex Comment. ad illam q. 83. art.2. vbi ad 2. ex 1°. errore, resumit sic difficultatem argumenti: *Voluntas Dei est causa rerum, & ita efficax, vt impediri nullo modo possit, & est ab æterno determinata ad vnam partem contradictionis, ergo inevitabiliter, & infallibiliter & necessariò omnia evenient.* Et solutione Scoti (negantis cons. quia Deus liberé vult, & ejus libertas est radix contingentiæ) rejectâ, addit, vt scias eum non solùm de decreto, sed etiam de ejus executione & de præmotione loqui: *Quamvis causa cum movetur à Deo possit dici quòd operatur contingenter, quia potuit non moveri, & sic non operari: tamen nisi alia melior ratio assignetur, non potest dici quòd operatur*

tur

tur liberè; quoniam ſequitur motum cauſæ ſuperioris, cujus vim declinare non poteſt. Deinde dicit S. Thom. meliùs reſpondere reducendo contin-
„ gentiam in efficaciam ſuæ voluntatis. [Quæ
„ non ſolùm efficit id quod vult, ſed etiam, ef-
„ ficit vt eveniat eo modo quo vult. Vult au-
„ tem Deus vt quæ fiunt ipſo concurrente
„ cum cauſis liberis fiant liberè; & ita attem-
„ perat & accomodat vim atque efficaciam ſuæ
„ divinæ voluntatis ad hujuſmodi cauſas libe-
„ ras, vt infallibiliter ſequatur effectus volitus
„ à Deo, & tamen ſequatur ipſis cauſis 2[is] li-
„ berè, & non neceſſariò concurrentibus cum
„ Deo. Quod vtrumque explicat ſapiens Sap.
„ 8. quando dicit: attingit à fine vſque ad finem
„ fortiter & diſponit omnia ſuaviter. Fortiter,
„ inquit, propter efficaciam & infallibilitatem
„ divinę voluntatis; & ſuaviter, propterea
„ quod nullâ vi illatâ, ſed accomodando ſuam
„ efficaciam, & virtutem ad naturam cujuſque
„ cauſæ, id quod fieri vult perducit ad exitum
„ .... Atque hæc eſt D. Thom. ſententia, quæ
„ certè aut vera eſt, aut ad veritatem proximè
„ accedit. Qamvis nec iſta ſententia adferat
„ quietem animis noſtris. *Et relatis ijs quæ ha-*
„ *bet ſuper hoc Cajet. 1. p. q. 22. & 9. ad Rom.*
„ *addit.* Dicit Cajet. ſe ignorare, neque certò
„ poſſe ſciri, ſed eſſe de fide tenendum .... &
„ hæc ignorantia, inquit, quietat noſtrum
„ intellectum. Quod ego item verum
„ puto.

Ex

Ex quibus planum fit Arrag. pro præmotione ſtare motio enim *cujus vim cauſa* 2ª *declinare non poteſt*, potentiâ ſc. conſequenti; quæ eſt executio *voluntatis ita efficacis vt impediri nullo modo poſſit* eâdem potentiâ, & *ab æterno determinatæ ad vnam partem contradictionis*; & quæ ideo videtur tollere libertatem; & dicitur non tollere quia efficaciter facit rem cum ſuo modo, & voluntatem movet juxta modum ſuæ naturæ; cujus denique infallibilitatis cum libertate cohęrentia dicitur incomprehenſibilis & fide tenenda, neque hîc quietari intellectum niſi in ſuæ ignorantiæ confeſſione; illa, inquam, motio eſt concurſus pręvius efficax, nec poteſt vllo modo eſſe concurſus ſimultaneus indifferens Moliniſticus.

244. Molinę autem prorſus adverſatur; Tum quia reijcit ejus decreta indifferentia, dum vult Dei voluntatem eſſe *ab æterno determinatam*, &c. Tum quia art 2. ſup. dicit implicare contradictionem futura cognoſci in cauſis indifferentibus ad vtrumlibet, & dicit Deum illa cognoſcere phyſicè præſentia in æternitate: Molina autem vult ea cognoſci in cauſis indifferentibus ad vtrumlibet ſupercomprehenſis. Tum ibid. art. 7. in dub. ad vlt. arg. §. 2° *Nota*, dicit quod *Dei voluntas antecedens fertur in res ſecundùm ſe, & abſolutè conſideratas; voluntas verò conſequens fertur in res conſideratis omnibus ſuis circumſtantijs*. Et addit, *aliquid eſſe volitum voluntate antecedenti, cujus contrarium eſt volitum voluntate conſequenti, & è converſo*. Quod Molina & Moliniſtæ nolunt.

SECTIO

SECTIO VJ.

Utrum Alensis prædeterminationem reijciat?

245. AFfirmat Philal. quia 1. p. q. 40. (& non 4.) membro 4. ait: *Dicendum ergo quòd voluntas beneplaciti est respectu bonorum dupliciter, aut cum prædeterminatione, vt eorum quæ non sunt in potestate arbitrij; & hæc sunt alligata necessitati: aut sine prædeterminatione, & hoc modo est bonorum, quæ sunt in potestate arbitrij, sic enim vult illa bona, vt relinquat nostræ facultati & voluntati, non compellat*; &c.

Resp. eum sumere prædeterminationem pro impositione necessitatis, sicut Damasc. sumit, non autem pro decreto efficaciter præordinante, vel pro temporali ejus executione, quomodo ex condescendentiâ (quâ Philal. abutitur) à nobis sumitur, vt sup. monui cap. 1. Sect. 1. fin. Ut ergo mens Alensis circa concursum prævium pateat, nostra responsio tria complectitur.

Primum est quod sumat Alensis prædeterminationem pro impositione necessitatis. Pro quo notandum quod prædeterminatio sumi potest dupliciter; 1°. juxta rigorem vocis, pro impositione necessitatis quomodo à S. Damasceno vsurpari notat S. Th. 1. p. q. 23. a. 1. ad 1.

&

& 3. cont.gent.cap. 9.&c. 2°. pro decreto ęterno præordinante futura, vel pro temporali ejusdem executione, quomodo vtitur S.Th.quodl. 12. art. 4. dicens *à providentiâ Dei omnia esse prædeterminata.* Et alijs locis quæ videre potes apud Gonet tom. 3. disp. 8. a. 3. §. 5. imò Molina 1. p. q. 23. disp. 1. ad art. 1. & 2. ait *prædestinare* in sacrâ Scripturâ esse idem ac *prædeterminare.*. Dico ergo Alensem negare prædeterminationem 1°. modo sumptam, respectu bonorum; patet hoc planè ex verbis à Philal. objectis. Et hoc magis exprimit q. 26. memb. 4. art. 3. in quo quærit, vtrum providentia sit voluntariorum? Et contra suam concl. affirmantem, sic objicit ex Damasc. Deus non prædeterminat ea, quæ sunt in nobis, *sed omnia quæ sunt providentiæ prædeterminat, quia suum prævidere est prædeterminare, ergo.* Sic Resp. *Ad authoritatem Damasc. dic, quod ipsemet soluit dicens: non prædeterminat ea quæ sunt in nobis; quia non compellit ipsam virtutem, idest non cogit lib. arb. ad faciendum hoc vel illud.* Ubi vides quod non neget simpliciter prædeterminare, sed compellendo, & cogendo; cum autem loco objecto etiam referat illud Damasceni, & ex ipso respondeat, planum est quod sumat prædeterminationem 1°. modo.

246. *Secundum* est: quod Alensis non sumat ibi prædeterminationem pro decreto efficaci præordinante: & patet ex loco jam relato, si enim negaret prędeterminationē quovis modo sumptam, non explicaret, nec restringeret Damasc.

masc. ad cogentem, & imponentem necessitatem, sed absolutè negaret minorem: cum ergo restringat, censendus est eam alio modo sumptam, sc. 2 · admittere. Hoc planè expresserat q. 23. memb. 3. art. 4. ad 4. *Est quoddam*, ait, *immutabile secundùm causam superiorem, tamen mutabile est secundùm causam inferiorem. Ut si Deus prævidit me iturum Romam, secundùm causam superiorem est immutabile, secundum causam inferiorem est mutabile; cum Deus prævideritt, & disposuerit* (suum prævidere est prædeterminare, sup.) *quòd iste actus eliciatur à meâ voluntate non coactâ. Non sequitur ergo, hoc est immutabile secundùm causam superiorem, ergo est immutabile.* Audis Deum decernere seu disponere immutabiliter, quod iste actus eliciatur à meâ voluntate non coactâ, seu liberè? Illa autem dispositio habet rationem causalitatis efficientis, vt dicit q. 26. memb. 3. art. 3. §. *Solutio.* & præscientia etiam habet certitudinem ordinis, vt ait q. 24. memb. 4. ad 3. & tamen non necessitat, quia, vt dicit q. 26. memb. 7. art. 2. impletur mediante causâ 2^a. & juxta ejus modum.

Tertium est quod neque sumat Alensis prædeterminationem pro prævio concursu executivo hujus decreti; patet ex jam dictis, par enim est ratio decreti & suæ executionis. Deinde 1. p. q. 9. memb. 2. & q. 26. memb. 7. art. 2. dicit causam 1^am. plus influere quam 2^am. & quod hęc ab illâ habeat quod influat. Nec potest intelligi de influxu per continentiam aut conserva-

conservationem virtutis: quia q. 26. agit de influxu qui est effectus divinę providentiæ, sę vt ibid. dicit art. 1. fin. quando providentia sumitur propriè. *attribuitur ei gubernatio tantùm, & tunc etiam distinguitur virtus provisiva à conditivâ, & contentivâ.* Ergo ille influxus non pertinet ad vim conditivam vel conservativam. Denique 2. p. q. 100. memb. 3. a. 6. q. 3. probat *malam actionem in quantùm est actio, esse à Deo*, quia *si aliquid egreditur à nostro libero arb. hoc est secundùm quod recipit influentiam à Deo.* influxus autem in causam est prævius, & influxus receptus est realis. Postea probat ex Isaiæ 10. *Sennacherib dicitur instrumentum Dei in istâ ratione. actio autem magis attribuitur agenti per instrumentum, quàm instrumento.* Docet ergo concursum prævium.

Ista omnia confirmantur ex ejus discordiâ cum Molinâ. Docet enim sup. decretum in Deo habens certitudinem causalitatis & ordinis: quod ita Molinæ displicet 1. p. q. 22. a. 6. disp. 3. vt appellet errorem in fide; sed malè, & parùm humiliter. Insuper 1. p. q. 24. memb. 1. *Futurum in præscientiâ Dei, nihil aliud est, quàm idæa rei futuræ in Deo.* ergo futurum est ex determinatione causę, seu ex decreto. memb. autem 3. ait: *Res futura nullo modo est causa præscientiæ Dei, sive scientiæ ejus* Et conformiter explicat Origenem; proinde scientiam mediam destruit. Et memb. 2. ad 2. ait: *Scientia practica sive beneplaciti est causa rerum, sed non scientia simplicis notitiæ.* Et memb. 4. & 7. optimè explicat propositionem de dicto

Q &

& de re; & sensum compositum & divisum. Et q. 28. memb. 3. art. 1. docet prædestinationem & reprobationem non esse ex meritis.

SECTIO VII.

An S. Bonavent. præmotioni advérsetur?

247. AFfirmat Philal. quia in 2. dist. 37. a. 1. q. 4. ad vlt. habet: *Deus est principale movens in actione quæ est substrata peccato: attamen non sequitur ex hoc, quod excitet lib. arb. ad faciendum illam operationem; sed ibi est solùm cooperatio divinæ virtutis, non præventio.*

Resp. apertum esse Bonav. sumere preventionem pro gratiâ præveniente quę habet suasiones etiam adjunctas, & vt condividitur subsecutioni; sic enim solùm est ad actus bonos. Ad actum autem malum etiam vt actus est negat illam præventionem, & meritò solùm concedit cooperationem, quę est concursus generalis non pręsupponens excitationes, & quam malè Philal. supponit esse concursum simultaneum; vt obiter habes sup. cap. 1. sect. 3. fin. Ne autem hæc paterent, Philal. bonâ fide truncavit Bonav. qui sic format & solvit illud argum.

„ Si Deus cooperatur libero arb. in actione
„ quæ est substrata peccato . . . Deus movet
„ principaliùs. Si ergo motor principalis exci-
„ tat & movet motorem non principalem, vi-

detur

„ detur quod in operatione culpabili lib. arb.
„ excitetur à Deo; ergo cum adulter luxuria-
„ tur, & latro furatur, ad tales actiones à Deo
excitatur. Quod omnino absurdum est. *Sic Resp.* Ad illud quod objicitur, quod Deus est
„ principale movens in tali actione, dicendum
„ quòd verum est: attamen non sequitur ex
„ hoc quod excitet lib. arb. ad faciendam il-
„ lam operationem. Excitatio enim (*hæc sup-*
„ *pressit Philal.*) dicit aliquem effectum gratiæ
„ prævenientem ipsam voluntatem; hæc au-
„ tem requiritur in bonis meritorijs, in alijs
„ verò operibus indifferenti-us, vel etiam ma-
„ lis, non est nisi sola cooperatio divinæ virtu-
„ tis; quæ existens in creaturâ potentialiter,
„ essentialiter, & præsentialiter, sicut conser-
„ vat eam in essendo; sic adjuvat in operando:
„ propter quod conceditur ibi esse cooperatio,
„ non præventio vel subsecutio.

Ex quibus habes & bonam fidem Philal. & quæ jam dicebam. Imò quòd saltem doceat præmotionem ad actus bonos, volens nolens concedet Philal. Quia præventionem negatam ad actus malos, Bonav. statuit ad actus bonos: sed præventionem negatam ad actus malos, Philal. vult esse premotionem, ergo.

248. Sed audi quàm clarè Bonav. ibid. doceat præmotionem etiam ad actum malum vt actus est. Illius quæst. conclusio est hæc: *Omnis actio sive substrata peccato sive non, secundùm id quod est actio est à Deo*: quam sic probat. [Illud

„ oportet ponere si pensetur eminentia divi-
„ næ potentiæ, & indigentia potentiæ creatę.
„ Quia enim Deus est causa primordialissima,
„ ideo est influentiæ maximæ in causas 2as. &
„ adeo magnæ influentiæ, vt nec modicum,
„ seu quantumcumque parum (dum tamen
„ aliquo modo sit ens) procedat ab aliquâ cau-
„ sâ creatâ, nisi cooperante divinâ potentiâ.
„ Omnis etiam potentia creata quantùm est
„ de se, defectiva est, nec est purè activa, ergo
„ quantùmcumque faciat modicam operatio-
„ nem necessè habet adjuvari ab eâ potentiâ
„ quæ est actus purus.

Ubi S. Bonav. statuit *influentiam in causas 2as.* ex ratione 1æ causæ, & ex potentialitate causæ 2æ; sed concursus prævius statuitur à nobis eisdem rationibus, concursus verò indifferens non statuitur ab adversarijs eisdem rationibus, sed ex oppositis, ergo S. Bonav. ibi vult concursum prævium. Prob. min. quia Molinistæ concursum indifferentem statuunt ob causæ 2æ libertatem salvandam, fatenturque Deum illo concursu aliquo modo subordinatum causę 2æ consequenter alij assumunt illo lędi primitatem causæ 1æ. Insuper illum non statuunt ex potentialitate causæ 2æ. sed ex ejus activitate, sc. quia voluntas est potentia activa, se potest applicare ad agendum, &c. ergo.

Ibid. S. Bonav. dicit concedendas rationes ad 1. p. inductas; 1a. autem ratio assumit quod in actione substratâ peccato homo respectu

Dei

Dei sit instrumentum, serra & securis; quæ præmoventur à principali. 2ª assumit esse idem 1um principium eleemosinę ob vanam gloriam, & propter Deum, sed Philal. cogitur concedere Bon. docere Deum prævie concurrere ad actum bonum vt sup. n. 247. fin. ergo etiam debet concedere eum docere Deum præmovere ad actum malum vt actus est. 3ª. assumit de operatione miraculorum ob vanam gloriam, quæ debet esse à Deo præmovente, cum in eâ homo sit instrumentum physicum.

249. Denique S. Bon. docet Deum nos movere prævie ad agendum; physicè; flectendo efficaciter voluntatem ad quodcumque vult; illæsâ libertate ergo. *Prob.* 1. *p.* tum ex dictis; tum in 2. dist. 26. q. 6. ait; *respectu operis meritorij gratia est sicut principalis motrix. & voluntas sicut pedissequa* Postea: *Gratia non solùm operatur cum libero arb. sed etiam operatur in liberum arb. & liberum arb. movet*: influxus autem in causam est prævius. *Prob.* 2. *p.* tum quia ad entitatem actus mali non potest movere nisi physicè. Tum in 2. dist. 25. q. 5. *voluntas induci potest ab agente creato, mutari verò ab alio non potest nisi ab agente increato, cogi verò ab aliquo non potest.* Vbi plus dat Deo quàm inducere. *Prob.* 3. *p.* dist. 26. q. cit. vult concedi hanc rationem: *gratia se habet ad lib. arb. sicut sessor ad equum, sed sessor est motor equi, ergo*, vbi vult Bonav. quòd sicut sessor equum movet & flectit quocumque vult, ita gratia lib. arb. sic tamen quod cum equus cui insidet gratia sit li-

ber, liberè moveatur: Ut dist. 25. q. 5 cit. habet ad argg. *Quod dicitur in Scripturâ Deum voluntatem hominis compellere, & voluntatem hominis trahere, & voluntatem hominis ad quodcumque voluerit inclinare, sicut ostendunt illæ tres authoritates, hoc intelligitur, non quia voluntatem cogat, sed quia voluntatem creatam non solùm induit, sicut agens creatum, verùm etiam immutat immittendo affectiones varias.* Est post pauca: *Quia est obedientiæ perfectio, & lib. arb. respectu Dei ad omne quod Deus voluerit sic habet moveri sicut pila ad omnem partem, ideo quidquid de ipso vel circa ipsum faciat, non cõpellit, nec violentat.* Ultima autem *pars* patet ex jam dictis, & dist. 26. q. 6. cit. ad 1. arg. *Sed contra*, hanc dat rationem: *quia sic movetur à Deo, quod movetur etiam à seipsâ.* ergo.

250. Audi jam an sic faveat Molinæ. In 1. dist. 38. q. 2. docet Dei præscientiam non causari à rebus: & ad illud Orig. *quia aliquid est futurum ideo scitur à Deo*: dicit non esse verum secundùm rationem essendi, sed è contra: benè autem secundùm rationem inferendi, & rationem dicendi. Ibid. art. 2. q. 2. habet: *Divina cognitio non habet certitudinem à re, quia ab ipsâ nec causatur nec oritur.* Quæ destruunt scientiam mediam. Ibid. dist. 39. art. 2. q. 3 *Deus per ideas* (à decreto sc. determinatas) *cognoscit res futuras ita certitudinaliter, sicut si essent præsentes.* Dicit etiam quod eas cognoscat in suâ præsentialitate in æternitate.

SEC-

SECTIO VIIJ.

Utrum Aureol. præmotionem reijciat?

251. AFfirmat Philal. quia in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. propos. 1. habet: *Manifestum est quòd determinatio voluntatis divinæ non est causa contingentium futurorum saltem omnium; quia non est causa actuum qui eliciuntur à lib. arb. & maximè peccatorum, quia Deus non est author malorum.* Et addit non posse dici quòd determinet ad materiale peccati, quia etiam determinaret ad formale, sc. ad deformitatem inseparabilem ab actu odij Dei.

Resp. 1° ex his non potest deduci Aureolum reijcere præmotionem ad omnes actus, sed solùm ad actus malos; & quidem neque ad hos vt actus sunt præcisè, & in lineâ physicâ; sed vt formaliter substant malitiæ, & initiativè spectant ad lineam moralem, solùm enim ab actu Dei sic considerato est inseparabilis malitia, vt docet S. Th. q. 3. de malo art. 2. ad 2. & alibi. Hoc autem non conciliat Aureol. Molinæ in materiâ gratiæ & actuum bonorum.

Resp. 2° quod Aureolus non negat determinationem Dei esse causam futurorum contingentium, sed *determinationem voluntatis divinæ* quia sc. quod nos tribuimus determinationi voluntatis, ipse tribuit determinationi divinæ

scientiæ practicæ: vt patet dist. 35 p. 4. art. 4. ad 3 inquis. vbi habet: *Causalitas scientiæ operativæ consistit in hoc quod coagit potentiæ executivæ per modum determinãtis, unde determinatio effectus attribuitur sibi.* A quo non ita elongamur dum volumus Deum operari omnia per actum imperij, qui est actus scientiæ operativæ præsupponens tamen actum voluntatis.

Quod autem non neget premotionem patet ex dist. 17. art 3. prop. 1. vbi sic probat nos ad benè agendum egere mòtione Sp. S. *Philos. in lib. de fortunâ bonâ dicit, quòd homo agitur à Deo, vel à causâ superiori ad actus illos, quibus dicitur benè fortunatus & fælix: sed non sunt actus aliqui ad quos debeat homo magis agi à Deo, & à superiori causâ moveri, quàm actus meritorij* &c Et postea: *Ad actus illos quibus homo meretur filiationem divinam agitur & movetur à Sp. S. dicit enim Apost. ad Rom. 8. quòd à Sp. Dei moventur ij, qui filij Dei sunt.* Postea dicit quod vt actus voluntatis sit rectus, *vel oportet habere in se voluntatem divinam, si debeatur elici actus dilectionis gratuitæ erga Deum, vel saltem, aliquid regulans & impellens secundùm nutum ipsius; voluntas autem non potest esse in nobis, cum sit subsistens, & id quod Deus; ergo necesse est ut à divinâ voluntate derivetur influxus aliquis dirigens & impellens ad actum dilectionis.* Nil expressiùs pro præmotione.

Hujus autem rationem supponit dist. 42. ar. 2. propos. 4. dum sic probat Deum semper actu agere: *Omne quod est in potentiâ ad agere, necessariò indiget*

indiget extrahente aut essentiali aut accidentali: voluntas autem creata est in potentiâ ad agere.

SECTIO IX.

Utrum Ocham & Delphinus adversentur præmotioni?

252. HOc de Ocham affirmat Philal. quia in 1. dist 38. q. vnicâ negat Deum præscire futuros actus nostros, in determinatione suæ voluntatis; quia ex illâ vel sequeretur necessariò determinatio nostræ voluntatis vel non; si 1um voluntas creata non habebit in potestate suâ non agere, si 2um cognitio non erit certa. Hunc discursum, ait Philal, approbat Greg. Arim. in 1. dist. 38. 2° Ibid. habet Ocham: *voluntas creata cessare potest ab actu causandi se solâ, quantumcumque nullum prædictorum desit.* inter quę ponit *Deum volentem coagere.*

Resp. 1° quod Ocham non agat ibi planè resolutivè; sic enim fatetur: *Firmiter tenendum est quòd Deus evidenter cognoscit omnia futura contingentia, sed modum exprimere nescio*: & postea: *Ipsa divina essentia est quædam cognitio & notitia, quâ non tantùm scitur verum necessarium, & contingens de præsenti, sed etiam scitur quæ pars contradictionis erit vera, & quæ erit falsa: & hoc fortè non est propter determinationem suæ voluntatis.* Ubi nota præsertim ly, *fortè.*

253. Resp

253. Resp. 2° illum non negare determinationẽ divinæ voluntatis liberè causare determinatione nostræ; sed hoc supposito negare juxta sua principia illam non esse medium infallibiliter cognoscendi futura. Utrumque ostendo, 1um quidem colligo 1° ex Corduba sect. seq. suppos. 1. vbi sententiam Gabr. & Ocham referens dicit eos velle Deum cognoscere futura in essentiâ suâ vt est notitia intuitiva, *modò sit determinatio suæ divinæ voluntatis in quocumque signo ante vel post futura. modò sit æternitas, vel idea, vel aliud quodcumque.* Ergo illã determinationem non excludit Ocham. Cum enim essentia divina non sit essentialiter & necessariò notitia futurorum contingentium, sed solùm supposito quòd sint futura, debet supponere id à quo sunt futura sc. determinationem divinæ voluntatis, vel aliud quodcumque. Hoc etiam clarè Ocham dum hîc dicit: *& hoc fortè non est propter determinationem suæ voluntatis, sed etiam posito per impossibile, quòd, ipsâ divinâ cognitione existente tam perfectâ sicut modo est, non esset causa effectiva nec totaliter, nec partialiter effectuum contingentium, adhuc esset notitia, quâ evidenter sciretur à Deo, quæ pars contradictionis erit falsa, & quæ erit vera.* Ubi vides quòd sit impossibile divinam cognitionem esse tam perfectam ac modò est, & non esse determinationem divinę voluntatis; & quòd sit impossibile, quòd determinatio divinę voluntatis non sit causa effectiva futurorum contingentium, vel totaliter respectu eorũ quæ sc solo,

vel

vel partialiter partialitate causæ respectu eorum quæ nobiscum facit, vt facit actus nostros.

Secundùm etiam ostendo; quia Ocham vult quod actus Dei liber possit potentiâ consequenti non esse, imò & nunquam fuisse, & hoc latè deducit ibid. Ex hoc jam benè arguit ibi contra Scotum ponentem libertatem voluntatis Dei esse radicem libertatis nostræ: Si determinatio voluntatis Dei causat liberè determinationem meam ipsa est actus liber Dei, ergo potest potentiâ consequenti non esse, & tamen ipsâ sic mutatâ adhuc manet in Deo certa cognitio futurorum, ergo ad hoc sciendùm *non sufficit determinatio voluntatis divinæ.*

Itaque Ocham non dissentit à nobis in efficaciâ determinationis divinæ voluntatis, sed in ejus immutabilitate, ex quâ solâ negatâ infert determinationem voluntatis Dei non esse medium infallibiliter cognoscendi futura. Quod etiam patet ex eo quòd, vt dicit Philal. Greg. Arim. illum Ocham discursum approbet: Arim. enim planè docet determinationem divinæ voluntatis causare determinationem nostræ voluntatis, vt sup. ostendi.

Ad 2. si Philal. vult eum loqui de voluntate Dei antecedente aut inefficaci, nil ad rem: si de efficaci & consequenti, & ei stante velit voluntatem posse non agere potentiâ antecedenti, convenimus, si potentiâ consequenti, injurius est in Ocham, dicente Scripturâ, *voluntati ejus quis resistet?*

Delphinum

254. *Delphinum* etiam opponit quia lib. 4. de lib. arb §. *Probatur*, habet: *Causas quæ secundùm electionem agunt, sic movet Deus, vt eas minimè determinet ad vnum, sed ipsæ à Deo motæ ad aliquam partem contradictionis pro libito suo se determinant: alioquin si determinarentur aliunde, jam non agerent secundùm judicium, propositum & electionem.*

Resp. Delphinum (quem necdum videre potui) sumere determinationem pro impositione necessitatis, vide sup. n. 245. & determinatione naturali & totali, qualis est in rebus naturalibus; non autem negat determinationem effectivam, & quâ efficitur vt se determinet, imò eam supponit prærequiri dum dicit, *ipsæ à Deo motæ se determinant*: cum enim illa motio ea sit ex quâ Calvinus, contra quem agit Delph. inferebat lib. arb. totaliter determinari & necessitari, illa motio est determinatio effectiva; cúmque eam admittat Delph. & meritò reprobet Calvini illatum; nobis planè hîc consentit Delphinus.

SECTIO X.

Utrum Anton. Corduba præmotione rejectâ Molinæ consentiat?

255. AFfirmat Philal. quia l. 1. Quæstionarij, q. 55. dub. 8. propè vlt. opin. Gabrielis & Ocham, ait: *Priùs ordine naturæ determi-*

determinatur divina voluntas à nostrâ voluntate, quàm ipsa se determinet ad volendum, & concurrendum cum nostrâ voluntate: ad productionem talis effectus.

Et dub. 10. resp. 5. *Vbi conceditur quòd divina voluntas ejusque concursus est causa prævia in causando; quodque eâ stante, jam nostra voluntas quamvis necessitate consequentiæ, necessariò producit suum actum, ita quòd tunc non potest, nec potuit non producere, nec tollere causam necessitantem, id est concursum illum, ergo jam semper necessitatur à causâ extrinsecâ, sc. à Dei voluntate sine concursu*, &c.

Mirare, Lector, Philal. sinceritatem, qui neglectis omnibus quibus Corduba præmotioni subscribit, colligit, & obijcit replicas quas Corduba non probat, sed sunt cujusdam opinionis, quam dicit erroneam. Ut hæc ordinatè pateant; Dico 1°. Cordubam non approbare illas replicas. 2° quòd formentur ex sententiâ quam dicit erroneam. 3° quod Corduba ijsdem locis præmotioni clarè subscribat. 4°. quod Molinistarum principijs vbiquè dissentiat.

Ad hęc *suppono* 1. eũ ibi dub. 8. quærere in quo medio Deus certò sciat futura? & resp. admittendo circa hoc quatuor opiniones probabiles, etsi magis adhæreat opinioni Scoti. Conclusio ergo sua est: *Resp. in hoc est quadruplex opinio.* 1ª. dicit quod Deus certò sciat futura in ideis; 2ª. in æternitate; 3ª in determinatione suæ voluntatis, & hanc dicit esse Scoti; & objectis contra

contra illam & solutis verbis Ocham sup. à Philal. nobis etiam objectis, replicat verbis hîc à Philal. 1° loco citatis & monet illam replicam latiùs explicandam dub. 19. fin. 4ª opinio Gabr. & Ocham dicit ea videri in essentiâ divinâ vt est notitia intuitiva, *modo sit determinatio suæ divinæ voluntatis in quocumque signo ante vel post futura, modò sit æternitas, vel idæa, vel aliud quodcumquè.*

Suppono 2. argumenta contra illas opiniones objecta, & quæ nullam ex eis probant, non posse censeri à Cord. approbata, maximè quæ obijciuntur contra opinionem Scoti *Prob.* 1 *p.* quia illas opiniones habet pro conclusione, sicque nullam reprobare potest; sed eas reprobaret si talia argumenta approbaret, ergo. *Prob.* 2. *p.* 1° quia non debet leviter censeri reprobare opinionem sui magistri, quam specialiter hîc defendit. 2° dub. 4 rejectâ vt erroneâ opinione ex quâ procedunt illæ replicæ, dicit opinionem Scoti esse communem; quis autem censeat eum istas replicas approbare, vt communem & sui Magistri opinionem repudiet? His suppositis.

Prob. 1um *Dictum.* Quia replicæ contra aliquam istarum 4. opinionum, formatæ ex aliâ opinione, quam dicit erroneam, & oppositam opinioni Scoti in eo in quo hanc dicit communem, non sunt approbatæ à Cordub. sed ea quæ obijcit Philal. sunt hujusmodi, vt patebit, ergo.

256.

256. *Prob.* 2um. *Dictum.* Illæ replicæ procedunt ex sententiâ quæ vult nostras voluntates non determinari à divinâ voluntate sed è contra divinam voluntatem à nostrâ determinari: sed Corduba dicit istam sententiam esse erroneam, ergo illæ replicæ procedunt ex sententiâ quam Corduba dicit erroneam. *Prob. maj.* procedunt ex sententiâ quam Cord. refert dub. 10. resp. 6. sed opinio illa responsf. 6. explicata negat Dei concursum determinare nostras voluntates, & affirmat illum à nobis determinari, vt videre est, ergo, *maj. ista prob.* in 1â. replicâ à Philal. 1o loco citatâ, se remittit ad dub. 10. fin. illo autem dub. 10. positâ 5o loco responsf. P. Soto quòd sc. stante Dei determinante concursu voluntas nostra aget necessariò necessitate consequentię, non consequentis, replicat verbis à Philal. 2o loco citatis & objectis; postea sic addit: *Ideo tandem* 6. *Resp.* &c. ergo illæ replicæ procedunt ex opin. illâ 6â. resp. expressâ: cum juxta illas dicat se ponere 6 resp.

Min. autem prob. quia dub. 5. ibid. in 2. dicto 1æ opinionis quærens an cum necessitate 1æ causæ stare possit libertas? dicit; *Hoc pendet ex aliâ quæst. quomodo Deus concurrat cum causis 2is ad suas operationes. Nam si teneatur opinio erronea Durandi in* 2. *dist.* 1. &c. *Si autem teneatur aliorum opinio æquè aut magis erronea, quòd Deus immediatè quidem concurrit ad nostras operationes, sed insufficienter, ita videlicet quod illos effectus causæ 2æ ipse solus producere non potest; sicut neque objectum cognitum sine voluntate,*

voluntate, &c. Sed hæc posterior sententia ponebat Dei concursum non determinare nos, sed à nobis determinari, ergo sententiam docentem Dei concursum à nobis determinari, censet erroneam. *Prob. min.* 1° quia ibi Corduba ait Scotum *cum Doctoribus communiter* supponere oppositum, sc. quod Deus concurrat cum causis. 2is. efficaciter eas movendo & determinando ad agendum, vt patet ibi, & vide in principio 3i dicti inf. sed Scotus & alij non supponerent oppositum illius opinionis nisi illa diceret Dei concursum non determinare nos, sed è contra, ergo *Secundo*: Corduba ibid. §. *Sed certè*, hoc in terminis exprimit licet non rectè intelligens Cajetanum de modificatione & determinatione effectivâ, cum solùm loquatur de materiali, vt post dicetur: *Ista resp. Cajetani*, ait, *non satisfacit, quia solùm procedit de causa 1a. aut superiori movente insufficienter, quæ sc. ipsa sola sine causâ 2a non sufficit ejus effectum producere: quia tunc modificatur secundùm naturam ejus, vt sol & cælum, & objectum cognitum*, &c. *de quâ & dicit Scotus, quod si necessariò ageret, & sufficienter, non posset impediri, neque modificari ab inferiori causâ 2a* Vndè 1æ. causæ sufficienter moventis concursus non determinatur nec modificatur à causâ 2a. determinatur autem & modificatur si insufficienter & inefficaciter moveat, ergo cum illa opinio dicat Deum insufficienter movere, vult ejus concursum determinari à causâ 2a vt magis explicat dub. 10. in illâ 6. Resp. vtens etiam

etiam eodem exemplo solis, & cæli, &c. *Tertiò* Molina hoc fatetur 1.p. q.14. art.13. disp.9. vbi vacillat in resolvendo an Corduba hic censuret suam sententiam; producto enim quod fortè censuret errorem Petri Abailardi, habet: *At longè aliud videtur velle; nempè concursum vniversalem, quo Deus cum causis 2is reipsâ concurrit...... esse efficacem tum ad producendos sine causis 2is illo eodem influxu eosdem effectus, quos mediantibus causis 2is producit. Tum etiam vt movendo eo influxu causas 2as eas efficere secum faciat eosdem effectus. Quare erroris damnare videtur, quæ nos de concursu generali Dei satis dilucidè hactenus ostendimus.* Si ergo censuraret opinionem Molinæ, vt vult Molina ipse, circa concursum generalem Dei, censuraret opinionem volentem Dei concursum à nobis determinari, quòd si esset, me non haberet Corduba censuræ suæ socium, sed solùm relatorem, & quantùm exigit Philal. refutatio. Jmò licet Molina vices rependat, & ibid. opinionem Cordubæ errorem vocet, &c. ego tamen reor illam opinionem à Cord. censuratam, non ex omni parte coincidere cum opinione Molinæ: cum illa opinio, vt explicat eam Cord. dub.10. in 6. resp. velit Dei concursum à nobis determinari etiam ad individuum, quod nolunt Molinistæ: vnde etiam Molina ipse sup. in eâ aliqua reprehendit.

Sed dicet Philal. si Corduba illam opinionem æstimaret erroneam ex eâ non formaret sextam resp. dub. 10. ergo. *Resp.* neg. ant. cum ibid. etiam

1° respondeat ex opinione Durandi, quam dub. 4. etiam dixerat erroneam: profert enim omnium etiam opinionum errronearum responsiones, vt sic veritas magis elucescat.
Prob. 3. *Dictũ*, dub. 4. cit. supponit cũ Doctoribus communiter, Deũ etiã virtute influxâ, seu virtuoso influxu movere sufficienter seu efficaciter voluntatẽ, vt sup. explicat Molina, & sic probat ex Scoto ad contingentiam requiri libertatem 1ª causæ. 1° *Quia si causa 2ª movetur à 1ª immediatè & sufficienter, sicque sola 1ª sufficit agere, & 2ª non sine 1ª ergo si 1ª necessariò agit vel movet, sequitur quod etiam 2ª necessariò movetur & agit. Prob. cons.* 1°. *quia omnis causa quæ movet in quantùm mota, si necessariò movetur, necessariò movet: sed omnis causa 2ª etiam voluntas hominis movet seu agit in quantùm mota à causa 1ª sc. à Deo, quia sine eo nihil agere potest etiam secundùm Philosophos, ergo si necessariò movetur à Deo, necessariò quoque movet seipsam & agit*, &c.
2° *Prob. idem. Quia causa prior priùs naturaliter & simpliciter respicit effectum, quàm causa 2ª posterior: quia sicut est prior & non solùm principalior in essendo, ita & in causando, cum ejus virtute causa 2ª agat, ergo*, &c. Et addit: *Ita tenet Scotus vbi sup. & Gabriel, Medina, & alij*, aitque Lychetum optimè defendere illas rationes Scoti.
258. Jbid. dub. 8. docet ex Scoto Deum cognoscere futura contingentia in decreto inferente eorum futuritionem, non ante illud: *Ad sui judicij determinationem*, ait, *divinus intellectus*

tus expectat determinationem suæ divinæ voluntatis. Quod magis declaratur ponendo tria signa syncathegorematicè, aut præsuppositionis secundùm ordinem naturæ, vt ponit Scotus. Nam in 1° signo intellectus divinus offert suæ voluntati terminos simplices, quorum vnio est contingens; aut offert quamdam complexionem eorum neutram, id est, nec veram nec falsam. In 2° signo voluntas divina talem complexionem determinat ad alteram partem contradictionis volens hoc esse pro aliquo nunc in re ad extra, vel nihil determinat neque vult. In 3°. signo divinus intellectus respicit divinam voluntatem efficacem, non impedibilem. & immutabilem, jam determinatam, & ita cognoscit illam partem contradictionis esse veram. Quòd si tunc videt divinam voluntatem ad nihil determinatam, jam tunc cognoscit id non velle neque fore. Et ratio quare intellectus priusquam voluntas se determinet, nescit contingens fore, est quia tale contingens pendet à divinâ voluntate, vt sup. dub. 4. habetur. Ibid. postea ad 2. habet: *potest dici quod divina voluntas positivè non vult peccatum quoad formale, benè tamen quoad materiale ipsius, ad quod concurrit cum hominis voluntate: permissivè autem vel negativè vult etiam formale peccati dum non impedit illud vt potest. Ita etiam divinus intellectus ex determinatione divinæ voluntatis cognoscit directè & determinatè peccatum illud quoad materiale: indirectè autem quoad formale, dum videt actum illum carere debitâ rectitudine, aut esse, aut fore contra legem.*

Ibid. dub. 10. contra 2^am. resp. *Benèstat quod Deus concurrat per velle efficax, & liberè cum nostrâ*

voluntate liberè & contingenter volente: quamvis necessitate consequentiæ necessariò vult quando vult, uti sup. dub. 9. & in hoc dub. paulo inf. & dub. 11. latius habetur. Et cont. 4^{am} resp. sic probat Dei concursum esse prævium, & non solùm concomitantem. *Quia causa 1ª est prior quam causa 2ª non solùm in essendo, sed etiam in causando; quia ab illâ habet hæc causa 2ª esse & operari; & illa dat virtutem, & influit, & movet 2^{am} ad operandum,* &c. & ait quod B. Thomas, Caj. Uega, Scotus, Lychetus, *Doctoréſque communiter consentiunt.* Ibid. dub. 11. circa finem: *Prædestinatio ex parte Dei est certa & infallibilis, & immutabilis, & inevitabilis, id est non impedibilis ab alio: cum quo stat quod non est absolutè necessaria; quodque prædestinatus contingenter vel evitabiliter, id est mutabiliter ex parte suâ salvabitur.*

259. Ex quibus evidens est Cordubam præmotionem docere. Unde ipsemet Molina præter relata sup. in prob. 2^{i} dicti fin. loco ibid. cit. sic fatetur malè tamen arguens Cordubam falsitatis: *Ex eisdem præterea intelligitur falsam esse opinionem Anton. Cordub. lib. 1. qq. Theol. q. 55. dub. 4. & 10. asserentis concursum Dei universalem non solùm esse influxum in causas ipsas agentes, quo motæ, & applicatæ ad gendum operentur, sed etiam esse influxum efficacem & sufficientem,* &c.

260. *Dictum* 4um patet, tum ex confessione Molinæ; tum quia dub 8. sup. dicit futura contingentia non esse certò cognoscibilia ante decretum, & propositiones de eis formatas esse neutras,

neutras, seu nec veras nec falsas & dub. 10. §. *Si ad hoc*, dicit cum S. Thom. 1. p.q. 14. scientiam visionis esse causam rerum infallibilem, q. autem 56. præclarè docet & distinctè explicat maximè in 5ª opinione prædestinationem fieri antè prævisa merita; & reprobationem antè prævisa demerita & in fine illius quæst. habet: *Itaque in hâc 5ª opin. superiùs declaratâ, Doctores communiter cum B. Th & Scoto consonant.*

Iudica, Lector, quæ fides sit habenda Phil. qui virum Molinistis vbique dissentientem, nobis vbique consentientem, apertè docentem præmotionem, & eam esse communem Doctorum sententiam asserentem, judicantem sententiam Molinæ de concursu indifferenti (vt vult Molina, non ego) esse erroneam, audet nobis opponere ex collectis replicis quas sibi formavit Corduba ex opinione quam censet erroneam.

SECTIO XJ.

Utrum Scotus præmotione oejectâ Molinæ consentiat?

261. DIco Scotum docere præmotionē. Nota tamen me hîc abstrahere an doceat physicam seu realem, vel moralem consistentem in decreto & determinatione voluntatis divinæ, inferente determinationem vo-

luntatis nostræ: licet enim Molina & Fonseca videantur ei tribuere physicam, nec sine fundamento, tamen ei communiùs tribuitur moralis; quæ proposito meo sufficit, cum Molinæ non possit cohærere, & nobiscum in substantiâ conveniat, & in solò modo discordet.

Prob. ex relatis sup. n. 257, & 258, quæ Corduba dicit esse Scoti: ea enim sunt adeo clara, vt alia superfluerent. Maximè cum primi premotionis hostes Molina & Fonseca, & alij hoc fateantur, Molina enim hoc fatetur & non sine verborum amarulentiâ. 1. p. q. 14 art. 13. disp. 9. post illa quæ n. 256. retulimus dicens: *Fateor sententiam Anton. Cordub. quorumdam esse Nominalium & eamdem re docere, aut potius affirmare Scotum juxta ea quæ disp, 1ª. ex ipsius sententiâ referemus. At planè ea est, quæ multis erroribus ansam præbuit.* Et disp. 11. relatis ex Scoto ijs quæ retuli sup. num. 257. addit: *Sententia hæc Scoti his tantùm videtur niti fundamentis. Nēpe concursum Dei generalem cum causis 2is esse influxum non immediatè in effectū causarum 2ium. sed in ipsasmet causas, quo à Deo moveantur, & applicentur ad producendum suos effectus. Influxúmque illum causam esse efficacem necessitatem imponentem* (in hoc ipse imponit Scoto) *causis 2is. etiam voluntati humanæ ad operandum,* &c. *plusquam periculosam existimo sententiam hanc Scoti ita explicatam.* Tamen addit quod Scotus in 4. dist. 1. q. 1. vt 2° loco etiam obijcit Philal. inf. videatur sibi consentire; sed meritò non asserit, sed solùm dicit, *videri*; vt patebit. Disp.

autem

autem 13. iterum audet : *Ex dictis disp.* 11. *&* 12. *& alijs arbitror satis esse manifestum, sententiam hanc Scoti plusquam periculosam esse in fide.* Hæc est Molinæ reverentia in Scotum, eandem autem sententiam sic concedit Scoti discipulis disp. 11. in princip. *In eodem sensu eam defendunt Ant. Cordub. l. 1. qq. Theol. q. 55. dub. 4. Lychetus, & alij discipuli Scoti.*

262. Fonseca lib. 6. Metaph. q. 4. sect. 6. etiam fatetur Scotum docere *Deum in solis actibus suæ voluntatis determinativis causarum* 2^arum *ad sua effecta, certò scire omnia futura, ut futura sunt: quod ex eo probat; quia nulla causa* 2^a *operatur quidquam nisi determinetur à* 1^a *ad certum effectum, cum non moveat nisi mota, ut docet Arist. Nec, quod perindè est, quidquam agat, nisi agatur. Itaque intelligit Scotus nomine actuum divinæ voluntatis, eos actus, quibus Deus non solùm se ab æterno determinavit ad concurrendum cum omnibus causis* 2^is *ad effecta earum futura, sed etiam ad eas determinandas in tempore ad ejusmodi effecta; & quidem cum voluntatibus creatis ad bonos actus quoad eorum substantiam, & bonitatem, ad malos autem quoad eorum substantiam, non quoad eorum malitiam.* Et idem universaliùs concedit de Scotistis quàm de Thomistis. *Quod verò*, ait, *pro defensione hujus sententiæ & à Scoti Sectatoribus, & à quibusdam doctrinæ D. Thom. studiosis afferri solet de sensu composito & diviso*, &c. Et tandem addit verisimile esse Scotum hoc retractasse; sed hoc est ridiculum; & mirum esset Scoti Sectatores (quos illi sententiæ concedit)

 sic

ſic caligaſſe vt ad Magiſtri ſui retractationem dignoſcendam lucem Fonſecæ expectarint. Scholæ illius ſubtilitas hoc non patitur: & idipſum Scotum docere fatetur Amicus diſp. 14. de volunt. Dei ſect. 5. & alij Moliniſtæ communiter, & Ieſuitæ ipſi idipſum hîc ſolent dictare diſcipulis.

Satisfit Philal.

263. Philal. Scotum objicit 1°. quia in 2. diſt. 25. q. 1. dicit: *Quod contingenter, hoc eſt, evitabiliter evenit, non evenit à causâ determinatâ; quia pro eo inſtanti quo eſt ſic determinata, effectus non poteſt evenire contingenter*, &c.

Reſp. planum eſſe eum loqui de determinatione formali & totali, qualis eſt in rebus naturalibus, non autem de effectivâ: quia loquitur de determinatione quæ non compatitur vt voluntas ſe determinet, ſed determinatio effectiva hoc compatitur imò facit, ergo. Vnde lib. 4. diſt. 49 habet: *Contra naturam voluntatis eſt determinari à causâ inferiori. quia tunc ipſa non eſſet ſuperior: non eſt autem contra naturam ejus determinari à causâ ſuperiori, quia cum hoc ſtat quòd ſit cauſa in ſuo ordine.*

Objicit 2. quia in 4. diſt. 1. q. 1. habet: *Ex hoc patet quod cauſæ 1æ. in 2am propriè dictam quando ſimul agunt non eſt influentia nova, quæ ſit creatio alicujus rei inhærentis cauſæ. 2æ. ſed influentia ibi eſt determinatus ordo iſtarum cauſarum in agendo communem*

munem effectum. Et dist. 43. q. 3. dicit: *Influentia illa non est aliquid absolutum receptum in causa* 2ª.

Resp. 1° hoc non probare Scotum non docere præmotionem moralem, quod mihi sufficit. 2° neque hoc nobis discordare, seu motioni physicæ, cum eam nolimus esse productionem alicujus creati inhærentis causæ. 2 neque esse aliquid absolutum; sed ipsammet esse motionem inherentem & receptam transeunter, & per modum intentionis. Hoc etiam sat innuit Scotus dum dicit illam influentiam esse ordinem causarum in agendo, concursus enim simultaneus non facit ordinem, cum non faciat prius & posterius, sed simul.

Obijcit 3°. quia ibid. dist. 49. q. 6. ait: *Numquam causa* 2ª *præventa à causâ superiori agente ad vnum oppositum, potest potentiâ propinquâ exire in aliud oppositum.*

Resp. 1° quod loquatur de causâ superiori necessariâ sufficienter movente, à quâ necessariò movente mota causa 2ª necessariò movet. 2° quod loquendo de causâ superiori liberâ juxta Scoti principia, per potentiam propinquam, intelliget potentiam consequentem, quâ etiam affectus gratiâ congruâ Molinistarum, non potest oppositum.

Si autem videre vis Scotistas nobis consentientes, vt concedunt Molina & Fonseca, lege Camerarium in suâ *Antiquitatis de novitate victoriâ* cap. 2. n. 7. & alios. miror autem subtilissimos Scotistas à Molinistis in suas partes trahi, cum

cum vno ore ſcientiam mediam Molinæ reſpuant.

SECTIO XIJ.

An Waldenſis præmotionem reijciat?

264. AFfirmat Philal. quia lib. 1. Doctrinalis Fidei cap. 25. habet *Neceſſitas præcedens non compatitur arb. libertatem, & ideo ipſa non convenit humanis effectibus. Periculosè ergo, vt mihi videtur, quidam magni viri neceſſitatem iſtam præcedentem ponunt in humanis operibus, etiam & quod fluat à voluntate Dei: maximè cum in antiquis Eccleſiæ Patribus nihil conſonans reperire poſſint.*

Reſp. iſta non potuiſſe obijci niſi ex impoſturâ quâ adverſarij fingunt nos ſupponere præmotionem neceſſitare, & eſſe neceſſitatem antecedentem: cum tamen planè doceamus oppoſitum, & ſolùm admittamus eam infallibilitare, vel inferre actum neceſſitate ſolius conſequentiæ, quæ non eſt neceſſitas, ſed infallibilitas; quam ibi non excludit Waldenſis, ſed ſupponit; quòd vt Philal. ſileret, ſuppreſſit hæc quæ ibid. immediatè ſequuntur: *Et illud quod adducunt: Cor Regis in manu Domini, & quocumque voluerit inclinat illud. Ipſe textus exponit ſe intelligere de neceſſitate tractionis, vel inclinationis; non autem de neceſſitate illâ quæ præcedit ſecundùm Anſelm. & ſecundùm quam voluntas neceſſariò agit, nec poteſt aliter*

ter

ter agere etiamsi vellet secundùm August. Ubi patebat eum admittere necessitatem tractionis & inclinationis, seu necessitatem quam inducit gratia præveniens in ratione motivi vt dicit c. 24. quæ non est necessitas absolutè, sed infallibilitas seu necessitas consequentiæ vt dicit cap. 22. Ecclesiam semper docere. Solùm ergo reijcit necessitatem, quæ est præcedens secundùm Ansel. vel quæ non linquit potentiam ad oppositum juxta August.

Ut autem solutio plena sit, videre oportet 1° notionem necessitatis antecedentis. 2°· quomodo illam admittebant illi magni viri. 3°·quomodo Waldensis admittat decretum efficax & infallibile independenter ab effectu futuro. 4°· quomodo etiam præmotionem temporalem. 5°· quomodo neget illud decretum, & præmotionem esse antecedentem necessitatem.

265. *Quantùm ad* 1. *Necessitas præcedens*, vt Wald. ib. ex Anselmo, *est quæ causa est vt sit res*: *& est necessitas sequens, quam res facit*. Exemplum 1^x^ ponit in cęlo, 2^x^· in tuâ locutione. *Nam violentia naturalis conditionis cogit cælum volui, te verò nulla necessitas facit loqui.* Proinde necessitas antecedens dicit *violentiam naturalis conditionis*, à quâ necessariò infertur & causatur actus: proinde meritò necessitatem illam alij à Molinistis relegant ad causas proximas & creatas, cum in Deo non sit talis *naturalis conditio* cogens illum operari ad extra. Sed vt descendamus ad actum & motionem in quâ Molinistæ putant ratione sui reperire

reperire necessitatem antecedentem: Dico ex Waldensi quod vt motio aliqua vel actus sit antec. necessitas, debet esse necessitas & necessarius in se, & ex parte principij, & termini seu finis. Quod debeat esse necessitas seu necessarius in se, patet: quia rationes differentiales supponunt rationem communem; imò neque potest esse homo albus, nisi sit homo; ergo neque actus potest esse necessitas antecedens nisi sit necessitas. Quod debeat esse necessarius ex parte principij, & termini seu finis, etiam patet: quia enim concursus Dei quo causat calefactionem ignis, quæ est necessaria actio, est ex parte principij liber, seu elicitur liberè, ideo non est necessitas antecedens respectu ignis, vt Waldensis docet cap. 30. Similiter vt docet S. Th. si causa 1ª. esset necessaria, & moveret causam proximam contingentem vt agat modo suo; illa motio quàmvis necessaria ex parte principij, tamen non est necessitas antecedens, quia est contingens ex parte termini, & necessatiò est ad terminum contingentem; vnde tunc adhuc maneret libertas causæ 2ª. juxta S. Th. quod etiam declarat Wald. cap. 29. quia *quamvis divina præscientia non dependeat futuro, à dicit tamen ad futurum respectum necessarium sicut omnes relationes tertij modi ad mensurabile suum.* Vnde conditio termini præhabetur causaliter in illâ causâ & *totum antecedens non est necessarium, sed partim contingens*, ait Wald. non enim simpliciter illa motio movet vt fiat terminus, sed

vt

vt fiat contingenter. Ergo vt motio aliqua sit ant. necessitas, debet esse necessaria ex parte sui principij, & termini.

266. *Quantum ad* 2. illi ponebant necessitatem antecendentem, quæ esset necessitas absoluta tam ex parte Dei, quàm hominis, ex parte principij, & termini, vt cap. 21. refert Wald. & cap. 22. refert Witcleffum dicentem, *necessariò absolutè hunc elegisse sic facere, & necessariò Deum cum eo in illâ determinatâ parte concurrere, quia sic prævidit Deus, & prævoluit, & aliter quàm fecit vel facturus est, nec Deus nec homo poterit facere, nec vnquam potuit ante illud. Cum autem quæritur quomodo est voluntas divina vel creata libera, si absolutè necessitetur hoc facere? quantùm ad divinam voluntatem respondet Witcleff cap.* 28.3.*Trialogi, quod Deus non illiberatur quidquam facere, licet absolutè necessariò fiat. Sicut non illiberatur producere Verbum vel Sp.S. licet absolutè necessariò illud agat.* Cap. autem 23. fin. illi magni viri resp. *quòd Deus non necessitat necessitate coactionis ad bonum vel malum futurum, quia illa sola tollit arb. libertatem: non autem alia necessitas præveniens absolutè futuritionem effectus.* Vide etiam cap. 29.

Quantum ad 3. habet cap. 22. *Docuit semper Ecclesia quòd quamvis præscientia Dei est necessaria & infallibilis, non tamen sunt eventus futuri absolutè necessariò futuri; sed contingentes; ita docuit ex aliâ parte quòd quamvis effectus sint contingentes & varij, præscientia tamen Dei propterea nullatenus potest falli.* Nè autem putes eum per præscientiam intelli-

gere

gere simplicem notitiam,& non decretum,cap. 26. monet illam sumi non pro simplici notitiâ, *sed est*, ait, *præcognitio rei cum applicatione odij vel amoris*. cap. autem 23.dicit illud decretum non esse indifferens; & *Deum esse causam determinatam rerùm factibilium*. Et quod libero arb. *firmum Dei verbum sive decretum derogare non possit*. Et postea: *Absit tamen vt fallacem dicamus Dei determinationem* Cap. 27. docet illam infallibilitatem non oriri ex futuro eventu. *Infallibilitas & necessitas est ex parte præscientiæ*. Et postea: *Divina operatio immanens Dei non dependet ex futuro opere creaturæ*.

267. *Quantùm ad* 4. dicit cap. 24. quòd, *tradit antiquitas Ecclesiæ originem actus mali esse voluntatem: eamdem docet esse principium originale actus boni præveniente eum gratiâ Dei in ratione motivi: nullibi tamen infertur necessitas actui absolutè dicta*. Quo nil clariùs. Idem repetit cap. 28. Tract. etiam de Sacram. cap. 3. ex Aug. de correp. & grat. cap. 14. docet Deum *sine dubio habere humanorum cordium, quò placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem*. Postea loquens de eis quos Deus movit & traxit vt eligerent Saulem, addit ex eodem: *& quomodo adduxit? Nunquid corporalibus vinculis alligavit? intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in eis operatus est, traxit. Si ergo cum voluerit Reges in terrâ Deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum quàm ipsi suas; quis alius facit, vt salubris sit correptio, & fiat in correpti corde correctio, vt*

cælesti

cælesti constituatur in regno? Et cap. 16. ibid. dicit ex Aug.hypog. lib. 3. *In omni opere sancto prior voluntas Dei, posterior liberi arbitrij.* Quod illa motio sit efficax patet sup. quòd sit physica, patet, quia cap. 10. jam cit. dicit quod si excitationi Dei applaudamus, tunc Deus operatur in nobis opus bonum. Ergo admittit motionem plusquam moralem. Quòd autem Dei motio nos determinet, ibid. docet comparando lib. arb. equo & gratiam sessori flectenti equum; & addit quod totum opus debet tribui Deo, *ad modum illum quo dici solet, eques iste cucurrit* 30. *milliaria hodie, quia equum cui insedit, tot currere fecit.* Et Doctrin. cap. 29. dicit quod Deus *præsciat voluntatem ad hoc vel illud agendum*: præscire autem sumit pro præcognitione adjunctâ decreto, vt sup. monui.

268 *Quantum ad* 5. dicit motionem & decretum non esse necessitatem antecedentem, quia non habent necessitatem neque in se, neque ex parte principij, aut termini: non in se, quia sunt actiones voluntatis divinæ, & liberæ; neque ex parte principij, neque termini, quia ex vtrâque parte est potentia ad oppositum quòd nunquam eveniet. Ex parte quidem principij, seu Dei, vt habet cap. 30. *Me præscitum ad gloriam potest Deus sine omni variatione sui præscire ad pænam per solam variationem liberæ voluntatis: nec præscivit tantùm quid fierem, sed & quid fieri possem. Nec timeas tamen quod in casu jam posito concessurus essem quòd Deus præscit me pænæ, sed solùm hoc præs-*

cit me pœnæ de possibili, nec jam repugnat. &c. Cap. autem 27. probaverat Dei præscientiam non esse variabilem. Ex parte etiam termini: *Videtis*, ait cap. 39. *quòd jam August. me docuit intra præscientiam Dei claudi non tantùm quid velim de certò, sed & quid possim, sicut supra dixit, vel recusare, vel facere: & quia Deus præscit me sic posse, ideo de præscientiâ ejus nulla mihi potestas adimitur aliter faciendi quàm sum facturus.* Quod autem illud oppositum nunquam eveniet, quia est tantùm possibile, non de certò futurum docet cap. 26. vbi & monet: *Certè hæc modica trufa coincidentiæ vel acceptionis indistinctè futuri de possibili loco futuri de certò, est magnis viris in materiâ de præscientiâ Dei causa disturbi . . . . Sed dicis, posito tali possibili quod non est de facto futurum, nunquam concedam Deum hoc præscire. Non, sed præintelligere simplici notitiâ. Sic enim dicimus Deum non præscire nisi de certò futura: quod si de certò futura non sunt, nec ea præscita sunt. Et hæc est antiquior Logica SS. Patrum, & adhuc cautior.* Et tandem concludit. *Videant jam magni illi, qui necessitatem futurorum concedunt, quòd prædicere, vel prævidere Dei, non subinfert rebus prævenientem necessitatem quamcumque, sed solùm futuritionem de certò.* Hæc autem insuper planè scientiam mediam tollunt, quâ Molinistæ volunt à Deo præsciri quæ non sunt futura de certó; & quæ volunt esse futura ante decretum, & prælocutionem Dei; & à quibus Dei præscientiam volunt pendere: cum tamen dicat Wald. cap. 29. *præscientiam Dei non*

depen-

dependere à futuro. Et de Sacramentis cap. 125. ex August. *Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus, unde dictum est: Fecit quæ futura sunt.*

SECTIO XIII.

Utrum Bachonius præmotionem nolit?

269. RESp. neg. quia in 1. dist. 17. q. 1. art. 5. §. 1. editionis Cremonensis 1618. sic probat voluntatem ad actum bonum præmoveri à Sp. S. motione receptâ per modum passionis, & esse opinionem communem. *Quia secundùm communem opinionem licet voluntas se habeat activè respectu exercitij sui actus, tamen passivè se habet respectu determinationis ad actum suum: sed si illud, quod hîc determinaret voluntatem respectu actus meritorij, esset ipse Sp. S. ergo stante naturâ voluntatis quam modò habet, repugnaret voluntati exire in exercitium actus meritorij nisi priùs pateretur quandam motionem Sp. S. & ita illa motio passivè recepta in illâ, præcederet actum meritorium exercitum & elicitum, quod est propositum.* Idem ibid. probatione 2. & 5. In argumento autem totius illius ar. sic habet Ex. P. Chrisost. Marasca S. Theol. Doctor & ejusdem Ordinis Carmel. *Probat quòd consideratâ naturâ voluntatis antequam meritoriè operetur, indigeat præmotione & dispositione factâ à Sp. S. licet enim in eliciendâ actione habeat se activè, tamen*

S *ante-*

antecedenter se habet passivè. Idem habet Bachon. ibid. §. 2. & P. Marasca in argumento illius §.

In 2. dist. 1. q. 5. art. 3. *Præscientia Dei, & à simili prædestinatio & prædeterminatio suæ voluntatis accipitur, & arguitur secundùm conditionem rei creatæ, & propter hoc non imponit necessitatem.* Ista adeo clara sunt, vt plura superfluant.

Satisfit Philal.

270. Philal. illum nobis opponit, quia in 1. dist. 40. art. 2. dicit, Ea solùm futura quæ à Deo producuntur *voluntate permissivâ sunt in potestate nostrâ, quantùm ad determinationem, præsuppositâ tamen influentiâ generali & in essendo, & in causando.* Postea relato illo Eccl. 15. *Reliquit eum in manu* &c. subdit: *Imaginor sic; quòd Deo permittente me agere indifferenter hanc partem contradictionis vel illam (non determinante magis ad istam quàm ad illam) ego eligo alteram partem.*

Resp. quod sumat ly *permissivè*, non pro suspensione aut negatione concursus vt patet, sed pro concursu prævio causis liberis proprio, sic illas movente vt eas etiam permittat agere, seu qui juxta Aug. i eas sic movet vt proprios motus agere *sinat*: seu qui juxta S. Th. & Catech. Rom. eas sic ad suas actiones impellat, *vt non impediat tamen.* Eâ ratione B. Albertus ex S. Damasc. inf. n. 295. liberorum providentiam vocat providentiam *secundùm concessionem.* Hoc autem præmotioni summè consonat. Ex istomet loco poterat Phil.

Phil. hoc advertere si amasset veritatem, immediatè enim ante verba 1º. loco objecta habet: *Notitia eventus contingentium in Deo præsupponit, saltem per modum intelligendi nostrum, actum voluntatis divinæ liberum, quo omnia contingentia in esse producuntur.* Ex quo vno destruitur scientia media, & patet illam *permissionem* non posse sumi pro voluntate indifferenti; tunc addit: *vlterius est sciendum quod licet omnis eventus futuri contingentis voluntas Dei sit causa, tamen non omnium est causa eadem. Quædam enim vult velle beneplacito, & efficaci, sicut productionem mundi, vbi non est concurrens efficiens aliud: Alia autem non vult velle efficaci, sed solùm permissivè: & respectu sic productorum voluntas divina est causa per generalem influentiam, tribuens agenti particulari facultatem agendi sic vel sic, non tamen determinat agens ad aliquam partem, nec efficaciter vult hanc aut illam: & isto modo voluntas divina est causa actuum nostrorum quantumcumque deformium.*

Ubi vides quod sumat efficax velle, & determinationem ad vnum pro totali determinatione, ita vt *non sit concurrens efficiens aliud*, nec permittat aliud agere & se determinare. Cum autem *velle permissivè* sit illi contrapositum, sumitur pro velle admittente *concurrens efficiens aliud*, seu quod non sit tota determinatio, sed permittat voluntatem se determinare; imo dicit quod sit causa actuum nostrorum *per generalem influentiam tribuens agenti particulari facultatem agendi sic vel sic*: non enim solùm permittit nos libere

agere, sed etiam facit nos liberè agere. Hoc satis declarant verba à Philal. objecta, sc. quod possimus nos determinare *præsuppositâ tamen influentiâ generali & in essendo.* (quâ sc. est causa vt simus) *& in causando* (quâ sc. est causa vt causemus & agamus) Si Philal. amavisset veritatem hæc advertisset, nec Bachonium objecisset contra præmotionem quam ante adeo clarè & explicitè docet locis ante citatis; imò art. illo 2. citato à Philal. in fine §. 4. immediatè præcedentis, ad illud: *Nulla causa inferior movet, nisi quia mota,* habuerat: *Si intelligatur, non movet per suam virtutem propriam sicut causa, sed per motum receptum ab alio solum; sicut est de securi fabri: falsa est propositio . . . aliter potest intelligi quòd agens particulare non movet nisi motum, quia pro tantò præsupponit actionem superiorum causarum ad hoc quòd agat; & sic minor est vera.* Si præsupponit ad hoc quòd agat, actionem superiorum causarum, ergo illæ priùs agunt & concurrunt.

272. Quantùm ad *Lælium Bellionium*, patet ex istis verbis à Philal. relatis, *voluntas non potest non determinari ad aliquid faciendum, cum à Deo determinatur*, eum loqui de determinatione totali, & formali, & quæ non relinquit potentiam ad oppositum, non autem de effectivâ, seu faciente voluntatem se determinare juxta suum modum. In hoc autem errat, quòd istam hæreticam determinationem tribuat D. Thomæ. Ex illo autem falso hoc verum elicimus, quòd Bellionius in D. Thomâ determinationem efficacem

efficacem legerit, quam ipse malè intellexit.

Quòd verò miratur Philal. eum sic imposuisse D. Th. & scripsisse ante Molinam, & nullum Thomistarum, qui tanto impetu insurrexerunt in Molinam, illum tetigisse; ex hoc habet quomodo non quæramus proprium sed commune Ecclesiæ & fidei bonum. Illius in D. Th. injuriam siluimus, & tulimus; sed vbi Molina contra antiquam totiùs Ecclesiæ sententiam suas novitates etiam cum horribili D. Augustini contemptu publicavit, non potuit non latrare Dominici catulus ad S. Depositi custodiam, & ex solius fidei zelo vt sup. n. 18. fatetur P. Baësa; & hoc saltem obtinuit, quòd illas in August. calumnias à Molinæ libris abegerit.



CAPVT V.

Expenduntur Authores qui post Controversiam de Auxilijs scripserunt, à Philalethe contra præmotionem adducti.

273. HIc jam aliquid veri dicet Philal. tamen sic veritatem amat vt plurima falsa immisceat, aut intendat. Unde ad illos authores quos obijcit c. 1. §. 4.

Resp. 1. plures ex illis malè nobis opponi;

& quidem 1°. malè opponitur *S. Franc. Salesius*; cum locis objectis loquatur in sensu Ruardi & Driedonis, vt etiam insinuat Abelli eum citans, proinde vide sup. n. 110. & 118. Epistolam autem ad Lessium, quam citat Philal. non est credibile esse S. Franc. Salesij, non enim est credibile illum S. voluisse adulari Lessij novitatibus, scribendo aliquid planè falsum, sc. sententiam docentem prædestinationem post prævisa merita esse *antiquitate nobilissimam*. Cum teste ipsomet Molinâ in Concord. disp. 44. memb. vlt. sit contra SS. Aug. & Thomam, & plerosque Scolasticos; à quorum canitie hâc in parte antiquitatis nobilitatem probatam volunt Pontifices. Insuper ex omnibus antiquis hucusque relatis vix reperies qui illi sententiæ non contradicat, vt etiam produxi.

2°. Malè opponitur *Card. Oregius* præcisè quia tract. 1. de Deo cap. 14. q. 3. ad 1. habet: *Deus cum causis liberis ita vult concurrere, vt ipsæ liberè operentur, nec aliquâ antecedenti necessitate prædeterminentur ad operandum.* Idipsum enim dicunt Thomistæ, illamque prædeterminationem necessitantem dicunt esse Calvinisticam: vnde illam sine sinceritate, & animo pueros terrendi, nobis falsò imponit Philalethes.

3°. Malè num. 42. obijcit *Ludou. Thena*, cujus etiam verba non refert quia Molinistis non favent, vt habes apud Alvarem lib. vlt. Resp. c. 1. n. 10.

274. *Card. Peronij* dictum etiam leviter refert

fert, nec hoc probat Annatus, dicens se imprimere in oculis D. Habert Molinæ etiam discipuli, ipsum testatum se id audivisse ex ore Card. Peron. multa enim dissimulantur quæ non probantur, & si ita fuisset D. Habert contra pręmotionem scribens hoc non omisisset. Certè cum Peronius in tot epistolis ad Henricum Magnum scriptis, quibus (ait P. Gonet in Apologiâ Thomist.) eum de minimis, quę fiebant in Congreg. de auxilijs certum facit, nunquam hujus meminerit, non habet verisimilitudinem. Nec advertit Annatus quàm sit in Peronium injurius, dum vult eum non posse distinguere inter Thomistas & Calvinistas, quod ipse Annatus potuit vt ibid. refert P. Gonet; eumque præcipitasse, promittendo quod implere non potuisset, vt notat P. Baron.

5° *P. Fulgentium* Schautheet Augustinianum ex eo quod in Physicâ reijciat prędeterminationem physicam, vt superfluam: cum constet omnes Augustinianos Belgij, & consequenter hunc, vnanimiter docere gratiam ex se efficacem, & prædeterminantem, quid autem favet Molinistis, si negatam præmotionem ad naturalia, statuat ad supernaturalia, de quibus pręsertim est quæstio?

275. *Resp.* 2°. multos à Philal. opponi qui præmotionem docent. Sic num. 48. obijcit *P. Lezanam*; qui tamen tract. 4. in 1. p. D. Thom. dis. 5. q. 9. quærit: *Vtrum Deus decreto suo absoluto & efficaci prædefiniat omnes actiones nostras liberas*

 distinctè

distinctè & in particulari? Et relatâ ſententiâ neg. Moliniſtarum, *Nihilominus*, ait, 2ª *ſententia, & vera, eſt Deum per decretum abſolutum & efficax ſuæ voluntatis prædeterminaſſe, & prædefiniiſſe omnes actus liberos bonos voluntatis creatæ. Ita D. Th. & Thomiſtæ, ex quibus plures refert Ioan. à S. Thom. & communiter Theologi, præſertim antiquiores, ac ex noſtris Doctoribus Michaël de Bononiâ in 1. diſt. 47. q. unicâ concl. 5. Cornejo, Salmanticenſes, quibus favent Waldenſis tom. 2. cap 3. num. 5. & Uerratus in tract. de prædeſt.* Ibid. diſp. 3. q. 6. ſic de ſcientiâ mediâ reſoluit: 2ª *ſententia à nobis tenenda aſſerit non eſſe ponendam ſcientiam illam mediam*, &c. *Ita tenent communiter Thomiſtæ cum S. Thom. & communiter Scholaſtici antiqui, apud quos inaudita eſt talis ſcientia media.* Ibid. diſp. 9 q. 5. docet prędeſtinationem ante præviſa merita; atque ita ſentire S. Thom. Scotum, & eorum diſcipulos, & ex ſuis Bachon. Peruſinum, Sylveſtranum, Cornejo, Verratum, Michaëlem de Bononiâ, &c.

Ad actum quidem malum pro materiali & quoad entitatem non, vult præmotionem; ſed diſp 5. ibid. q. 10. ex probationibus cernes eum loqui de materiali formaliter ſumpto, ſeu de entitate vt ſubſtat malitiæ.

276. Secundò num. 44. opponit *Lorcam*, quia 3. p. diſp. 10. memb. 2. num. 26. & 27. productis verbis S. Thom 3. p. q. 1. art. 3. ad 4. & 1. p. q. 23. art. 7. O. ait: *Ex quibus S. Thomæ verbis conſtat præſcientiam illam quam dicit ſupponi ad prædeſtinationem, non eſſe ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, nec*

nec scientiam visionis, sed scientiam, quam vocant mediam, quæ est de futuris contingentibus conditionatis, quæ ex hoc loco S. Thom. manifestè astruitur. Sed cum Lorca apertè præmotionem doceat, vt patebit, scire poterat Philal. eum non adeò inconstantem vt simul scientiam mediam Molinæ doceret. Etenim etiam Philal. notum est Thomistas & alios Molinæ oppositos, etiam scientiam mediam, quæ non sit simpliciter simplicis intelligentiæ nec visionis, admittere; sed non talē, qualē Molina; hic enim & Molinistæ eā volunt antè omne decretum, Thomistæ post decretum. Lorca autem hîc fundat eam in decreto intentivo, & priorem vult ad decretum executivum: vt ibi expressè habet relatis verbis S. Thom. 3. p. *Quæ verba ponderanda sunt nam expressè dicit prædestinatum fuisse Christum in remedium peccati, non aliter quam prædestinatur aliquis per orationes alterius: quod manifestum est non fieri quoad intentionem sed quod executionem.* Hoc ipsum exemplis vtriusque loci magis declarat postea §. *Deindè declaratur.* Et habet: *quamvis intentio prædestinandi ad gloriam fuerit prior quàm decretum operum, & fuerit antè prævisa merita; nihilominus tamen quia non alio modo implenda, quàm per opera, disposita est, verissimum est Petrum non fore salvandum nisi bona opera egerit.* Vbi vides planè cognitionem illorum futurorum conditionatorum fundari in decreto intentivo & illud præsupponere, præcedere tamen decretum executivum; & illa futura vult cognosci non per scien-

tiam

tiam simplicis notitię, nec visionis, sed per mediam inter vtramque quia vt ibi habet, *scientia simplicis intelligentiæ est de possibilibus, quatenus possibilia sunt*, illa autem non sunt purè possibilia cum supponant determinationem in causâ, sc. decretum intentivum. *Scientia* autem *visionis est quâ res cognoscuntur existentes in aliquâ differentiâ temporis*, illa autem non possunt sic cognosci ante decretum executionis, quod ad eorum existentiam terminatur, ergo debent cognosci per scientiam mediam inter vtramque, quæ fundetur in decreto intentivo. At verò quid ibi favens Molinæ, aut nobis contrarium? imò ibid. docet prædestinationem antè prævisa merita, quod Molinæ non cohæret.

Præmotionem autem apertè docet disp. 19. de grat. §. verū. *Certissima est*, ait, *opposita sententia, & incunctanter asserendum, esse aliquod auxilium Dei in se efficax, quo ipse præveniens voluntatem, efficit vt infallibiliter operetur, non affirmando quid sit hoc auxilium, nec ad quos actus requiratur. Hæc est concors sententia Theologorum.* Disp. autem 21. ait; *Dico secundò: Possibile est, & existimandum sæpè fieri, vt Deus efficaci physicâ motione prædeterminet voluntatem, & hâc ratione efficiat vt operetùr salvâ & illæsâ libertate.* Et post pauca sic reprehendit Molinistas: *Ex quo infero nimis excedere eos, qui insuperabili contentione defendunt, hanc prædeterminationem auferre libertatem, & sententiam quæ illam asserit, nihil aut parum à Calvino differre. Cum enim evidens sit* (nota evidentiam) *esse S. Thomæ doc-*

trinam

rinam, & plurium ex antiquis Scholasticis, nullâ atione timendum est aliquid ei inesse periculi; sed potiùs credendum est esse fidei Catholicæ consonam. Collige cujus fidei sit Philalethes.

277. *Tertiò*, num. 45. opponit Alphonsum Mendoza, qui tamen in impress. Colon. Agripp. an. 1603. pag. 551. habet: *Quinta concl. Præter modos superiùs constitutos & explicatos, alter reliquus est planissimus & solidissimus, quo Deus certo cognoscere potest illos eventus; videlicet in liberâ prædeterminatione suæ voluntatis.* Attende illum modum esse non modò *planissimum*, sed etiam *solidissimum.*

278. Resp. 3°. eum multos citare, qui in substantiâ à nobis non differunt sed solùm in modo. Sic num. 47. citat omnes Scotistas; quos tamen sup. num. 261. & 262. Molina & Fonseca concedunt, vt etiam ibi patuit, docere Deum determinare & movere voluntatem ad agendum. In hoc autem differimus, quod Scotus, vt scribunt Molinistæ, nolit eam motionem consistere in aliquo reali recepto, sed in simpathiâ voluntatis nostræ cum Dei decreto. Unde etiam nobiscum reijciunt scientiam mediam Molinæ; & docent prædestinationem antè prævisa merita: Scotistis autem malè Philal. jungit P. *Poncium*, qui licet sit S. Francisci filius, non est Scoti discipulus, vt videre potes apud P. Mastrium; idque mihi non ita pridem in publicâ disputatione hîc à P. Præside Scotistâ & Franciscano responsum est. Sic etiam num. 45. malè

malè opponit Joan. Puteanum, eò quod in 1. 2. q. 111. dicat: *Gratia præveniens efficax, quæ de communi lege datur ijs omnibus, qui de facto convertuntur, non determinat physicè libertatem, sed tantùm moraliter.* Cum enim nobiscum in substantiâ conveniat, quid Molinę interest nostra discordia in modo? si ista frivola vellem mihi permittere, certè omnes Molinistas contra scientiam mediam opponerem, quia omnes in modo discordant à Molinâ, si Becanum demas: sed volo magis seria.

279. Resp. 4° Philal. aliquos citare contra præmotionem, qui tamen veritate postmodum perspectâ castra mutarunt, & gloriosè pro pręmotione steterunt; quod non esse extraordinarium satis probat Belgium nostrum, hujus rei in dies nova exhibens argumenta; ita vt etiam hodie ferè vsque ad 20. liceat numerare viros celebres qui actu docent aut docuerunt, qui lectâ præmotione phsicâ in libris nostris, & detectis adversariorum imposturis, quamprimum eam amplexi sunt; & gemunt tantùm temporis se pro scientiâ mediâ impendisse, quod vellent doctrinæ August. & Thomæ fuisse insumptum. Sic autem Philal. num. 42. citat. *Curielem*, quem tamen sapientissimi Salmāticenses tract. 3. de scientiâ Dei disp. 10. dub. 8. num. 129. protestantur Salmanticę retractasse vltimo suæ Lecturæ anno ad q. 11. 3. p. S. Th. *Quam materiam ab ipso dictatam*, inquiunt, *apud nos habemus, nosque ipsi eo dictante audivimus.* Similiter

liter num. 45. citat *Basil. Poncium*, quem etiam retractasse constat; & sufficit confessio Theophili Raynaudi Jesuitę in lib. licet damnato, contra nos & Scholam nostram scripto, fatentis Bas. Poncium se ad castra prædeterminantium recepisse, vt stomachum Iesuitis faceret, quòd causâ cecidisset contra P. Facundez. Sed vide super hoc P. Baron lib. 2. Apolog. sect. 1. art. 2. §. 1.

280. Resp. 5°. eum aliquos citare qui non magis Molinæ quàm nobis favent. Sic n. 46. citat *P. Lud. à Dolâ*; qui concursum etiam indifferentem reijcit, cum nolit cum Durando concursum simultaneum. Sic etiam num. 48. *Franciscum Bonæ Spei*, qui scientiam mediam reijcit; & probè scio illum habere contra illam paratum opusculum, hoc titulo: *Sepulchrum scientiæ mediæ*. Imò licet præmotionem, vt â nobis explicatur, reijciat, eam suo modo explicatam admittit. Sic etiam num. 41. *Isambertum*, qui tamen scientiam mediam respuit.

Resp. 6° Nonnullos ex citatis à Philal. esse Ex-Iesuitas, quos proindè mirum non est sententiam, quam juvenes in Societate imbiberant, postea retinuisse. Sic num. 41. citat *Dausquium*.

281. 7°. multos ex citatis præmotioni adversari ex suppositione imposturarum sup. c. 1, sect. 2. vnde non mirum si eâ rejectâ, scientiam mediam potius elegerint, cum sic depictam nullus

Belgio nostro notum est gratiæ ex se efficaci & prædeterminanti subscribere, & Molinæ doctrinam respuere. non intendo autem omnes recensere, sed paucos, & quot sufficient ad hoc verificandum.

284. Oppono 1° Philalethi, S. P Augustini, Aquinatis nostri Magistri, filios, sive Canonicos Regulares, sive Eremitas: illorum (vt alia Belgij Cęnobia taceam) testis sit celeberrimum Montis-Eligiani Monasterium, quod suos non nisi Thomisticâ doctrinâ, nec nisi à rigido Thomistâ (cujus in D. Thomam fides sæpè Philalethi displicet) imbuendos voluit: vndè & nuper Thesibus publicis præmotiones physicas generosissimè defensarunt. Similiter totius Belgij RR. PP. Eremitas S. Aug. docere gratiam ex se efficacem & prędeterminantem, reijcere scientiam mediam Molinę, & statuere prædetestinationem antè prævisa merita palam est, & notum vbique.

285. Oppono 2° S. Benedicti Ordinem Sacrum, in quem præmotiones physicas (quas in ejus Cassino cum pietate hausit) abundè refundit Doctor Angelicus; quas quàm suaviter degustent, aliisque delibent in toto hoc Belgio Philalethes vellet non esse adeò notum; & nimis testantur toto orbe Celeberrima Monasteria S. Vedasti, S. Amandi, & S. Gregorij; ex quibus continuâ serie prodierũt gratię efficacis pugiles, Heroes omni genere armorum instructi ad Molinismi destructionem, & præmotionum

tionum defensionem, pro quibus in hâc vniversitate Duacenâ sic turmatim sub D. Thomę labaro publicè decertant, vt etiam hodie (quæ summa est Benedictini Ordinis gloria) numerare liceat decem publicos tum Theologiæ, tnm Philosophiæ Professores Sapientissimos qui præmotiones efficaces acerrimè & Heroicè defensant: ita vt ex solis illis tribus Cænobijs plures nec inferiores possem Philal. opponeri, quàm ipse vniversim cap. 1. §. 4. nobis opponat. Quàm innatus semper fuerit huic Nobilissimo Ordini præmotionum ardor, satis testatus est D. Le Bossu ejusdem Ord. Doctor Sorbonicus qui Congreg.* de Auxilijs Consultor à Clemente 8. constitutus, totus pro præmotione contra scientiam mediam stetit imò & acta Congreg. propriâ manu scripsit testis ipse oculatus. Quantùm autem alibi præmotioni consentiant etiam recentissimè prodit Augustinus Reding Monasterij exempti Ejnsidlensis, S. Theol. Doctor, & Universitatis Salisburgensis Ordinarius Professor, in suis elaboratis & solidis in D. Th. Commentarijs, in quibus Molinistas vbique impugnat, & Thomistas victoriosè propugnat.

Ex Celebrrimo etiam ac Mellifluo Cisterciensium Ordine pro præmotione stant Lorca sup. n. 276. & Illust^mus^ Caramuel inf. n. 400. & alij multi.

286. Oppono 3°. S. Ord. Hieronimitarum, ex quo prodijt Sapientissimus Magister Cabre-

& quidem 1°. malè opponitur *S. Franc. Salesius*; cum locis objectis loquatur in sensu Ruardi & Driedonis, vt etiam insinuat Abelli eum citans, proinde vide sup. n. 110. & 118. Epistolam autem ad Lessium, quam citat Philal. non est credibile esse S. Franc. Salesij, non enim est credibile illum S. voluisse adulari Lessij novitatibus; scribendo aliquid planè falsum, sc. sententiam docentem prædestinationem post prævisa merita esse *antiquitate nobilissimam*. Cum teste ipsomet Molinâ in Concord. disp. 44. memb. vlt. sit contra SS. Aug. & Thomam, & plerosque Scolasticos; à quorum canitie hâc in parte antiquitatis nobilitatem probatam volunt Pontifices. Insuper ex omnibus antiquis hucusque relatis vix reperies qui illi sententiæ non contradicat, vt etiam produxi.

2°. Malè opponitur *Card. Oregius* præcisè quia tract. 1. de Deo cap. 14. q. 3. ad 1. habet: *Deus cum causis liberis ita vult concurrere, vt ipsæ liberè operentur, nec aliquâ antecedenti necessitate prædeterminentur ad operandum.* Idipsum enim dicunt Thomistæ, illamque prædeterminationem necessitantem dicunt esse Calvinisticam: vnde illam sine sinceritate, & animo pueros terrendi, nobis falsò imponit Philalethes.

3°. Malè num. 42. obijcit *Ludou. Thena*, cujus etiam verba non refert quia Molinistis non favent, vt habes apud Alvarem lib. vlt. Resp. c. 1. n. 10.

274. *Card. Peronij* dictum etiam leviter refert

fert, nec hoc probat Annatus, d icens se imprimere in oculis D. Habert Molinæ etiam discipuli, ipsum testatum se id audivisse ex ore Card. Peron. multa enim dissimulantur quæ non probantur, & si ita fuisset D. Habert contra premotionem scribens hoc non omisisset. Certè cum Peronius in tot epistolis ad Henricum Magnum scriptis, quibus (ait P. Gonet in Apologiâ Thomist.) eum de minimis, quę fiebant in Congreg. de auxilijs certum facit, nunquam hujus meminerit, non habet verisimilitudinem. Nec advertit Annatus quàm sit in Peronium injurius, dum vult eum non posse distinguere inter Thomistas & Calvinistas, quod ipse Annatus potuit vt ibid. refert P. Gonet; eumque præcipitasse, promittendo quod implere non potuisset, vt notat P. Baron.

5° *P. Fulgentium* Schauthect Augustinianum ex eo quod in Physicâ reijciat predeterminationem physicam, vt superfluam: cum constet omnes Augustinianos Belgij, & consequenter hunc, vnanimiter docere gratiam ex se efficacem & prædeterminantem. quid autem favet Molinistis, si negatam præmotionem ad naturalia, statuat ad supernaturalia, de quibus presertim est quæstio?

275. *Resp.* 2°. multos à Philal. opponi qui præmotionem docent. Sic num. 48. obijcit *P. Lezanam*; qui tamen tract. 4. in 1. p. D. Thom. dis. 5. q. 9. quærit: *Vtrum Deus decreto suo absoluto & efficaci prædefiniat omnes actiones nostras liberas*

distinctè & in particulari? Et relatâ sententiâ neg. Molinistarum, *Nihilominus*, ait, 2ª *sententia, & vera, est Deum per decretum absolutum & efficax suæ voluntatis prædeterminasse, & prædefinijsse omnes actus liberos bonos voluntatis creatæ. Ita D. Th. & Thomistæ, ex quibus plures refert Ioan. à S. Thom. & communiter Theologi, præsertim antiquiores, ac ex nostris Doctoribus Michaël de Bononiâ in 1. dist. 47. q. unicâ concl. 5. Cornejo, Salmanticenses, quibus favent Waldensis tom. 2. cap 3. num. 5. & Uerratus in tract. de prædest.* Ibid. disp. 3. q. 6. sic de scientiâ mediâ resoluit: 2ª *sententia à nobis tenenda asserit non esse ponendam scientiam illam mediam*, &c. *Ita tenent communiter Thomistæ cum S. Thom. & communiter Scholastici antiqui, apud quos inaudita est talis scientia media.* Ibid. disp. 9 q. 5. docet prędestinationem ante prævisa merita; atque ita sentire S. Thom. Scotum, & eorum discipulos, & ex suis Bachon. Perusinum, Sylvestranum, Cornejo, Verratum, Michaëlem de Bononiâ, &c.

Ad actum quidem malum pro materiali & quoad entitatem non, vult præmotionem; sed disp 5. ibid. q. 10. ex probationibus cernes eum loqui de materiali formaliter sumpto, seu de entitate vt substat malitiæ.

276. Secundò num. 44. opponit *Lorcam*, quia 3. p. disp. 10. memb. 2. num. 26. & 27. productis verbis S. Thom 3. p. q. 1. art. 3. ad 4. & 1. p. q. 23. art. 7. O. ait: *Ex quibus S. Thomæ verbis constat præscientiam illam quam dicit supponi ad prædestinationem, non esse scientiam simplicis intelligentiæ,* nec

nec ſcientiam viſionis, ſed ſcientiam, quam vocant mediam, quæ eſt de futuris contingentibus conditionatis, quæ ex hoc loco S. Thom. manifeſtè aſtruitur. Sed cum Lorca apertè præmotionem doceat, vt patebit, ſcire poterat Philal. eum non adeò inconſtantem vt ſimul ſcientiam mediam Molinæ doceret. Etenim etiam Philal. notum eſt Thomiſtas & alios Molinæ oppoſitos, etiam ſcientiam mediam, quæ non ſit ſimpliciter ſimplicis intelligentiæ nec viſionis admittere; ſed non talē, qualē Molina; hic enim & Moliniſtæ eā volunt antè omne decretum, Thomiſtæ poſt decretum. Lorca autem hîc fundat eam in decreto intentivo, & priorem vult ad decretum executivum: vt ibi expreſsè habet relatis verbis S. Thom. 3.p. *Quæ verba ponderanda ſunt nam expreſsè dicit prædeſtinatum fuiſſe Chriſtum in remedium peccati, non aliter quam prædeſtinatur aliquis per orationes alterius: quod manifeſtum eſt non fieri quoad intentionem ſed quod executionem.* Hoc ipſum exemplis vtriuſque loci magis declarat poſtea §. *Deindè declaratur.* Et habet: *quamvis intentio prædeſtinandi ad gloriam fuerit prior quàm decretum operum, & fuerit antè præviſa merita; nihilominus tamen quia non alio modo implenda, quàm per opera, diſpoſita eſt, veriſſimum eſt Petrum non fore ſalvandum niſi bona opera egerit.* Vbi vides planè cognitionem illorum futurorum conditionatorum fundari in decreto intentivo & illud præſuppонere, præcedere tamen decretum executivum; & illa futura vult cognoſci non per ſcien-

tiam

tiam simplicis notitię, nec visionis, sed per mediam inter vtramque quia vt ibi habet, *scientia simplicis intelligentiæ est de possibilibus, quatenus possibilia sunt*, illa autem non sunt purè possibilia cum supponant determinationem in causâ, sc. decretum intentivum. *Scientia* autem *visionis est quâ res cognoscuntur existentes in aliquâ differentiâ temporis*, illa autem non possunt sic cognosci ante decretum executionis, quod ad eorum existentiam terminatur, ergo debent cognosci per scientiam mediam inter vtramque, quæ fundetur in decreto intentivo. At verò quid ibi favens Molinæ, aut nobis contrarium? imò ibid. docet prædestinationem antè prævisa merita, quod Molinæ non cohæret.

Præmotionem autem apertè docet disp. 19. de grat. §. verū. *Certissima est*, ait, *opposita sententia, & incunctanter asserendum, esse aliquod auxilium Dei in se efficax, quo ipse præveniens voluntatem, efficit vt infallibiliter operetur, non affirmando quid sit hoc auxilium, nec ad quos actus requiratur. Hæc est concors sententia Theologorum.* Disp. autem 21. ait; *Dico secundò: Possibile est, & existimandum sæpè fieri, vt Deus efficaci physicâ motione prædeterminet voluntatem, & hâc ratione efficiat vt operetùr salvâ & illæsâ libertate.* Et post pauca sic reprehendit Molinistas: *Ex quo infero nimis excedere eos, qui insuperabili contentione defendunt, hanc prædeterminationem auferre libertatem, & sententiam quæ illam asserit, nihil aut parum à Calvino differre. Cum enim evidens sit* (nota evidentiam) *esse S. Thomæ doctrinam*

trinam, & plurium ex antiquis Scholasticis, nullâ ratione timendum est aliquid ei inesse periculi; sed potiùs credendum est esse fidei Catholicæ consonam. Collige cujus fidei sit Philalethes.

277. *Tertiò*, num. 45. opponit Alphonsum Mendoza, qui tamen in impress. Colon. Agripp. an. 1603. pag. 551. habet: *Quinta concl. Præter modos superiùs constitutos & explicatos, alter reliquus est planissimus & solidissimus, quo Deus certo cognoscere potest illos eventus; videlicet in liberâ prædeterminatione suæ voluntatis.* Attende illum modum esse non modò *planissimum*, sed etiam *solidissimum.*

278. Resp. 3°. eum multos citare, qui in substantiâ à nobis non differunt sed solùm in modo. Sic num.47. citat omnes Scotistas; quos tamen sup. num. 261. & 262. Molina & Fonseca concedunt, vt etiam ibi patuit, docere Deum determinare & movere voluntatem ad agendum. In hoc autem differimus, quod Scotus, vt scribunt Molinistæ, nolit eam motionem consistere in aliquo reali recepto, sed in simpathiâ voluntatis nostræ cum Dei decreto. Unde etiam nobiscum reijciunt scientiam mediam Molinæ; & docent prædestinationem antè prævisa merita: Scotistis autem malè Philal. jungit *P. Poncium*, qui licet sit S. Francisci filius, non est Scoti discipulus, vt videre potes apud P. Mastrium: idque mihi non ita pridem in publicâ disputatione hîc à P. Præside Scotistâ & Franciscano responsum est. Sic etiam num. 45. malè

malè opponit Joan. Puteanum, eò quod in 1. 2.q.111.dicat: *Gratia præveniens efficax, quæ de communi lege datur ijs omnibus, qui de facto convertuntur, non determinat physicè libertatem, sed tantùm moraliter.* Cum enim nobiſcum in ſubſtantiâ conveniat, quid Molinę intereſt noſtra diſcordia in modo? ſi iſta frivola vellem mihi permittere, certè omnes Moliniſtas contra ſcientiam mediam opponerem, quia omnes in modo diſcordant à Molinâ, ſi Becanum demas: ſed volo magis ſeria.

279. Reſp. 4° Philal. aliquos citare contra præmotionem, qui tamen veritate poſtmodum perſpectâ caſtra mutarunt, & gloriosè pro pręmotione ſteterunt; quod non eſſe extraordinarium ſatis probat Belgium noſtrum, hujus rei in dies nova exhibens argumenta; ita vt etiam hodie ferè vſque ad 20. liceat numerare viros celebres qui actu docent aut docuerunt, qui lectâ præmotione phſicâ in libris noſtris, & detectis adverſariorum impoſturis, quamprimum eam àmplexi ſunt; & gemunt tantùm temporis ſe pro ſcientiâ mediâ impendiſſe, quod vellent doctrinæ Auguſt. & Thomæ fuiſſe inſumptum. Sic autem Philal. num. 42. citat. *Curielem*, quem tamen ſapientiſſimi Salmāticenſes tract. 3. de ſcientiâ Dei diſp. 10. dub. 8. num. 129. proteſtantur Salmanticę retractaſſe vltimo ſuæ Lecturæ anno ad q. 11. 3. p. S. Th. *Quam materiam ab ipſo dictatam*, inquiunt, *apud nos habemus, noſque ipſi eo dictante audivimus.* Similiter

liter num. 45. citat *Basil. Poncium*, quem etiam retractasse constat ; & sufficit confessio Theophili Raynaudi Jesuitę in lib. licet damnato, contra nos & Scholam nostram scripto, fatentis Bas. Poncium se ad castra prædeterminantium recepisse, vt stomachum Iesuitis faceret, quòd causâ cecidisset contra P. Facundez. Sed vide super hoc P. Baron lib. 2. Apolog. sect. 1. art. 2. §. 1.

280. Resp. 5° eum aliquos citare qui non magis Molinæ quàm nobis favent. Sic. n. 46. citat *P. Lud. à Dolâ*, qui concursum etiam indifferentem reijcit, cum nolit cum Durando concursum simultaneum. Sic etiam num. 48. *Franciscum Bonæ Spei*, qui scientiam mediam reijcit ; & probè scio illum habere contra illam paratum opusculum, hoc titulo: *Sepulchrum scientiæ mediæ*. Imò licet præmotionem, vt â nobis explicatur, reijciat, eam suo modo explicatam admittit. Sic etiam num. 41. *Isambertum*, qui tamen scientiam mediam respuit.

Resp. 6° Nonnullos ex citatis à Philal. esse Ex-Iesuitas, quos proindè mirum non est sententiam, quam juvenes in Societate imbiberant, postea retinuisse. Sic num. 41. citat *Dausquium*.

281. 7° multos ex citatis præmotioni adversari ex suppositione imposturarum sup. c. 1, sect. 2. vnde non mirum si eâ rejectâ, scientiam mediam potius elegerint, cum sic depictam nullus

283. Resp. 9°. Nonnullorum authoritatem à veri amatoribus non esse magni faciendam, eorum sc. qui non veritatis studio, sed alijs motivis inducuntur. Non quòd velim Paulo Leonardi fingenti p. 3. num 35. Universitatem Salmantinam à nobis beneficijs illectam ad Censurandum Molinam, simile quid reponere; quamvis quidam Philal. Socius hîc an. 1665. in aulâ Collegij Marchianensis, in oratione in actu solemni artium habitâ ad laudem scientiæ mediæ, concluserit eam manuductricem esse ad honores, & dignitates. Sed sic resp. maximè propter Petrum à S. Ioseph, & alios similes; de quo notat P. Baron. *De libertate & gratiâ* disp. 2, sect. 2. art. 6. §. 8. quòd cum historiam D. Le Bossu actorum in Congreg. de Auxilijs, Romæ conquisitam P. Le Golu Generalis Fuliensium reperisset, & in Galliam reportasset, *Nescio*, ait, *quo casu in Petri à S. Ioseph ex eodem Ful. Ordine, & acerrimi Molinæ defensoris manus incidit, ejusque copiam habuit, nobisque invidit, & ex eâ aliquid arripuit ad suæ causæ commodum, cætera subticuit, quia, vt inquit disp. 4. Concord. sect. 4. num. 4. apertè favebant Dominicanis. Egregium sanè librorum arbitrum, quos metiebatur, aut evulgabat vt è re suâ forè videbat, nulla boni publici ratione attentâ.*

Ex quibus videt Philal. quàm meritò dicant Ioan. à S. Thomâ, & Salmanticenses paucos preter Iesuitas, Molinæ adhærere. Ut etiam hoc clariùs videat, ei opponam ego, eos quos in Belgio

Belgio nostro notum est gratiæ ex se efficaci & prædeterminanti subscribere, & Molinæ doctrinam respuere. non intendo autem omnes recensere, sed paucos, & quot sufficient ad hoc verificandum.

284. Oppono 1° Philalethi, S. P Augustini, Aquinatis nostri Magistri, filios, sive Canonicos Regulares, sive Eremitas: illorum (vt alia Belgij Cęnobia taceam) testis sit celeberrimum Montis-Eligiani Monasterium, quod suos non nisi Thomisticâ doctrinâ, nec nisi à rigido Thomistâ (cujus in D. Thomam fides sæpè Philalethi displicet) imbuendos voluit: vndè & nuper Thesibus publicis præmotiones physicas generosissimè defensarunt. Similiter totius Belgij RR. PP. Eremitas S. Aug. docere gratiam ex se efficacem & prędeterminantem, reijcere scientiam mediam Molinę, & statuere prædestinationem antè prævisa merita palam est, & notum vbique.

285. Oppono 2° S. Benedicti Ordinem Sacrum, in quem præmotiones physicas (quas in ejus Cassino cum pietate hausit) abundè refundit Doctor Angelicus; quas quàm suaviter degustent, aliisque delibent in toto hoc Belgio Philalethes vellet non esse adeò notum; & nimis testantur toto orbe Celeberrima Monasteria S. Vedasti, S. Amandi, & S. Gregorij; ex quibus continuâ serie prodierũt gratię efficacis pugiles, Heroes omni genere armorum instructi ad Molinismi destructionem, & præmotionum

tionum defensionem, pro quibus in hâc vniversitate Duacenâ sic turmatim sub D. Thomę labaro publicè decertant, vt etiam hodie (quæ summa est Benedictini Ordinis gloria) numerare liceat decem publicos tum Theologiæ, tum Philosophiæ Professores Sapientissimos qui præmotiones efficaces acerrimè & Heroicè defensant: ita vt ex solis illis tribus Cænobijs plures nec inferiores possem Philal. opponeri, quàm ipse vniversim cap 1. §. 4 nobis opponat. Quàm innatus semper fuerit huic Nobilissimo Ordini præmotionum ardor, satis testatus est D. Le Bossu ejusdem Ord. Doctor Sorbonicus qui Congreg. de Auxilijs Consultor à Clemente 8. constitutus, totus pro præmotione contra scientiam mediam stetit imò & acta Congreg. propriâ manu scripsit testis ipse oculatus. Quantùm autem alibi præmotioni consentiant etiam recentissimè prodit Augustinus Reding Monasterij exempti Ejnsidlensis, S. Theol. Doctor, & Universitatis Salisburgensis Ordinarius Professor, in suis elaboratis & solidis in D. Th. Commentarijs, in quibus Molinistas vbique impugnat, & Thomistas victoriosè propugnat.

Ex Celebrrimo etiam ac Mellifluo Cistercensium Ordine pro præmotione stant Lorca sup. n. 276. & Illust^mus Caramuel inf. n. 400. & alij multi.

286. Oppono 3°. S. Ord. Hieronimitarum, ex quo prodijt Sapientissimus Magister Cabre-

ra scriptis suis toti orbi notus, quibus præmotiones physicas doctissimè stabilit scientiâ mediâ explosâ. Alios ejusdem S. Ord. alumnos eum sequi testatur Joan. à S. Thomâ.

Oppono 4° Regalem Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum; qui præmotionis & auxiliorum ex se efficacium strenuissimum defensorem Orbi dedit Sapientissimum P. Mag. Zumel Scriptis suis notissimum; quem omnes ejusdem Ord. alumni sequuntur, ex illo Regulæ suæ statuto: *Ad aßequendos Religionis gradus legi debet doctrina S. Thomæ prout explicatur à N. R. P. Mag. Znmel.* Ita præcipitur in virtute obedientiæ, *&c.*

287. Oppono 5° S.RR. PP. Carmelitarum Ordinem, qui quot protulit celebriores Theologos, tot dedit D. Thomæ defensores. Testes sunt RR. PP. Corneio S. Theol. Doctor, & publicus Cathedraticus Salmanticensis, quem miris laudibus semper coluit Salmantina Universitas, & colit vniversus Orbis, qui 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 13. dub. 2. præmotiones heroicè propugnat. Andræas Lao Procurator Generalis sui Ord. 1. p. q. 14. â. 13. dub. vlt. Fælicianus à. S. M. Magdalena tom. 1. de Provid. divinâ q. 2. Adde RR. PP. Joan. Baptistam Lezana S. Cong. Judicis Consultorem, Sapientiæ Rom. publicum Lectorem, ac Beneficiorum examinatorem, vide sup. n. 275. Waldensem sup. n. 264. Bachonium, & P. Marasca sup. n. 269. & alios, quos sup. n. 275. refert Lezana.

Et

Et vt Philal. nota proferam, Provincia eorum Belgica nobiscum in pręmotiones consentit contra scientiam mediã. Vnde R. Adm. P. Henricus à S. Ignatio Theol Lector, & R. Admodum P. Provincialis Assistens, hoc anno & hîc Duaci, & postea coram tota Provinciâ in Capitulo Provinciali has Theses propugnavit ad mentem Doctoris Angelici, sc. in Thesi 5. *Scientiam mediam è medio tollimus; quòd videatur August. imò Apost. Pauli principijs, supremoque Dei in voluntates nostras dominio repugnare; humilitatis fundamentum evertere; gratiam, tanquam pedissequam, creatæ voluntati, tanquam Dominæ subijcere; Denique impossibilis esse.* Et Thesi 12. *Prædestinatio certa est respectu consecutionis finis, non solùm certitudine præscientiæ, sed & ordinis & causalitatis divinæ voluntatis & auxiliorum ex se efficacium, quibus Deus illesâ libertate movet voluntates hominum; ad volendum quod vult, & quomodo vult.*

Oppono 6°. S. Præmonstratensium Ordinem in Belgio nostro, qui generosissimè pro præmotionibus contra scientiam mediam certat. exemplo sit Celeberrimum Monasterium Furnense, in quo velut in altero Athenæo omnes scientiæ etiam Philosophicæ & Theologicæ docentur, & pręsidet vbique Doctor Angelicus, & ex ipso præmotiones physicas suaviter elucidant.

288. Oppono 7° Subtilis Scoti Universam Scholam, quæ scientiam mediam nobiscum respuit, & præmotiones saltem morales docet.

Oppono 8°. Seraphicum RR. PP. Carmel. Discalceatorum Ordinem, qui pro præmotionibus contra Molinam æquali nobiscum rigore certat: ex quo vno plures pro præmotione scripserunt, quàm contra eam Philal. opponat. Demirari sufficiat Collegia ejus Salmanticense & Complutense, quæ pro D. Th. Doctrinâ tam solida & lucida ediderunt Commentaria, vt de eis & Scholâ nostrâ Caramuel hæc scripserit in Reg. S. Bened. disp. 34. n. 345. *Qui doctrinam Carmelitarum admirari voluerit, legat libros, quos varijs temporibus ediderunt. Complutensi Philosophico Cursui, & Theologiæ Salmanticensi Thomisticæ sententiæ, aliàs probabiliores, debent quòd sint inexpugnabiles securæ & certæ. Sic loquor, & non Thomista, commendo scholam, laudo libros; illam, quia nulla meliori; illos, quia nulli meliores. Liberè, dico, si deberem scholæ alicui nomen dare, illi potiùs quàm alteri, & in illâ, illis potiùs aliis vterer.*

289. 9° RR. PP. Capucinos, quos etiam probè nosco Molinæ nobiscùm adversari in hoc Belgio. Ex hoc Ordine pro præmotione contra scientiam mediam lucidissima edidit Commentatia R. P. Trigosus. Joannes etiam Maria Zomoro. De Deo vno & trino tract. 5. q. 4. a. 7. sect. 2. concl. 3. dicit, *Determinationem ipsam divinæ voluntatis, quâ vel bona operari, vel mala permittere decernit, à rebus ipsis proximisvè earum causis non pendere, ita nimirum vt ab his ad eam trahatur determinationem, sed ab ipsâmet voluntate tantummodo, liberrimoque ejus nutu proficisci.* Et sect. 3. n. 69. dicit,

69. dicit, ante Dei determinationem nullum futurum certò à Deo cognosci. Sect. autem 4. docet futura contingentia cognosci in determinatione suæ voluntatis.

290. Oppono 10. S. RR PP. Minimorum, sed merito Maximorum Religionem, quæ maximè ex quò in Capitulo Generali Barcinone n. 1661. sess. 15. vnanimi consensu Ducem & Doctorem sibi elegit S. Thomam, tota est Thomistica, & Molinæ in faciem resistens, premotiones physicas & gratiam ex se efficacem generosè & fortiter propugnat. Testis est Belgium nostrum, quod eos vbique intuetur Thomisticos Pugiles, ac strenuos præmotionum defensores: Qui etsi aliquando scientiæ mediæ apparenti specie illecti, & præmotionis horrore ex adversariorum imposturis (de quibus cap. 1. sect 2.) concepto nonnihil ad Molinam primùm deflexerint; vbi tamen veritate detectâ, scientiæ mediæ imaginariam speciem penetrarunt; & præmotionem apud Thomistas legentes, eam non nisi imposturis oppugnari, esseque planè SS. Aug. & Th. agnoverunt; doluerunt se deceptos, ac motu proprio gloriosè pro Domino elegerunt sensa in melius mutare, ac meliori fruge, acie in Molinam versâ, pro Aug. & Th. cum Thomistis fortiter certare. Hæc ex ipsorummet (quos potest Philal. consulere) ore scribo, qui de hâc meliori suâ sorte non modò gaudent, sed & gloriantur in Domino. Ex horum numero V. P. Joan. Schryvers

prædeterminante ac prævio. Denique pro Coronide recenset querelas Semipelagianorum contra efficaciam prædestinationis. Quid etiam alibi sentiant, collige ex R. P. L'Allemandet Ejusdem Ord. præclaro Scriptore qui tom. 1. Cursus Theol. disp. 9. partitione 3. ostendit nec antiquos Theologos, nec Patres Conc. Trid. scientiam mediam agnovisse, & sic ironicè concludit: *Quantæ igitur ignorantiæ tenebræ in antiquis Theologis, & quanta lux illuminans de novo præcipua Religionis nostræ mysteria apud RR. PP. Societatis orta!*

Oppositis Molinæ tot Celeberrimis Religionibus, duas etiam scientiâ & virtute præclarissimas Congregationes oppono, quæ veluti pro aris & focis heroicè certant pro præmotionibus & gratiâ ex se efficaci, procul ablegatis Molinæ inventis.

291. Prima sit *S.* RR. *PP.* Oratorij Congregatio, quæ ab initio Molinæ contraivit; vt patet ex Emin. Card. Baronij epistolâ (non odio Societ. Sed veritatis zelo ducti, vt ostendit *Philal.* n. 141) ad illust. D. de Villars Arciep. Viennensem, in quâ, vt refert ibid. *Philal.* dicit Molinam suâ sententiâ esse Ecclesiæ inutilem; vel saltem corrigendum, seque hortatum *PP. Societatis* vt illum non defenderent. Illam autem epistolam se vidisse testatur D. *Petrus* Matthieu Historiæ 7. annorum pacis tom. 2. lib. 7. narrat. 4. *Postea* de Molinæ defensoribus sic conqueritur Baronius tom. 6. annal. pag. 347. edit. Venetæ.

inf.)veriùs ergo oppono Lovanienſem & Duaçenam (quarum pro præmotione Scriptores leges inf.) Salmantinam & Valliſoletanam quæ Molinæ ſenſa zelo gratiæ Dei cenſurarunt. Oppono ex Complutenſi D. Uillegas Primarium Cathedraticum, & alios. Ex Oſcenſi D. Gaſparem Ram Primarium etiam Cathed.&c. Ex Parienſi,vide inf. Ex Salisburgenſi D.Reding. & alios; qui pro præmotionibus ſolidè ſcripſerunt.

Si Inſulas opponat? Belgium non egredior, & oppono totius Belgij Epiſcopos, & Canonicorum Collegia quæ ad exulandam à Belgio ſcientiam mediam Synodum decreverant, vt deſcribit imago primi ſæculi Societatis inf. alios lege apud Ioan.à S.Th.

294. Opponit Prædicatores? repono ego,vt alios omittam, ſæculi noſtri Cicerones & Galliæ ornamenta, D. Biroart S. Theolog. Doct. Ord. Cluniacenſis, Conſiliarium & Prædicatorem Regium tom. 2. Quadrageſimalis ſerm. pro 4.die Ueneris, præſertim p. 2. & ſerm. pro 6.die Martij p. 2. & tom. 1. de Sanctis ſerm. de Converſione *S.* Pauli, & de *S.* Auguſt. *P.* *Se*nault modò, vt audivi, *S.* Congregationis Oratorij *Præ*poſitum Generalem ſerm. de *S.* Aug. & de *S.Pa*ulo præſertim p 1.

Ex quibus à me obiter tactis & recenſitis, quia ſolùm defenſionem paro, patet paucos admodum præter Ieſuitas Molinæ adhærere. Imò ex ſingulis illis Ordinibus, & Congrega-

tionibus

tionibus plures quis possct Molinæ opponere, quàm vniversim nobis Philal. opponat: Imò, vt cap. 2. patuit, ex ipsâmet Societate plures iure possumus opponere.



CAPUT VI.

Utrum Dominicani aliqui contrarientur physicis præmotionibus?

SECTIO I.

Utrum B. Albertus Magnus, Udalricus, & Durandus, præmotioni adversentur?

295. B. Albertum præmotioni opponit Philal. quia 1. p. summę q. 61. memb. 8. habet: *Duplex est necessitas absoluta sc. quam vocat Anselmus antecedentem, quæ est ex causis proximis ad effectum ordinatis: & est necessitas consequens rei positionem, sicut sedentem sedere dum sedet,* &c. sed necessitas orta ex præmotione, ait Philal. non sequitur rei positionem sed causas proximas completè ad effectum ordinatas, ergo.

Deinde q. 67. memb. 3. ponit duplicem providentiam, aliam prædeterminantem, sicut est providentia necessariorum; aliam 2um concessionem

cessionem vt est providentia contingentium.

Resp. ex 1° loco haberi contra intentum Philal. præmotionem esse extra limites necessitatis antecedentis: Cum Albertus dicat ex Anselmo necessitatem antecedentem sumi ex causis proximis ad effectum ordinatis, ex naturâ suâ sc. & naturali determinatione; præmotio autem non est in lineâ, & genere causarum proximarum, sed causę primæ, cujus est motio & virtus. Hoc vbique S. Th. etiam inculcat, sc. quod necessitas non debet sumi ex causâ primâ cum supereminea t modis entis, & contingentiam ac necessitatem ęquè diffundat; sed ex causis proximis ad effectum ex naturâ suâ à Deo ordinatis: vide opusc. 15. c. 15. & 1. p. q. 19. art. 8. &c. imò vbique docet quod etiamsi causa prima esset necessaria, si causa proxima sit contingens, effectus erit contingens, quia causa prima movet quidem infallibiliter, tamen quia movet causam secundam vt agat modo suo, si hæc sit contingens effectus erit contingens vt habet S. Thom. q. 6. de malo ad 3. & alibi. *Philal.* autem imponit nobis, dum subsumit ex pręmotione oriri necessitatem; oritur quidem infallibilitas, sed non necessitas. Uide sup. num. 2. contingentia autem & necessitas oriuntur ex causis proximis à Deo pręparatis proportionaliter effectibus intentis. hoc vbique etiam *S.* Th. de quo aliàs.

2° loco cum ly, *prædeterminans*, sumatur prout idem est ac necessitans, vt patet, non potuit

potuit obijci nisi ex suppositis imposturis sup. cap.1.sect.2. recensitis. lege etiam sect. 1. fin. & num.245.

296 Præmotioni ergo non adversitur Albertus ; imò eam constanter statuit. vt enim D. Dionys. Carth. in 1. dist. 45. q. 2. refert, habet Albertus: *Si quid operantur causæ aliæ, hoc accipiunt à voluntate Dei operante, continente, moventeque eas:* Et addit Augustinum reprehendere eos, qui negarunt Deum movere ad opera naturæ. & lib. 2. dist. 37. q. 1. refert idem Dionys. Albertum dicere, quod *Deus directè atque causaliter inclinat ad bonum.* Premotionem etiam ad materiale peccati sic docet Albertus in 2. dist. 35 art. 7. *Cum actus malus sit simpliciter actus egrediens à potentiâ activâ perfectâ secundùm naturam, non egreditur ab eâ, nisi secundùm quod movetur à causâ primâ: alioquin sequeretur duo esse prima principia.* Ita refert Gonet de provid. Dei art 5.§ 7. Denique, vt refert idem Dionys. in 1. dist. 41. q. 1. sic sentit de prædestinatione & reprobatione; *Dicendum cum August. & Magistro, quòd prædestinatio & reprobatio non habent causam.* Tandem vt idem dist. 38. q. 1. refert, Albertus docet quod scientia Dei sit causa bonorum, Ad authoritatem quoque Origenis dicentis *quia futura sunt ideo Deus novit*, dicit *quod non intendit loqui de causâ rei* (vt tamen volunt Molinistæ) *sed de causâ consequentiæ: illa namque sumitur ab effectu ad causam & è converso.*

297. Quantùm ad *Vdalricum*; eum obijcit Philal.

Philal. hoc vno, quia dicit Deum non esse per se causam actus voluntatis inhærentis malo. Sed cum loquatur de actu malo, & vt inhæret malo, non potuit hoc *Philal.* obijcere, nisi imponendo quod velimus Deum esse causam actus mali, vt mali, vel non præscindendo malitiam.

Sed vt scias Udalricum, quem necdum vidi, nobis consentire; sic etiam D. Dion. Carth. in 1.dist.37.q 1. refert eum habere in summâ lib.2. *Deus est causa immediata non solùm creationis, conservationisque rerum, sed & cujuslibet operis creaturæ, & cum hoc etiam est causa mediata sicut efficiens per instrumentum.* Et postea: *Dupliciter dicitur aliquis operari per aliud seu alio mediante; 1° sicut per instrumentum, sicque Deus immediatè operarur, in quantùm per suam presentiam est in rebus: vnde sic est operans principale, & medium illud est 2^{rium} operans. 2° mediante virtute alterius, & ita in quolibet ordine causarum, causa prima sola est causa immediata, quoniam propriâ causat virtute, & alia non nisi virtute participatâ ab illâ.* Concursus autem faciens mediationem suppositorum, & virtutum, solùm potest esse prævius. Jllum autem non necessitare sic probat (teste eodem Dion. in 1. dist.38.q.2.) quia *effectus existens ab aliquâ 1^{a} causâ mediantibus causis 2^{is} sequitur proximarum conditionem causarum, magis quàm $1^{æ}$ causæ, quia causalitas $1^{æ}$ causæ attingit effectum mediantibus causis 2^{is} ac proximis, quæ causalitatem illam recipiunt secundùm suæ modum naturæ.* Concursus autem re-

ceptus

ceptus in causâ est physicus & prævius. Dicit etiam (teste eodem in 1. dist. 40. q. 1.) quod *propositum Dei efficax est, & immutabilis causa eorum quorum est.* Et quod *præscientia habet pro principio ipsum propositum Dei.* Dicit insuper (vt Dion. in 1. dist. 38. q. 1.) *si præscientia significet ordinem scientiæ Dei beneplaciti ad illa futura, quæ tali scientiâ novit Deus, sic præscientia non solùm dicit ordinem durationis, sed etiam causæ ad causatum; quia talis scientia est causa scitorum. Quod verò asserit Origenes non propterea aliquid venit quia Deus scit illud: intelligendum est de malis tantùm.* Denique idem Dion. in 1. dist. 41. q. 1. refert eum docentem prædestinationem, & reprobationem esse ante prævisa merita & demerita personalia.

298. Quantùm ad Durandum, non plus favet adversarijs quàm nobis, cùm omnem Dei concursum etiam simultaneum reijciat, velitque Deum eâ solâ ratione esse causam actuum nostrorum, quia dedit & conservat virtutem: vnde etiam ab adversarijs exploditur; quibus tamen magis adversatur, cum in 1. dist; 38. q. 3. n. 10 doceat *totam cognitionem, quam habet Deus de futuris contingentibus esse per eorum causam*; sc. per notitiam suæ essentiæ. sicque admittit decreta ex se efficacia, & scientiam mediam reijcit. dist. autem 42. q. 2. etiam docet prædestinationem non fieri ob prævisa merita.

SECTIO

SECTIO IJ.

Utrum S. Antoninus præmotioni adversetur?

299. AFfirmat Philal. quia 1. p. tit. 4. cap. 2. §. 3. docet decretum divinum non posse esse causam omnium actuum humanorum: *quia*, ait, *plures actus humani sunt mali; quæ autem sunt à Deo immediatè, non possunt esse nisi bona.*

Resp. quod Philal. suâ truncatione imponit S. Anton. qui ibi non dicit quod Deus non sit causa omnium actuum &c. sed quod non sit immediata causa. Jnteger ejus textus est: *Actuum humanorum oportet aliquam causam dare: non autem dicere possumus quod propria causa eorum immediatè sit Deus. Ratio est, quia ea quæ sunt à Deo immediatè, non possunt esse nisi bona; actus autem humani, alij sunt mali, alij sunt boni.* At verò estnè idem esse eorum causam, & esse causam immediatam? si esset causa immediata, in ipsum refunderetur malitia; si autem sit mediata, non in ipsum, sed in causam mediam refunditur.

Hinc *collige* 1°. S. Anton. reijcere concursum indifferentem, & non prævium. Quia statuit concursum, quo Deus ad actum concurrit mediante voluntate; sed concursus prævius concurrit mediante voluntate, non autem concursus

concursus indifferens, qui non est in causam, sed immediatè in actum, ergo. *Collige* 2° fidem Philal. qui vt S. Anton. suum faciat, facit hæreticum, seu negantem Deum causare omnes actus, quod S. Thomas, & B. Albertus censurant hæresis. *Collige* 3° quàm Philal. in S. Anton. versatus sit, cùm ei contradictorium habeat 1. p. tit. 6. cap. 12. Quamvis, ait, actus peccati in quantùm actus, & in quantùm ens sit à Deo, quia omne ens est à primo ente, & omnis actus à 1° actu, id est Deo; non tamen sequitur quod Deus sit causa peccati. Peccatum enim dicit actum cùm quodam defectu: qui defectus est ex causâ creatâ. Lege illud cap. & deprehendes pręmotionem ad materiale peccati.

Dico autem ego S. Ant. docere Deum movere voluntatem; præviè; physicè; flectendo independenter à circumstantijs; efficaciter; illęsâ libertate.

300. *Prob.* 1. *p.* quia 1 p. tit. 4. cap. 3. §. 1. habet: *Omnis motus tam voluntatis, quam naturæ, est à Deo sicut à 1° movente.* Idem c. 2. Cap. autem 4. §. 2. dicit *Deum imprimere & influere in voluntatem.* Et tit. 12. cap. 10. §. 2. *juvatur homo ad eligendum à Deo, in quantùm inclinatur ab eo per operationem divinam in intellectum & voluntatem.* Et 4. p. tit 9. cap. 5. §. 5. *Quantum ad 2um auxilium, vt sc. moveatur à Deo ad rectè agendum, sic jam habens habituale donum gratiæ, adhuc indiget tali auxilio. Et hoc propter duo. 1°. ratione generali, propter hoc, quia nulla*

nulla res creata potest in quemcumque actum prodire, nisi virtute motionis divinæ &c.

Et §. 7. *Sicut omnes motus corporales reducuntur in motum cælestis corporis, sicut in* 1um *movens corporale; ita omnes motus tam corporales quàm spirituales reducuntur in* 1um *movens simpliciter, quod est Deus; & ideò quantumcumque aliqua natura corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo: quæ quidem motio est secundùm suæ providentiæ rationem, non secundùm necessitatem naturæ, sicut motio corporis cælestis.* Illa autem comparatio cæli sic præmit P. Leslium opusc. de gratiâ efficaci cap. 4. vt neget cælum influere in causas inferiores corporales easve movere ad agendum, quod tamen est contra S. Anton. 1. p. tit. 12. cap. 10. §. 2.

Item ibid. §. 8. requirit illam motionem pro omni statu.

301. *Prob. 2. p.* quam ratio 1i moventis, comparatio cæli, operatio, impressio & influxus in causam, seu in voluntatem satis probant. Insuper 4. p. tit. 9. c. 4. §. 1. *Accipiendo*, ait, *gratiam pro auxilio Dei moventis animam ad bonum, sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis quasi præveniens divinum auxilium, sed potius quæcumque præparatio in homine potest esse, est ex auxilio Dei moventis animam ad bonum.* Posteà dicit illam esse *à Deo præveniente, & movente voluntatem*, &c. Item 1. p. tit. 4. cap. 4. §. 2. ait quod *voluntas indiget moveri* (*imò quodcumque*) *in quantùm est in potentiâ ad diversa*: & paulò post ait quod voluntas vo-

lens finem, est in potentiâ ad media; & quod ad illa voluntas movetur à Deo vt imprimente & influente in ipsam voluntatem. Atqui concursus requisitus ratione potentialitatis ipsius mobilis, est prævius; similiter impressio & influxus in voluntatem. Ergo.

302. *Prob.* 3. *p.* quia 1. p. tit. 4. cap. 3. §. 1. *Nota*, ait, *quod quamvis Deus moveat hominem ad agendum, non sicut proponens appetibile sensibile, vel sicut immutans corpus, sed etiam sicut mouens ipsam voluntatem. Unde ipse ait Joan.* 15. *sine me nil potestis facere. Non tamen hoc est contra rationem actus voluntarij.* Ibid. cap. 4. §. 2. *Movent ista exteriora voluntatem sicut objecta, non de necessitate. Nec etiam movent eodem modo, quo movetur volũtas quantùm ad exercitium actus ab aliquo exteriori agente imprimente in ipsam voluntatem, & influente; sic enim à solo Deo movetur, non autem ab Angelis etiam bonis.* Vide ibid. tit. 6. cap. 12. Ubi vides quod concedat Deo motionem voluntatis, quam negat Angelis, sed Angeli possunt movere eam moraliter & suadendo, non autem physicè, ergò dicit Deum movere physicè.

303. *Prob.* 4. *p.* quia vt referebam ad 2. p. voluntas motionem Dei requirit propter suam potentialitatem ad diversa manentem respectu mediorum etiam volito fine, sed motio requisita ratione potentialitatis, est ad tollendum istam potentialitatem, quod non potest fieri physicè, & ex parte exercitij, nisi effectivè determinando voluntatem, ergo docet illam motio-

motionem esse effectivè determinantem.

Sed & hoc clarè probat S. Anton. 4. p. tit. 9. c. 4. §. 1. *præparatio ad donum gratiæ recipiendum nondum habitæ contingit dupliciter. Cum enim, vt dictum est, sit à* Deo *præveniente & movente voluntatem hominis ad bonum: quandòque Deus movet hominem ad bonum, non tamen perfectum; & talis præparatio præcedit gratiam gratum facientem etiam tempore. . . . . Quandoque vero Deus statim movet hominem ad perfectum bonum, & subitò homo accipit gratiam: undè dicitur Eccl.* 11. *facilè est in oculis* Dei *subitò honestare pauperem. Et Joan* 6. *Omnis qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. Sic accidit in Saulo, qui cùm actu persequeretur Ecclesiam, & iter ageret ad capiendum Christianos, subitò luce circumfulsus recepit gratiam. Act.* 9. *Cùm ergo à Deo fiat ista præparatio, non refert quod fiat statim vel paulatim. Agens enim infinitæ virtutis Deus, sicut non exigit materiam, vel dispositionem materiæ quasi præsuppositam ex alterius causæ actione, ita non eget tempore*, &c.

Ubi clarè habes quod illa motio præveniens cum sit agentis infinitæ virtutis, non pendet à dispositionibus mobilis (quod tamen volunt Molinistæ) sed homines in pessimâ actuali dispositione positos, in contrarijs etiam circumstantijs potest statim convertere, & præparare; vt patet in Saulo.

304 *Prob.* 5. *p.* & patet ex loco jam cit. si enim Deus quia est infinitæ virtutis possit independenter à dispositione & conditione mo-

bilis ſtatim præparare ad gratiam, vt in Saulo, ejus motio debet eſſe efficax independenter à circumſtantijs.

4. p. tit. 9. cap. 4. §. 2. dicit quod *præparatio hominis ad gratiam poteſt conſiderari ſecundùm quod eſt à Deo movente : & tunc habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur; non quidem coactionis ſed infallibilitatis, quia intentio Dei deficere non poteſt : ſecundùm quod dicit B. Aug. de prædeſt. SS. quod per beneficia Dei liberantur certiſſimè quicumque liberantur. Undè ſi ex intentione Dei moventis eſt quod homo, cujus cor movet, gratiam conſequatur, infallibiliter illam conſequitur.* Vide etiam 1. p. tit. 12. §. 6.

Prob. 6. p. ex 1. p. tit. 4. c. 4. §. vlt. & tit. 4. c. 2. in princ. & cap. 3. §. 1. & tit. 12. cap. 10. §. 6. & 4. p. tit. 9. cap. 4. §. 2. & c. 5. §. 7. Omnia etiam hactenus dicta habet 2. p. tit. 12. c. 11.

305. Antonino comitem dat *Melchiorem Canum* Philal. quia de locis lib. 2. cap. 4. ad 7. habet : *Actionum ejuſmodi nec paſſionum vllo modo author eſt Deus.* Reſp. mirum eſſe quomodò Philal. intendat decipere, cùm ibi Cano expreſsè dicat ſe loqui de malo culpę, quod eſt pæna alterius culpæ. *Tunc enim*, ait, *nec actio, nec paſſio honeſta eſt; ſed is qui plectitur & agendo, & patiendo peccat.* &c. Talis autem actio non eſt materiale peccati, materialiter ſumptum, ſeu vt nullum exprimit ordinem ad formale, ſed eſt ipſummet peccatum : Thomiſtæ autem ſolùm docent Deum præmovere ad materiale materialiter ſumptum, non autem ad peccatum; imò

i mò nec ad materiale formaliter sumptum. Audis hæc Philal.? Nunc audi ex ore tuo judicium tuum. Quia secundùm te Cano negat præmotionem ad actum qui est malus, quia negat esse authorem ejus; & meritò quia author dicit principalitatem in causando, & sic movens aliud, ergò si Cano doceat Deum esse authorem actus, qui est malus, vt actus est, & non vt malus est, docet præmotionem ad illum vt actus est; sequelam hanc negare non potes, vel non constas: Atqui Cano id ibid. docet ad præcedens argum. *Deus igitur*, ait, *illic non erat otiosus. Sed ejus erat omninò author, quod in illo opere erat bonum: ab eo autem alienus quod in illo erat malum.* Ergo Cano docet Deum præmovere ad materiale peccati materialiter sumptum.

SECTIO IIJ.

Cajetanus præmotionem docet.

306. PRob. 1° quia 1. p. q. 45. art. 5. §. *Ad Durandum* habet; *Dicitur* 2°. *quod etiam illa propositio* (sc. omnis causa 2a. est instrumentum Dei) *est vera, vt patet ex q. 3. de potentiâ art. 7. vbi Angelus & omnis causa 2a non agit, nisi agatur à Deo multipliciter, vt diffusè ibid. ostenditur.*

Ubi habes quod doceat præmotionem ex S. Th. cùm q. illâ 3. de potentiâ apertum sit

S. Th. eam docere, vt alias ostendetur, & hoc ipsimet Jesuitæ non modò ij qui pręmotionem propugnant, vt habes cap. 2. p. 1. sed etiam, qui eam impugnant, fatentur, vt habes ibid. p. 2. Et hinc disce quàm ex eodem loco Thomistæ fideliter doceant esse D. Th. Dicit præterea Cajet. omnem causam 2^{am} esse instrumentum Dei, & hoc vide ibi; atqui 3. p. q. 13 art. 2. & q. 62 art. 4. docet instrumenta debere præmoveri *Physicè* à suo *Principali*, ergò. Deindè dicit omnem causam 2^{am} non agere, *nisi agatur à Deo multipliciter*, & id loco cit. ostendi; ex quo infer 1° quod cum agi dicat concursum in causâ receptum, docet concursum prævium. Infer 2° quàm malâ fide *Philal.* & alij, intelligant ibi *S* Th. de agi per solam collationem & conservationem virtutis, cum Cajet. dicat ibi ostendi causam 2^{am} agi alijs modis, seu multipliciter.

2° *Prob.* 1. 2. q. 109. art. 1. *Habes* 1° ait, *modicam Philosophiam eorum* (audiat hæc Lessius opusc. de gratiâ efficaci cap. 4.) *qui dicunt quod ignis combureret stipulam cessante motu cæli; non enim discernunt dependentiam motoris* 2^{i} *à* 1° *sed de hoc* 1. *p. tractatum est : nunc exemplariter adfertur ad ostendendum quod non solùm dependemus in esse, & conservari à* 1° *agente Deo glorioso, sed in operari. Ita quod ipso non cooperante non possemus operari quâcumque operatione, etiamsi conservaret nobis esse, & operativa principia omnia in nobis. Hoc autem in morali doctrinâ supponatur, in speculativâ autem discutienda*

sunt

sunt. Et vide si vis propterea in lib. 3. *contr. Gent. c.* 67. *in vlt. rationibus.*

307. Ubi habes 1°· quod præter dependentiam in esse & conservari, dependemus à Deo in operari, & ab ejus cooperatione; atqui illa dependentia est à concursu prævio, ergo. *Prob.* subs. 1° quia illam dependentiam dicit hic exemplariter ostendi ex dependentiâ sublunarium à cælo, de quá dicit se tractasse 1. p. atqui 1. p. q 115. art. 6. vbi de hoc agit, dicit illam dependentiam esse à concursu prævio cæli, sic enim §. *Ad evidentiam* habet, *nunquam agentia inferiora coagunt cælo, nisi simul patiantur à cælo, quoniam non movent nisi mota. Ordo verò est, quia prius naturaliter est inferiora corpora pati, & moveri à cælo, quàm coagere illi*, ergo. *Prob.* 2° quia ibid. §. 3um *dicendum.* Habet: *vniversaliter oportet esse verum quòd si aliqua duo concurrunt, & quodlibet illorum seorsum habeat totam seriem suarum causarum necessariam, & supremæ causæ vtriusque ordinis per se concurrant, quod oportet concursum omnium mediorum, & vltimorum effectuum necessariò causari a concursu supremarum causarum: non enim possum intelligere oppositum.* Ex quo patet, quod cùm Cajet. dicat in serie causarum necessariarum, concursum inferiorum causari necessariò à concursu supremarum, supponit in omni serie causarum, etiam liberarum, concursum inferiorum debere causari à concursu supremæ, neque enim valet argumentum à magis ad magis, aut à tali ad tale, nisi valeat à simpliciter; & maximè hic,

cum necessitas non sit causa cur concursus superioris causet concursum inferioris, sed solùm cur necessariò illum causet: Atqui causa est prior effectu, ergò concursus causæ inferioris dependet à concursu prævio superioris juxtà Cajet.

308. *Denique prob. concl.* absolutissimâ ratione. Quia Cajet. docet Deum movere, applicare, &c. voluntatem ad agendum; præviè; physicè; efficaciter; determinando effectivè; illæsâ libertate: ergò.

Prob. 1. *p.* ant. tum ex 1. p. q. 45. cit. tum. q. 105. art. 5. vbi docet Deum applicare causas 2as. ad agendum non addendo ly, *quasi*, ex quo addito à D. Th. in c. art. volebat Suarez, cum suam de præmotione sententiam retractasse, ex quo proindè omisso à Cajet. eum pro præmotione stare, inconstanter negabit Suarez. Tum etiam 1. 2. q. 80. art. 1. habet: *Intendit Author, quòd ad esse directè causam actus, qui est alicujus actus, sivè illud aliquid sit idem, sivè diversum à causâ, exigitur quod causa proprium principium illius actus moveat ad agendum.* Sicque concludit. *Oportet si omnipotentia divina causat actum meum, quod me moveat ad agendum, quamvis actum qui esset meus, posset sinè me causare.*

Prob. 2. *p.* tum quia per motionem intelligit prioritatem concursus, vt sup. n. 11. tùm 1. p. q. 45. cit. docet concursum in causam, & causas 2as esse instrumenta Dei; sed ille est prævius, & hæc præviè moventur, vt docet 3. p.

q. 13. art. 2. & q. 62. art. 4. ergo Tùm quia q. 80. cit. ex 1. 2. dicit quod vt Deus sit causa alicujus actus debet movere principium illius actus ad agendum, vbi vides illam motionem esse in causam, & insuper requisitam vt causet actum, sed causa est prior effectu, ergo & illa motio. Tùm ibid. q. 79. art. 1. docet Deum non posse causare actum vitalem nisi mediante principio vitali, quæ mediatio non potest esse nisi suppositorum; sed mediatio suppositorum ponit concursum prævium, cum 1um debeat prius agere in medium quàm in vltimum. Deindè 1. p. q. 115. art. 6. §. *Ad evidentiam*, docet motum cæli esse prævium, sed vt 1. 2. q. 109. art. 1. Deus movet voluntatem, sicut cælum sublunaria proportionaliter, ergo. Denique 1. p. q. 14. art. 13. §. in resp. ad 1um docet quod motio causæ 1æ recipiatur in 2dâ sicque eit in causam & prævia.

3. *p. prob.* tum quia motio recepta debet esse realis. Tum quia cęlum sic movet inferiora, & causa principalis instrumentalem; quibus tamen comparat Cajet. Deum motorem, vt sup. patet. Denique 1. p. q. 106. art. 2. sicut & alibi sæpe, distinguit motionem ex parte objecti & ex parte potentiæ, & concessâ priori motione voluntatis Angelo, 2am soli Deo reservat; quia sc. solus ille potest movere sine violentiâ voluntatem qui eam causavit, de quo aliàs; sed motio ex parte potentię non potest esse moralis, cum moralem non deneget Angelo

lo, sitque hæc ex parte objecti propositi, non immediatè ex parte potentiæ, ergo.

309. 4. *p. prob.* quia 2. 2. q. 172. art. 2. §. Ad 2um. concessa Angelo inspiratione propheticâ ex parte objecti, habet: *At si de inspiratione efficaci intelligendum est, cum prophetica dicitur inspiratio, constat quod cùm solius Dei sit efficaciter movere voluntatem, & ex parte ipsius voluntatis, vt inspirationis nomen sonat, dicendum esset, quod non est ab Angelo, sed à Deo immediatè, non per impressionem alicujus formæ in voluntatem* (hinc disce quæ dixi cap. 1 sect. 2.) *sed per actualem motionem interiorem, quâ solùs ipse creator voluntatis, potest eam cùm vult, & quo vult movere, juxta illud: Cor Regis in manu Domini*, &c. In Commentario autem ad illud Prov. 21. *Cor. Regis*, &c. Habet: *Efficaciam simul & facilitatem divinæ operationis ad inclinandum cor hominis quocumque Deo placuerit, describit, Salomon instar dividentis aquam in multos rivos*: &c. 1. p. q. 23. art. 6. docet quod prędestinatio habet certitudinem etiam causalitatis, & ibid. §. Adverte, eandem tribuit providentię, ergò concursus quo exequitur suam prædestinationem & providentiam, est ex se efficax, & habet certitudinem causalitatis.

310. Prob. 5. p. quia habet certitudinem causalitatis, vt loco jam cit: eam autem habere non potest si sit indifferens, sed solùm certitudinem ordinis & præscientiæ, vt etiam volunt Molinistæ; ergò illa motio determinat effectivè. Sed alijs omissis sufficiant quę habet 1. p. q.

22. art,

22. art. 4. vbi & sibi sic obijcit: *Si infallibile est me diluculo primo futuro scribere, quamvis potentiam habeam ad vtrumlibet, id est ad scribendum tunc, attamen potentia ista atque libertas non exibit in actum negationis scribendi, sed affirmationis; sic quod inevitabile est quin affirmatio eveniat. Et si sic est, cum jam ab æterno divina providentia sit in actu determinata respectu omnium. & immutabilis, & infallibilis* &c. *Sequitur quod de facto omnia inevitabiliter eveniant, quamvis quædam contingenter, quædam necessario. . . & si omnia inevitabiliter eveniunt de facto, vt quid consiliamur, & conamur ad hæc magis quam ad illa prosequenda vel vitanda?* Attende an hoc argum. sit contra concursum indifferentem, & non eo vtantur contra nos adversarij? Sed quid ad hæc Cajet.? nunquid negat Dei providentiam ab æterno determinatam respectu omnium, ita quod omnia infallibiliter eveniant? Non planè, sed hoc astruit. Prius tamen te cautum volo Cajet. hîc malè confundere inevitabilitatem cum infallibilitate, vt etiam cùm alijs advertit Molina, & de hoc Cajetanùm reprehendit. 1. p. q. 22. art. 4. de quo vide supra n. 2.

411. Resp. ergo Cajetanus Doctores communiter dicere, [quòd esse provisùm, seu volitum, seu prædestinatum (pro eodem enim quoad hanc difficultatem omnia accipio) sequitur inevitabilitas (*non tamen dicunt sequi inevitabilitatem sed infallibilitatem*) ego tamen vt non opponam me contra torrentem (*audis Torrentem sic sententium?*) nec asserendo,

sed

„ sed stante semper captivitate intellectus in „ obsequium Christi, suspicor quod quemad- „ modum esse provisum, nec contingentiam, „ nec necessitatem ponit in eventu proviso, vt „ in litterâ dicitur: eò quia Deus est causa su- „ perexcedens eminenter præhabens necessa- „ ria & contingentia: per hoc enim evadit S. „ Th. ab illâ ratione 6. met. hîc allatâ, inten- „ dit enim quod propositiones Arist. verifican- „ tur in causis particularibus, quarum aliæ „ sunt necessariæ, aliæ contingentes; aliæ per „ accidens: Non autem in causâ Universalis- „ simâ excedente necessarias & contingentes, „ per se, & per accidens: quoniam ad eam spe- „ ctat producere vt effectus electos non solùm „ res, sed omnes rerum & eventuum modos. „ Ita elevando altiùs mentis oculos ipse Deus „ ex suâ altiori quàm cogitare possumus ex- „ cellentiâ, sic rebus eventibusque provideat, „ vt esse provisum ab eo sequatur aliquid al- „ tius quàm evitabilitas, vel inevitabilitas, vt „ sic ex passivâ provisione eventùs, neutrius „ combinationis alterum membrum oporteat „ sequi. Et si sic est, quiescet intellectus non „ evidentiâ veritatis inspectæ, sed altitudine „ inaccessibili veritatis occultæ . . . Nec pro- „ pterea negandum aliquid eorum, quæ ad di- „ vinam immutabilitatem, actualitatem, certi- „ tudinem, atque vniversalitatem & similia „ spectare scimus, aut ex fide tenemus, sed sus- „ picor aliquid occultum latere, vel ex parte

ordinis,

„ ordinis, qui est inter Deum & effectum pro-
„ visum; vel ex glutino inter ipsum eventum,
„ & esse provisum arbitror: & sic intellectum
„ animę nostræ oculum noctuæ esse conside-
„ rans, in ignorantiâ solâ quietem illius inve-
„ nio. . . . Nec propterea omnes Doctores præ-
„ sumptionis accuso: quoniam balbutiendo vt
„ potuerunt, immobilitatem ac efficaciam sum-
„ mam & æternam divini intellectus, volunta-
„ tis, potestatisque insinuare intenderunt om-
„ nes per infallibilitatem ordinis (*ecce infallibili-*
„ *tatem quam legit in antiquis, non inevitabilitatem.*)
„ Divinæ electionis ad eventus omnes: quo-
„ rùm nihil præfatæ suspicioni obstat, quæ al-
„ tiùs quid in eis latere credit.

Dicit ergò quod Doctores communiter, & torrens Doctorum, dicant ad provisum, sequi infallibilitatem. Et ipse dicit quod ad provisum sequatur aliquid altiùs evitabili, & inevitabili, quia Deus producit rem cum suis modis, cum ergo infallibilitas dicat aliquid altiùs, vt cap. 1. sect. 1. visum est, patet quàm benè Cajet. dicat illos Doctores suæ opinioni non adversari, neque se illis: & etiam in modo loquendi convenissent, si distinxisset inter infallibile & inevitabile. Dicit deindè hoc dato se quietandum in suâ ignorantiâ; à quo refugio fugiunt Molinistæ: & quod propterea non sit negandum aliquid eorum, quæ ad immutabilitatem divinæ voluntatis pertinent; tamen propterea Molina ea negat. Tandem quod hæc sint credenda,

denda, quod Molinistæ nobis improperant. Ex quo vno loco non solùm habemus Cajet. docere Dei determinationem inferre determinationem nostrę voluntatis, sed etiam prę motionem quoad omnia sua attributa.

Ultima pars patet ex jam citatis, & q. 14. art. 13. & vbique.

312. Prob. 4° ex notione causæ 2æ quam vult esse causam causæ mediæ vt causa est, & causalitatis ejus. Sed concursus quo causa 1a. est causa mediæ vt causa est debet esse prævius, quia debet intelligi antequam causa media sit causa, & antè ejus causalitatem, quia causa præcedit effectum naturâ & causalitate, ergo. Mai. autem sic habet 1. p. q. 2. art. 3 §. *Ad hoc*
„ *breviter:* [Oportet ad hoc quod causæ ratio
„ servetur vt causalitas illius compleatur; ac
„ per hoc quidquid repugnat complemento
„ causalitatis alicujus causæ, repugnat causæ
„ illi: Cum igitur causa media verè causa sit,
„ oportet ipsam habere propriam causalitatem
„ completam. Tunc sic: complementùm cau-
„ salitatis causæ mediæ nullatenùs potest esse
„ sinè dependentiâ à 1a causâ, ergò causa me-
„ dia, vt est causa media dependet à 1a ergò
„ optimè dicit Aristot. & habetur in litterâ,
„ quod 1um. est causa medi . conseq. nota, &
„ antec. Prob. si tolleretur causa 1 sic, quod
„ antè omnem causam esset alia causa, nun-
„ quam perficeretur causalitas istarum causa-
„ rum essentialiter dependentium, ergò com-
plementum

„ plementum mediarum dependet à 1ª. Con-
„ ditionalis est clara, quia infinitas descensus,
„ vel ascensus repugnat complemento. Con-
„ seq. autem patet: quia constat quòd comple-
„ mentum mediæ causæ dependet ab aliquâ
„ antecedente, & non à priore tantùm, vt pa-
„ tet ex conditionali, ergò à 1ª.

Cajet. Molinæ principia evertit.

313. 1. p. q. 14. art. 13. §. *Ad objectiones* habet: *Futura igitur contingentia vt futura ex causis indeterminatis non sunt scibilia, vt in litterâ dicitur, nec à Deo, nec à quocumque; quia non sunt entia, nec in actu, nec in potentiâ magis ipsa quàm opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia juxta determinationem causarum.* Vides Cajet. stare contra Molinam volentem illa cognosci in causis indeterminatis, & contra Molinistas volentes illâ cognosci in suâ veritate objectivâ antè determinationem omnis causæ: Stare verò cum Thomistis volentibus illa cognosci ex determinatione causæ.

Ibid. §. *Contra* 2um. docet Deum cognoscere futura in ideis. Et §. *ad* 2um ideas repræsentare futura contingentia *suppositâ liberâ determinatione divinæ voluntatis ad alteram partem contradictionis, vt ipsemet Scotus acceptat de repræsentatione horum in essentiâ, vt ratione intelligendi.* Ex quo vides Dei decretum dare eis futuritionem, ex eo quòd Deus se determinet ad alteram partem contradictionis.

nis. Ibid. §. *Ad hujus difficult.* dicit quod *Dei ſcientia non cauſat niſi determinata à voluntate.* Ergò ſcientia approbationis eſt cauſa rerum, vt volunt Thomiſtę, & non ſimplicis intelligentiæ, vt volunt Moliniſtæ.

Et q. 23. art. 6. dicit prædeſtinationem & prouidentiam non ſolùm habere ordinem præſcientię, ſed etiam cauſalitatis reſpectu effectuum. Quod ad radicem vſque præſcindit Moliniſmum. Ibid. ad art. 5. docet prędeſtinationem non fieri ex præviſis meritis, & §. Ad hęc: dicit: quod non ſolùm ipſe bonus vſus lib. arb. ſed etiam modus, quo eſt à nobis, cadat ſub prædeſtinatione.

314. Tandem q. 14. art. 13. §. *Quoad* 2um. præmonſtraverat radicem ex quâ decipiuntur qui putant pręmotionem infallibilem tollere libertatem: ad quam nolunt attendere Moliniſtæ. [Cum regulare ſit quod ſuperius præhabet in ſe vnitè, quę in inferioribus ſunt ſparſa, conſequens eſt vt cauſa 1ª ſuperior neceſſarijs & contingentibus, præhabeat in ſe non formaliter ſed eminenter naturam & modum cauſarum neceſſariarum, & contingentium, & ſit cauſa vtrorumque: & cooperatur vtriſque ad earum proprios effectus ſecundùm modos earum. Et propterea nos, quibus omnis cauſa videtur neceſſaria aut contingens, ſtupemus non prævalentes videre quomodò vna cauſa ſit communis neceſſàrijs & contingentibus immediatè. Sed ſi

" si elevemus mentis oculos in excellentius
" genus causæ eminentioremque causandi mo-
" dum, cessat stupor & omnia consonant,
" quamvis remaneamus in caligine non in-
" tuentes illum modum, quo omnibus intrin-
" secè illabens, cunctis juxta suos modos coo-
" peratur: & hoc est valdè attendendum in
" hujusmodi materijs.

Satisfit Philal.

315. Philal. Cajet. nobis opponit. 1°. quia 1. p. q. 19. art. 8. §. *Ad 1am. rationem Scoti*, sic resp *Dupliciter contingit causam 2am moveri à 1â. vno modo motione prævià propriæ actioni, sicut baculus movet lapidem motus à manu: alio modo motione cooperativâ intrinsecè propriæ actioni.* Et infra: *Non oportet cum aliquis vult aliquid, seu cùm sol illuminat, 1am causam prævià motione cooperari; sed sufficit, & exigitur, eam intrinsecè cooperari tali actioni vel illuminationi.*

Deindè 1.2. q 9. ar. 6. in resp. ad 3. *Habetur quod Deus non solùm potentiam voluntatis dat, sed & actum volendi clausum in omni actu volendi, ipsam sc. volitionem boni. In omni enim volitione hæc volitio clauditur, vt principium in conclusione. Et propterea in litterâ dicitur, quod ex hâc volitione, voluntas per rationem determinat se ad hoc vel illud bonum verè vel apparenter, & sinè illâ præsuppositâ volitione nihil omninò velle potest. Et hæc volitio est illa, ad quam dictum est oportere voluntatem moveri ab alio, etiam*

quoad exercitium actus: secundùm hanc enim fertur actu in finem. Addit Phil. Cajet. similia habere 1. p. q. 41. art. 2. & 1. 2. q. 9. art. 4.

3. Opponit loca à Bannez citata, & à se relata n. 27. quibus Bannez fatetur eum favere Molinæ; *Displicet*, ait Bannez, *quod ait Cajet, virtutem causæ 1æ modificari per 2am. non tamen impediri.*

Denique 1.p.q 57.art.3.habet: *futurum contingens in suâ causâ vt sic est penitus ignotum.*

316. Ad 1. Resp. Cajet. non negare motionem quæ est applicatio virtutis causæ 2æ ad agendum, sed solùm illam quę sit tota ratio agendi, & det totam vim agendi causæ inferiori, ita quod operetur præcisè vt mota, & vt instrumentum, hoc enim esset tollere proprias virtutes à causis 2is. quia sic nullas haberent proprias operationes. Si Philal. amasset veritatem, hoc advertisset in Cajet. tùm quia Caj. exemplificat motionem pręviam, in motione baculi à manu, quæ motio est tota ratio movendi ipsi baculo vt instrumento. Tùm verò, quia ibid. eandem distinctionem alijs terminis explicans Caj. sic habet. 2° *distinguendo ly in quantùm mota, quoniam potest denotare causam præcisam & potest denotare concausam: & si quidem denotet causam præcisam minor est falsa; non enim causa 2a. movet ob hoc præcisè, quia movetur, sed etiam ex virtute propriâ. Si autem denotet concausam, major est falsa: quoniam stat causam 2iam. necessariò moveri à 1a. & cùm hoc ipsum moveri modificari ex naturâ causæ 2æ.*

&

& sic movere causæ 2æ provenit non ex moveri tantùm, sed ex moveri & modo proprio ipsius causæ 2æ. Ex tali autem modo consurgere potest, quòd non necessariò movet, vt patet in causis defectibilibus. Illa autem propositio adjuncta, sc. causa 2a nihil agit nisi in virtute 1æ non juvat: quoniam non est sensus quod causa 2a nullam virtutem habeat nisi 1æ sed quod ipsa 2a nullum effectum producit, nisi in virtute 1æ concurrente & conjungente virtutem 2æ suo effectui: quoniam 1a omnia attingit immediatè immediatione virtutis, vt in q. 8. declaratum est. Non poterat clariùs se explicare & docere concursum prævium, sed Phil. noluit videre.

317. Nec putes cooperationem sumi pro concursu simultaneo: cooperatio enim & concursus sunt synonyma, & simultaneo & prȩvio concursui communia; hîc autem cooperatio ad prævium restringitur, vt jam patet: concursum autem prævium vocat cooperationem, vt ostendat sub illo voluntatem non solùm moveri, sed etiam se movere, vt monet 1. 2. q. 111. art. 2.

Ad 2. etiam docemus Deum movere voluntatem ad 1um velle quo supposito voluntas fit potens se determinare & movere, quia jam habet partem motam: sed semper sub motione Dei. Nec enim imaginandum est Deum movere ad 1um. actum & non ad alios, vt patet ex Cajet. (vt alia omittam) 1.2.q. 80. a. 1. sup. n. 308. imò ex eo quod moveat ad 1um. actum sequitur quod moveat ad omnes alios, vt indu-

ctione probat S. Tho. de quo aliàs.

318. Ad 3. falsum est quòd Bannez fateatur Cajet. favere Molinæ, vt patebit legenti Bannezium. Falsum etiam est Cajet. ibi favere Molinæ. Ut vtrumque videas; Cajet. 1. p. q. 14. art. 13. loco à Philal. intento, habet : *stat quòd causa 2ª necessariò moveatur, & non necessariò moveat aliud, quia motio causæ superioris modificatur in causâ 2ª secundùm modum ipsius causæ 2æ. Et sic licet à 1ª causâ moveatur necessariò causa 2ª recepta tamen motio in 2ª si 2ª causa imaginetur contingens, modificatur contingentiâ recipientis, & quoniam prius naturâ modificatur quàm impellat ad movendum, motio illa jam modificata ad causam contingentem, movebit 2ªm ad movendum non necessariò sed contingenter.* In quibus nil est favens Molinę, nec nobis dissentiens. Molinistę enim nolunt quod modificetur Dei concursus priùs naturà quàm impellat, vt Philal. dicit n. 10. in fine. Nec volunt quod motio Dei impellat ad agendum, nec quod recipiatur in causâ 2ª, horret enim Molina motum in causam, ergò in nullo favet Molinistis. Nobis autem non dissentit; quia Cajet. solùm vult motionem Dei determinari à causâ 2ª materialiter, non autem effectivè, quod omnes Thomistæ, si Bannem excipis, admittunt: quod solùm importat Deum accommodare suam motionem modo causę 2æ & eam limitare ad modùm ejus; quod non impedit quin illa motio sic determinata materialiter, determinet & impellat effectivè 2am.

ad

ad agendum. Sicut v.g. artificis motio determinatur, & limitatur materialiter à securi v. g. ad scindendum, si enim velit eâ vti, debet esse ad scindendum, quia ille est ejus vsus, & illâ non potest scribere, tamen motio artificis non determinatur effectivè à securi, sed à voluntate artificis, qui securim movet quando, & quantùm vult; imò contrà motio artificis sic determinata à voluntate volente vti securi secundùm vsum ejus proprium, securim effectivè determinat & impellit, ita vt scindat quandò vult, & quantùm vult. Ita motio Dei materialiter modificata à causâ 2ᵃ· vt secundùm modum ejus eam moveat sc liberè si libera, necessariò si necessaria est, ipsam causam 2ᵃᵐ· impellit, & determinat effectivè. Talem autem esse Cajet. sensum, præter dicta patet in quæst. vnicâ de infinitate Dei vbi circa finem §. *Ad horum autem 1ᵘᵐ* habet : *Ad hoc quod infinitas velocitatis proveniat à virtute infinitâ, exigitur quòd virtus illa absque vllâ modificatione attingat motum, hoc autem motoris mediatio tollit: quia virtus 1ⁱ motoris modificata in 2ᵒ & non in suâ illimitatione, attingit motum.* Ubi vides motionem moventis localiter modificari materialiter in motore medio, per hoc quod volendo mediante illo movere, non agit in suâ illimitatione, sed accommodatè ad modum mobilis, & tamen illa motio impellit effectivè, & determinat ipsum mobile, non ècontrà.

319. Ad 4. cum sit apertum Cajet. ibi loqui

de causis contingentibus secundùm se quia *ut. sic*; stupeo hęc obijci à Theologo.

Cajetano annectit Philal. Didacum Deza, quia dicit quod voluntas nostra solùm egeat moveri ad 1um actum, quo supposito se liberè movet; sed patet ex jam dictis ad 2um.

SECTIO IV.

Ferrariensis præmotionem docet,

320. PRob. quia docet Deum movere causas 2as ad agendum; prævie; Physicè; efficaciter & infallibiliter; determinando effectivè voluntatem; illęsâ prorsus libertate; sed hoc est præmovere, ergo.

321. *Prob. mai. pro 1. p.* hoc enim clarè docet lib. 3 cont. gent. cap. 67. cap. autem 76. ad n. 4. *Attende*, ait, *quòd ratio hæc fundatur in hoc, quòd Deus ad actiones omnium rerum operatur, ut sup. est ostensum, non solùm dando agentibus virtutes per quas operentur, sed etiam dando usum ipsarum virtutum.* Ibid. cap. 89. dicit voluntatem non solùm moveri à Deo ad primos actus; *sed habet*, ait, *alios actus liberos, eos videlicet ad quos ipsam movet Deus, non tanquam necessariò volentem, sed liberè: sicut sunt actus circa ea quæ sunt ad finem.*

322. *Prob. 2. p.* Concursus, quo Deus agit mediatè mediatione suppositi, & immediatè immediatione virtutis non potest esse simulta-

neus,

neus, ſed eſt prævius, vt notum eſt, & vide Molinam 1. p. q. 14. art. 13. diſp. 6. ſed Ferrarienſis docet talem concurſum lib. 3. cont. gent. c. 70. vt videre eſt, ergo. Lib. autem 1. cap. 67. ad 2. cont. rat. 5. ſic adſtruit & explicat prioritatem: *ad 2.um dicitur; quòd cauſa 1.a producens effectum mediante causâ 2. non in aliquâ priori duratione attingit effectum, in quâ non attingatur à causâ 2. licet dicatur priùs agere, in quantùm 2.a non agit niſi virtute 1.æ* quid ſit autem agere in virtute 1.æ diſce ex l. 3. c. 70. jam citando.

323. *Prob.* 3. p. quia lib. 3. cap. 70. habet: *Advertendum ex doctrinâ S. Th. de pot. q. 3. art. 7. ad 7. duplex vis ad agendum rebus creatis ineſt dum agunt, vna eſt forma habens eſſe firmum & ratum in naturâ, per quam agunt tanquam propriâ & naturali virtute. Alia eſt vis quæ eſt intentio ſola virtutis divinæ habens eſſe incompletum per modum, quo colores ſunt in aere & virtus artis in inſtrumento, & iſta vis non convenit rebus niſi quando actualiter operantur, & agunt tanquam divinæ virtutis inſtrumenta, ſicut & virtus artis non remanet in inſtrumento, niſi quando ipſo vtitur ad operationem artis. Deus ergo dat rebus naturalibus vtramque virtutem, ſed ſecundam tantùm eis communicat dum eas ad operationem applicat: ideò dixit S. Th. quod ſuperius agens dat inferiori agenti virtutem per quam agit, vel conſervat eam, quod pertinet ad 1.am virtutem, vel applicat ad agendum, quod per 2.am virtutem efficitur.* Ergo docet motionem realem, & quæ *ineſt dum agunt.* Ex quo vno loco evidens eſt eum præmotionem docere.

docere. Vid cap. 1. sect. 4. Cap. autem 140. ad rat. 5. sic docet quod moveat moraliter & Physicè. *Cum Deus vnumquodque ad executionem operis moveat secundùm quod ejus conditio exigit, conveniens est vt moveat voluntatem illi bonum & malum proponendo, quamvis etiam interiùs ipsam possit effectivè movere.*

Prob. 4. *p.* tum quia docet quod moveat effectivè ad agendum, movere autem effectivè, est determinare effectivè, cum movens agat propter aliquem finem seu terminum. Tum id supponit lib. 3. cap. 90. in fine. Et denique expressè habet cap. 89. ad conf. vide infra num. 326.

324. *Prob.* 5 *p.* lib. 3. cap. 92. § 2ª. *differentia:* habet: *homo non semper eligit id quod Angelus custodiens intendit, neque id, ad quod cæleste corpus inclinat; semper autem eligit id, quod Deus in ejus voluntate operatur.* Et postea *quòd necessarium sit ex suppositione voluntatem velle id ad quod Deus eam movet, absolutè tamen contingenter vult, & liberè* Idem lege infra n. 327.

Prob. 6. *p.* tum ex loco jam cit. tum ibid. c. 148. habet: *ex eo quòd Deus omnibus secundum modum suæ naturæ, providet, vt dictum est, habetque natura rationalis vt liberè agat, constat quòd trahi, vrgeri, & similia non dicunt coactionem sed tantùm inclinari & moveri ad bonum libertate servatâ.* Vide etiam supra n. 321. & infra n. 327. 329.

Ferrar.

Ferrar. ſoluit Moliniſt. argumenta.

Lib. 3. cap. 89. ipſemet loco quo eum contra nos „ *citat Philal. ſic objicit.* Nulla potentia habet „ perfectè in ſuâ poteſtate effectum, qui non „ poteſt cauſari ab eâ immediatè, nec ab aliquâ „ causâ cujus cauſatio non eſt in poteſtate il„ lius potentiæ: quia quod habet perfectè ef„ fectum in ſuâ poteſtate, poteſt ſe ſolo in il„ lum, vel cauſatio cujuſlibet concurrentis eſt „ in ejus poteſtate: ſed cauſatio Dei non eſt in „ poteſtate voluntatis creatæ, ergo *&c.*

„ Confirmatur, quia quod ab alio determi„ natur ad aliquid, non habet perfectè illud in „ ſuâ poteſtate.

„ 2° Illud non eſt contingens propter habi„ tudinem ſui ad aliquam cauſam, ad cujus „ eventum cauſa ſuperior eſt determinata, cu„ jus cauſæ determinationem neceſſariò ſequi„ tur determinatio omnium cauſarum infe„ riorum; ſed ſi voluntas divina eſt cauſa im„ mediata meę volitionis, jam eſt aliqua cauſa „ determinata reſpectu ejus, ſc. voluntas Dei, „ & determinationem ejus neceſſario conco„ mitatur determinatio voluntatis meæ reſ„ pectu ejuſdem, igitur.

„ 3° Cum Deus ſit cauſa prior voluntate, „ quæritur an in illo priori ſigno Deus cauſet „ immediatè rectitudinem perfectam in velle, „ an non: ſi 1um ſequitur quod voluntas in 2° ſigno

„ 2°· signo non peccat, quia non causat in ef-
„ fectu oppositum ejus quod 1.ª causa causat:
„ si 2ᵘᵐ idem sequitur quia non potest in vel-
„ le rectum *&c.*

Ad resp. dicit solutionem patere ex dictis de sci ntiâ & voluntate lib. 1. Deindè supponit quod Deus immedi tè causet actum voluntatis immediatione virtutis, non autem immediatione suppositi Hoc supposito.

„ 325. Resp. ad 1ᵘᵐ quod habere perfectè
„ in suâ potestate effectum dupliciter potest
„ intelligi: vno modo, quia illum potest pro-
„ ducere & non producere,& à nullâ aliâ cau-
„ sâ dependentiam habet in illius effectus pro-
„ ductione: & sic neque voluntas, neque quæ-
„ cumque alia causa creata habet effectum
„ perfectè in suâ potestate, quia omnis causa
„ creata necessariò dependet à 1ª· causâ sicut
„ in essendo, ita & in causando: alio modo,
„ quia potest producere effectum, & non pro-
„ ducere, suppositâ 1ª· causâ à quâ dependet,
„ & à nullâ causâ ad producendum aut ad non
„ producendum necessitatur: & sic concedi-
„ tur quod voluntas habet perfectè in suâ po-
„ testate volitionem suam: & ad hunc sensum
„ neg. major: stant enim simul quod aliqua
„ causa 2ª secundùm se & absolutè possit pro-
„ ducere & non producere effectum, & ta-
„ men causatio alterius superioris causæ non
„ sit in ejus potestate, quia vt in superioribus
„ est ostensum, stat libertas 2ᵃ· causę cum ne-

cessitate

„ cessitate immutabilitatis, sivè cum necessi-
„ tate suppositionis 1æ causæ Ad prob. neg.
„ assumptum. Non enim oportet vt quod ha-
„ bet in potestate suum effectum illum se solo
„ omnino possit efficere; sed sufficit vt se solo
„ tanquam proximo agente possit illum efficere-
„ re Nec etiam exigitur vt causatio cujuslibet
„ concurrentis sit in ejus potestate; sed sufficit
„ vt in ejus potestate sit causatio causæ con-
„ currentis sui ordinis, quæ sc. sit causa pro-
„ xima.

„ 326. Ad Confirm. patet per idem; quia po-
„ test aliquid determinari ab alio ad effectum,
„ & tamen habere illud in suâ potestate 2°.
„ modo sup. dicto; eo quod causa 1a movet
„ vnamquamque causam 2am ad suum effec-
„ tum secundùm conditionem ipsius causæ 1æ.
„ causam enim non potentem deficere sic ad
„ suum effectum determinat, vt ipsum neces-
„ sariò absolutè producat; causam autem quæ
„ deficere potest ita determinat, vt tamen ab-
„ solutè deficere possit in producendo.

„ Ad 2um dico 1. quod vtique non dicitur
„ aliquis effectus contingens in ordine ad vo-
„ luntatem nostram tanquam ad 1am radicem
„ contingentiæ & libertatis, sed in ordine ad
„ sapientiam & voluntatem divinam, vt sup.
„ est ostensum, in quantum sc. Deus determi-
„ navit aliqua quidem evenire necessariò, &
„ istis dedit causas necessarias, alia verò evenire
„ contingenter, & istis dedit causas contingen-
„ tes. 327.

„ 327. Dic. 2. quod major est falsa de causâ
„ superiori quæ est determinata non necessa-
„ riò absolutè; sed voluntariè, & est causa ef-
„ fectus aliarum causarum tam secundùm
„ esse, quam secundùm modum necessitatis
„ aut contingentiæ. Isto enim modo Deus est
„ causa determinata ad productionem creatu-
„ rarum, quia videlicet liberè se determina-
„ vit ad ipsarum productionem, cum posset
„ absolutè oppositum determinare modo in
„ superioribus ostenso: licet ista determinatio
„ sit necessariò necessitate immutabilitatis.
„ Item determinavit vt talis effectus necessa-
„ riò, talis verò contingenter eveniat, & ejus
„ determinationē sequitur determinatio om-
„ nium causarum, quia videlicet effectus quos
„ determinavit per istas causas evenire neces-
„ sariò, ipsæ causę necessariò producunt: illos
„ verò quos determinavit per illas causas con-
„ tingenter & liberè evenire, ipsæ causæ effi-
„ ciunt contingenter. Cum istâ tamen contin-
„ gentiâ absolutâ effectus in ordine ad suam
„ causam proximam sup, est ostensum stare
„ necessitatem suppositionis, quâ dicitur ef-
„ fectus contingens evenire necessariò & in-
„ fallibiliter, supposito quod Deus velit illum
„ evenire voluntate consequente, & voluntate
„ completâ.
„ 328. Ad 3. dic. quod non datur ex parte rei
„ aliquod signum prius, in quo Deus ante ipsā
„ voluntatem producat volitionem nostram;
si autem

„ si autam sit sermo de prioritate secundùm
„ nostrum modum intelligendi, dicitur, quod
„ in illo priori in quo intelligimus volitionem
„ quæ est peccatum, terminare actionem di-
„ vinam antequam à voluntate producatur,
„ Deus dat volitioni perfectam bonitatem, quę
„ nata est sibi convenire secundùm suam enti-
„ tatem absolutam, & in ordine ad Deum, non
„ autem illam, quæ nata est sibi convenire in
„ quantùm ab humanâ voluntate procedit:
„ cum infertur ex vtroque membro quod tunc
„ voluntas in 2. signo non peccat, neg. conseq.
„ Ad 1ᵃᵐ conf. probationem dicitur, quod illa
„ deformitas quæ convenit actui volitionis, vt
„ à voluntate humanâ dependet non opponi-
„ tur bonitati & rectitudini, quam Deus in il-
„ lo actu causat, sed rectitudini quam causat
„ humana voluntas; bonitas enim naturæ &
„ in ordine ad Deum, & malitia moralis, quæ
„ sumitur ex ordine ad voluntatem creatam
„ non opponuntur, imo vnum fundatur in alio;
„ sed benè opponuntur bonitas ex voluntate
„ humanâ, & malitia ex eâdem proveniens
„ circa eundem actum . . . . Non inconvenit
„ actum aliquam habitudinem habere secun-
„ dùm quod procedit ab humanâ voluntate,
„ quam non habet secundùm quod à Deo pro-
„ cedit.

329. *Lib. autem 1. cap.* 85. §. Sed dubium, *sibi objicit quod si decretum Dei est immutabile actus nostri evenient infallibiliter, & sic fatuum erit conari ad oppositum.*

oppositum. Quod ibi clarè soluit, & inter alia habet:
„ Illa propositio. Fatuum est conari ad oppo-
„ situm ejus quod Deus vult futurum esse, est
„ quidem vera in sensu composito (sensus enim
„ est quod fatuum est conari ad hoc totum si-
„ mul, quòd aliquid sit volitum à Deo, & il-
„ lud non eveniat) est autem falsa in sensu di-
„ viso. Est enim sensus quod accepto aliquo
„ volito à Deo, puta morte *Sortis*, fatuum
„ est conari ad oppositum. Hoc autem falsum
„ est, quia ipsam mortem vult Deus defectibi-
„ liter evenire, & per consequens si conatur
„ quis ad hoc vt non eveniat, non fatuè opera-
„ tùr, vtpotè ad impossibile laborans, imò co-
„ natur ad id quod potest non evenire secun-
„ dùm se. *Alia arg. vide similiter soluta lib.3.c.94. fin. & alibi.*

Lib. autem 3. cap 94. concludit, quod cum certum sit Dei providentiam esse certam, & nos esse lib. arb.
„ obscurum autem sit & difficilè quomodò
„ certitudo divina cum libertate arbitrij nos-
„ tri stare possit, fatuum est negare nos l.ar. esse,
„ aut divinam providentiam non esse certam
„ (*certitudine sc. eventus & causalitatis vt ante*
„ *dixerat*) quorum apertam & manifestam no-
„ titiam habem[illegible], propter obscuritatem, &
„ inevidentiam ejus quod nostrum ingenium
„ superat.

Ferrar.

Ferrar. Molinæ principijs dissentit.

330. *Dicit* Dei decretum & præscientiam non pendere à futuris nostris actibus: lib. 3. cap. 77. §. *Adverte*, habet: *Licet ratio humana actus humanos in seipsâ ordinet, non tamen ratio humana est medium quo Deus in mente suâ illos actus disponat, sicut neque est medium per quod divina intellectio ad illos terminetur; sed benè est medium quo Deus ordinationem illorum actuum in ipsâ mente humanâ causat, cujus causationi præsupponitur ordo in mente divina dispositus*, &c. vide cap. 76. fin,

Docet scientiam futurorum sequi determinationem divinæ voluntatis, seu decretum. Lib. 1. cap. 66. fin. Dicit scientiam Dei respectu eorum quæ non sunt nec erunt, esse simplicis intelligentiæ; respectu eorum quæ sunt vel erũt, visionis. Ibid. autem cap. 67. §. Consid. 2. *Sicut ab æterno Deus determinavit illud fore, puta Antichristum, ita ab æterno potuit determinare Antichristum non fore, quùm ad esse creaturæ volendum non necessitetur: & ideo sicut ab æterno cognovit ipsum fore ita potuit ab æterno cognovisse ipsum non fore, scientia enim visionis sequitur determinationem divinæ voluntatis.*

Docet Dei providentiam non solùm respicere ordinem in finem, sed etiam infallibiliter finis consecutionem lib. 3. cap. 94. §. Respondetur.

Docet prædestinationem non fieri ex prævisis meritis. Et reprobationem quantùm ad 1um

effectum,

effectum, qui est permissio peccati, fieri ante prævisa demerita, quantum autem ad effectum damnationis præsupponere culpam, lib. 3. c. 161. & cap. 163. Docet etiam futura esse physicè præsentia in æternitate lib. 1. c. 66.

Satisfit Philal.

331. His non obstantibus Philal vult Ferrar. favere Molinæ, ipso licet Molinâ reclamante, Fonsecâ & alijs sup. cap. 1. lect. 4. Quia 3. cont. gent. cap. 89. ad explicanda hæc verba, quæ ibi habet S. Thom. num. 6. *Est igitur Deus 1um principium nostrorum consiliorum, & voluntatum.* Non recurrit ad prædeterminationem Physicam, sicut illius assertores, & recurrere debuisset si illam agnovisset, sed ad actus naturales & indeliberatos, qui sunt à Deo Authore naturę, *tanquam ab agente principali proximo, ab intellectu autem & voluntate tanquam à formâ, quâ producuntur: sicut motus deorsum est à gravitate, tanquam à formâ quâ generans movet grave.* Et addit: *iste modus conveniens est naturæ intelligili, secundùm quem ejus operationes tandem habent reduci ad aliquos 1os. actus, qui sunt in Deum tanquam in principalem causam referendi.*

Lib. 1. cap. 67. §. *Adverte vt*, ait. *Si Deus Antichristum cognosceret tantùm vt est in suis causis, & non cognosceret vt præsentem in seipso, non cognosceret per certitudinem istam Propositionem; Antichristus erit.* Sed hoc falsum esset, ait Philal. si causæ

essent

essent prædeterminatæ, ergo.

Resp. stupendum esse Theologum non erubuisse Ferrar. præmotioni opponere, ex verbis quæ ei cohærent; & ex loco, in quo planè docet præmotionem etiam ad actus secundos, vt sup. n. 321. & solvit præcipua contra illam argumenta Molinistarum. Ut sup. n. 325. Falsum insuper assumit Philal. dum dicit Ferrar. verbis citatis velle explicare dictam propositionem; quia illa propositio est conclusio totius capitis, sed Ferrar. dictis verbis non intendit explicare conclusionem, sed solum 6^am^ rationem, quâ probatur quod *Deus sit 1^u^ principium nostrorum consiliorum*, quia movet intellectum & voluntatem ad primos actus; vt explicat Ferrar. ergo. Prob. min. quia positâ 6^a^ r. t. expressè monet se illam velle illis verbis explicare. *Ad evidentiam*, ait. *hujus rationis*, &c. Et demum explicat ipsam Concl. posteà §. *Circa ipsam conclusionem* &c. Itaque non debebat ibi recurrere ad præmotionem, quæ ibi concluditur, vt satis patere potest ex argg. quæ objicit & solvit. §. illo. *Circa ipsam concl.* Sed solum explicare quod Deus moveat ad primos actus; quod sic explicat, vt etiam doceat movere ad actus. 2os vid. sup. n. 321. Denique Philal. ignorat apud D. Th. istâ 6. rat. concludere quod Deus etiam moveat ad 2os. actus: etenim 1us motus voluntatis est circa finem, sed juxta D. Th. qui movet ad finem, movet etiam ad media (quod aliàs fusiùs ponderabitur) ergo juxta D. Th. ex eo

quod Deus movet ad primos actus, sequitur quod etiam moveat ad 2es vndè neque inaniter vtitur, S. Th. illâ 6a ratione ad præmotionem concludendam.

332. Ad 2. sæpè ostendimus præmotionem non claudi in lineâ causarum 2arum sed causæ 1 vndè in causis proximis contingentibus effectus nequit certò sciri, benè in præsentiâ æternitatis, in quâ non est nisi præsuppositâ determinatione & decreto divinæ voluntatis, vt sup. n. 330. habet Ferrar.

SECTIO V.

Utrum Capreolus præmotionem reijciat & Molinistis consentiat?

333. RESp. Capreolum docere præmotionem. Prob. quia docet Deum movere causas 2as ad agendum; pręviè; physicè; efficaciter & infallibiliter; determinando eas effective; illæsâ etiam libertate ergo.

Prob. 1. p. ant. In 2. dist. 1. q. 2. ponit hanc 6. concl. *Deus est causa non solùm creaturæ, sed etiam cujuslibet actionis creaturæ quatuor modis.* Et illam probat referendo ea quæ habet S. Th. q. 3. de pot. art. 7. etiam illud quod ibi habet S. Th. ad 3. *In operatione quâ Deus operatur movendo naturam, non operatur natura.* Et quod habet ad 7. *Illud quod fit in re naturali, quo actualiter agat, est vt intentio so-*
la

la habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aëre, & virtus artis in instrumento artificis. Idem fere dist. 25. concl. 3. & dist. 28. concl. 2. dist. autem 29. concl. 4. deducit ex S. Th. *quod lib. arb. in nullo statu potest benè velle vel agere sine interiori motione Dei, quâ misericorditer promovet hunc potiùs quàm illum ad ea quæ sunt salutis.* Illud autem sic probat: *Quod est in potentiâ ad opposita indiget speciali motione exterioris principij ad hoc quòd tendat determinatè in alterum illorum, sed lib. arb. est hujusmodi: igitur &c. Sicut deducit S. Th. in de verit. & in 1. 2. ut allegatum est.*

334. Ibid. dist. 28. ad concl. 1. habet: *Actio dependet à Deo quantùm ad duo; uno modò in quantùm habet ab ipso formâ per quam agit; alio modo in quantùm movetur ab ipso ad agendum.* Et dist. 27. ad 3. *Sp. S. non solùm movet voluntatem ad actum primum, imò immediatè producit omnes actus ejus secundos.*

Prob. 2. *p.* tum ex dictis, tum inf. n. 341. & 345. & in 2. dist. 28. ad 12. adducit ea quæ sup. n. 241. retulimus ex Greg. Arim. quæ apertè sunt pro concursu prævio: & addit S. Thomam illi concordare, quoad motionem sc. ad bonum.

335. *Prob.* 3. *p.* quia in 2. dist. 1. sup. dicit illam fieri in causâ, & in eâ habere esse per modum intentionis; quæ non competunt nisi motioni physicæ. dist. etiam 25. q. 1. ponit hanc 3. concl. *Solus Deus potest movere voluntatem ad exercitium sui actus.* Quod falsum esset de motione morali, est autem verum de physicâ. Et patebit

inf. numero. 345. cum ad entitatem actus peccati non possit movere moraliter.

336. *Prob.* 4. *p.* in 1. dist. 38. q. 1. ad arg. cont. 4. concl. habet: *S. Th. non intendit dicere quòd aliquis effectus necessariò fiat & proveniat à causâ 1ª & contingenter à causâ 2ª* &c. *Sed, quod nullus effectus habet fallibilem vel mutabilem ordinem ad causam 1am vel ècontra sic quòd non stant simul quòd 1ª causa sit disposita ad producendum hunc effectum, & ille effectus non eveniat: imò quicumque effectus habet ordinem ad 1am causam, necessariò necessitate suppositionis & consequentiæ ab eâ eveniet* &c. Ibid. ad 1. Scoti, *Dico,* ait, *quòd falsum supponit & imponit nobis: sc. quòd 1ª causa necessariò moveat necessitate absolutâ: imò quidquid movet, movet necessariò necessitate suppositionis, tunc argumentum nihil valet: nam stat effectum esse contingentem, & tamen produci necessariò necessitate suppositionis, vt aliàs dicetur.* Vide ibi ad alia arg. Ibid. denique totâ dist. 40. & 45. docet Dei providentiam & voluntatem esse immutabiles, & infallibiliter inferre effectus. Patebit etiam inf. ex argg. quę sibi objicit & solvit; quæ de motione efficaci procedunt.

337. Prob. 5 p. in 2. dist. 25. objicit 2°. cont. 2. *quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet illud perfectè in suâ potestate, sed voluntas creata ex hypothesi determinatur à divinâ voluntate ad hoc, igitur,* &c. *Min. prob. quia aut vna voluntas aliam determinat, & tunc non nostra divinam quia temporale non est causa æterni; aut è contra; aut neutra aliam: & tunc neutra erit movens mota, nec erit in-*

ter

ter istas ordo essentialis: imò si divina voluntas non determinat nostram, posset illa aliquid velle, quod non fieret, propter voluntatem nostram non concurrentem. Ad quod non respondet neg. min. imò illâ suppositâ dicit mai. esse veram de habere effectum in suâ potestate primariè & independenter. Vide resp. inf. n. 342. Deinde sup. n. 333. requirit motionem Dei vt voluntas quæ est in potentiâ ad opposita tendat determinatè in alterum illorum. Vide etiam inf. n. 343. Denique vide expressè inf. n. 345.

Pars 6. patet ex dictis, & amplius ex jam dicendis.

Solvit argumenta adversariorum.

338. *Lib. 1. sent. dist. 45. cont. 2. p. cocl. 4. sibi*
„ *Obijcit* 1. Deus potest necessitare omnem vo-
„ luntatem creatam necessitate naturaliter
„ præcedente, sed hoc non posset aliquod
„ aliud faciendo, quàm tantùm volendo, quo-
„ niam nullo alio modo agit ad extra, nec ali-
„ ter volendo quàm priùs naturaliter & sem-
„ per sic vult: igitur Deus necessitat de facto
„ quamlibet voluntatem creatam, ad quemli-
„ bet actum suum, &c. *En ipsissimum argum. adversariorum, & maximè quo probant voluntatem stante indifferentiâ judicij posse necessitari.*

„ Resp. ad 1. quod min. est falsa: &
„ cum prob. quia si necessitaret eam hoc
„ non faceret nisi volendo &c. Dico quod licet

„ faceret hoc volendo, tamen non vult nunc
„ illud quod vellet tunc; talis enim necessitas
„ potest provenire ex impressione alicujus for-
„ mæ, quæ nunc non imprimitur, sc. gratiâ
„ consummatâ, vel ex aliquâ motione DEI spe-
„ ciali, quâ nunc non movetur, vt ostendit
„ S. Th. de ver q. 22. art. 8. vnde DEUS sic pos-
„ set movere voluntatem ad aliquid necessa-
„ riò; quia sc. voluntati proponeret aliquid
„ sub ratione boni, & nullo modo sub ratione
„ mali, ita quod cessatio à volendo nullo modo
„ appareret voluntati bona, nec à volendo ali-
„ quo modo distraheretur per passionem ali-
„ quam. Quod enim voluntas possit ab actu
„ cessare, vnde contingit quod voluntas ces-
„ set ab actu, hoc est quia vel intellectus non
„ ostendit ei suum objectum sub ratione boni,
„ vel quia cessatio ab actu apparet bona, vel
„ quia oppositum illius objecti apparet melius
„ vel hujusmodi: Constat autem quod Deus
„ pro nunc non movet isto modo voluntatem,
„ quia in omni objecto circa vltimum finem
„ apparet ratiò boni & mali, & cessatio ab actu
„ apparet bona, *&c.*
„ 339. *Ibid sic arg.* 2. Ille effectus di-
„ citur produci necessariò necessitate natu-
„ raliter præcedente, qui est causatus à cau-
„ sâ, quâ plenè positâ necessariò sequitur
„ illud causari. Et similiter causa necessaria
„ necessitate naturaliter præcedente dicitur
„ causa activa, quâ positâ cum omnibus suis
dispo-

„ dispositionibus naturaliter prævijs, quibus
„ causat suum actum, necessariò & indefecti-
„ biliter sequitur illud causari. Istæ descript.
„ hab. ex Ansel. 1. Cur Deus homo cap. 7. &
„ de concor. cap. 2. Cum ergo per voluntatem
„ suam sit causa efficiens omnis actus volunta-
„ tis creatæ, & prior naturaliter omni volun-
„ tate creatâ, & frustrari non possit, sequitur
„ quod omnes actus voluntatis creatæ produ-
„ cit ex necessitate naturaliter præcedente,
&c. Hoc ipsomet argum. Molinistæ præmotionem volunt esse necessitatem antecedentem.

„ Dic. fortè, quod licet Deus nunc velit ali-
„ quid esse futurum, non est necesse pro nunc
„ ipsum sic velle, sed potest pro nunc non sic
„ velle.

„ Sed hoc non valet 1° quia secundùm hoc
„ nulla esset omninò necessitas antecedens
„ respectu alicujus effectus, nec aliquis effe-
„ ctus esset necessarius respectu suę causæ ne-
„ cessitate naturaliter præcedente: quia nulla
„ causa 2ª potest quidquam sine coefficientiâ,
„ & præefficientiâ causæ 1ª quæ est divina
„ voluntas; si igitur in illâ non est necessitas
„ antecedens, nec in aliquâ aliâ potest esse. *Vide alias replicas*:

„ Ad 2um. Dico quod resp. ibidem data est
„ satis bona quoad hoc, quòd ponit, quòd illud
„ quod Deus modo vult, potest pro isto nunc
„ non velle, quia divinum velle, quod nunc
„ est respectu alicujus futuri, pôtest non esse,

„ nec vnquam fuiſſe reſpectu illius, ſed ſem-
„ per reſpectu ſui oppoſiti; niſi loquamur de
„ neceſſitate immutabilitatis, quia ſc. illud
„ quod ſemel voluit, non poteſt deſinere velle
„ pro menſurâ, pro quâ voluit illud eſſe, & ſi-
„ militer talem neceſſitatem concedo in Deo
„ reſpectu omnium futurorum ab eo volito-
„ rum, ſimpliciter tamen poſſibile eſt eum non
„ velle, nec voluiſſe talia futura.
„ 340. Ad 1. hujus improb. Dico quod ra-
„ tio non valet; aliquid enim dicitur proveni-
„ re neceſſariò ab aliquâ causâ neceſſitate na-
„ turaliter præcedente, quando illâ causa po-
„ ſitâ, & ſufficienter diſpoſita ſecundùm om-
„ nem realem diſpoſitionem poſitivè, & priva-
„ tivè, non eſt in poteſtate cauſæ quin agat &
„ efficiat illum effectum; conſtat autem mul-
„ tas cauſas 2as eſſe tales, puta ignem, ſolem,
„ & hujuſmodi: eſt etiam compoſſibile cau-
„ ſam 2^{am} iſto modo cauſare ex neceſſitate
„ naturæ, 1^{am} cauſam verò non ſic cauſare;
„ nec eſt in poteſtate alicujus inferioris ad il-
„ lam cauſam neceſſitandam: nam poſito om-
„ ni poſitivo reali in divinâ voluntate, adhuc
„ eſt poſſibile Deum non velle hoc vel illud, &
„ non cauſare hoc aut illud, & ideo benè ſtat
„ effectum provenire neceſſariò neceſſitate
„ antecedente à causâ 2^{a} & non à causâ 1^{a},
„ niſi neceſſitate immutabilitatis & ſuppoſi-
„ tionis, quia ſc. 1ª cauſa eſt determinata ad
„ hunc effectum per ſuam ſapientiam & vo-

luntatem,

„ luntatem, non ſtat effectum non ſequi illo „ modo quo prævolitum eſt, & diſpoſitum à „ 1ª causâ illum ſequi: vndo neceſſitas natu- „ raliter antecedens reſpectu cauſæ 2ª non „ arguit neceſſitatem conſimilem in causâ 1ª. „ ſed aliam neceſſitatem nobiliorem, quæ ta- „ men ſtat cum contingentia effectus in ſe. *Quæ neceſſitas nobilior, eſt inſallibilitas, quæ eſt altior neceſſitate & contingentiâ vt dixi cap. 1. ſect. 1.*

341. *Lib. 2. diſt. 25. (quam pro ſe citare non erubeſcit Philal.) objicit ſibi eadem 4. arg. quæ ſibi ſup. num. 324. Ferrar. vide ibi; ad ea autem ſic Reſp.* „ Ad 1. reſp. Ad hoc quod aliquod agens ha- „ beat aliquem effectum perfectè in ſuâ po- „ teſtate, non requiritur quod ſe ſolo poſſit „ illum producere, nec quod cauſatio cujuſ- „ libet concurrentis ſit in ſuâ poteſtate, ſi ly „ ſolo, excludat cauſas 1as. & ly concurrentis „ ſtet & ſupponat pro eiſdem cauſis 1mis ſed „ ſufficit quod poſſit illum producere ſe ſolo, „ id eſt, non concurrente aliâ causâ proximâ, „ & ejuſdem ordinis cum illo, vel quod ha- „ beat in poteſtate ſuâ cauſationem cujuſlibet „ cauſæ proximæ concurrentis cum illo. Sic „ autem eſt in propoſito de voluntate reſpectu „ actus ſui . . . . . De hoc S. Thom. 1. p. q. 62. „ art. 1. in ſol. 3. . . . . . Poteſt etiam dici quod „ major argumenti ſolùm verificatur de cau- „ sâ, quæ vniverſaliter, & 1º. habet effectum „ in ſuâ poteſtate, & independenter ſine ſup- „ poſitione prioris motoris: modò min. in tali ſenſu

„ sensu falsa est, quia nulla creatura illo modo
„ habet effectum in suâ potestate, sed solus
„ Deus, licet possit habere effectum in suâ po-
„ testate sicut causa 2ª proxima dependens à
„ priori, & ejus supponens motionem.
„ 342. Ad 2. (*quod etiam sup. num.* 337. *retuli*)
„ patet per idem. Nam maj. solùm vera est lo-
„ quendo de habere effectum in suâ potestate
„ primariè, simpliciter, & independenter, in
„ quo sensu min. neganda est; de quo S. Th.
„ de ver. q 24. art. 1. in sol 3 Deus, inquit, ope-
„ tatur in vnoquoque agente secundùm mo-
„ dum illius agentis, sicut causa 1ª operatur
„ in operatione causæ 2æ cum 2ª causa non
„ possit exire in actum nisi per virtutem causæ
„ 1æ. vnde per hoc quod Deus est causa ope-
„ rans in cordibus hominum, non excluditur,
„ quin ipsę mentes humanæ sint causæ suorũ
„ motuum, vnde non tollitur ratio lib.
„ Ad 3. dic. quod maj. est falsa in casu, quo
„ superior merè liberè sine quâcumque neces-
„ sitate absolutâ est determinata ad eventum
„ talis effectus, nec sic est determinata ad
„ eventum talis effectus quin possit non esse
„ determinata ad illum, sed ad oppositum ef-
„ fectum. Sic autem est de voluntate & scien-
„ tiâ Dei, *&c.*
343. Ad 4. *resp. sicut Ferrar. sup. & addit*: Cum
„ autem dicitur quod voluntas nihil possit in
„ 2 signo, nisi quod causa prior produxit in
„ 1º signo, &c. Dic. quod illa propositio vera
est

„ est in sensu composito, sed falsa in sensu di-
„ viso; vnde tota prob. est sophistica. *Et ibi*
„ *concludit : quod adversarij sui* decepti sunt in
„ hoc quod putaverunt lib. arb. & voluntatem
„ vnivocè dici de Deo & creaturis, & quod
„ tanta libertas inesset voluntati creatæ sicut
„ increatę, ita quod sicut divina voluntas à
„ nullâ priori voluntate determinatur aut ne-
„ cessitatur, aut movetur ad actum suum, ita
„ nec voluntas creata, quod falsum est vt pa-
„ tet inspiciendo prædicta. Omnis enim ef-
„ fectus creaturæ aliquam necessitatem habet
„ saltem ex suppositione prioris causæ. *Hinc videat Philal. causam suæ deceptionis.*

Ibid. dist. 29. concl. 4. docet præmotionem esse necessariam in statu innocentiæ, & contra sibi obijcit arg. & soluit: & ad 2. respondet illi importunæ instantiæ Molinistarum; quod sc. non habens præmotionem non peccaret, quia non posset sine illâ implere mandata:
„ Impotentia est duplex, *ait*, quædam est ex
„ defectu & imperfectione potentiæ operati-
„ væ, & talis impotentia excusat à peccato nisi
„ provenerit ex peccato, & sit pęna peccati.
„ Alia verò impotentia est non ex imperfec-
„ tione potentię operativæ, sed ex non con-
„ cursu causæ extrinsecæ superioris, & prio-
„ ris, nec propriè dicitur impotentia, sed indi-
„ gentia, vel requisitio concursus & motionis
„ causę superioris, & 1mi motoris; & talis non
„ excusat à peccato, potissimè quando causa
„ 2a præstat impedimentum motioni & con-
cursu

„ cursui causæ 1ᵉ & ita fecit Adam, & Ange-
„ lus malus & ista sol potest haberi ex dictis
„ S. Thom. 3. cont. gent. c. 158.

Notet hinc Philal. præmotionem non se tenere ex parte actus 1ⁱ cum ejus defectus non faciat propriè impotentiam.

Capr. docet præmotionem ad entitatem actus peccati.

345 In 2. dist. 37. q. 1. art. 1. in 2. concl. hoc multis probat ex S. Thom. & sibi obijcit hoc 2ᵘᵐ arg.

Si Deus coagit actui voluntatis, aut hoc est quia sequitur determinationem voluntatis in illo actu, sic quod voluntas priùs naturâ determinet se ad actum illum, & ex hoc Deus coagit voluntati determinatæ; aut è contra priùs Deus determinat se ad agendum & voluntas nostra sequitur determinationem ejus, aut veniunt ad istam actionem ex æquo, sed nullo istorum modorum, igitur, &c. *Maj. patet per sufficientem divisionem min. prob. quod non 1°. modo, qua tunc Deus voluntariè coageret ad peccatum, & etiam habetur propositum, cum in illo determinare non coagit sibi Deus, & sic non est causa omnis actus positivi. Nec potest dari 2ᵘˢ. modus, quia tunc voluntas determinaretur à Deo ad peccatum*, &c. *Nec est possibilis 3ᵘˢ. modus, quia iste modus esset casualis*, &c.

Relatâ sententiâ Greg. Arim. de quâ sup. num. 239. Resp. *Sed apparet mihi quòd aliter potest meliùs dici, sc. quod quantùm ad omne positivum quod est*

est in actu voluntatis, actio voluntatis est posterior actione Dei in producendo quodlibet tale, quia nulla creatura agit nisi mota à Deo. Et ad hujus improbationem dicitur, quòd consequentia ibid. facta non valet, quia motio Dei non determinat voluntatem creatam ad aliquid quod sit secundùm se malum, sed ad illud quod est secundùm se bonum ex naturâ suâ, licet sit malum quoad deformitatem, quam habet relatum ad causam 2^am. Ibid. soluit ferè omnia alia adversariorum argumenta.

Capr. Molinæ principijs dissentit.

346. Reijcit concursum indifferentem; & præter dicta, sic habet lib. 1. dist. 45. ad 5. improb. 2. arg. cont. 2. p. 5^æ. concl. *Ad 5. Dico quòd licet non sit in potestate causæ 2^æ. quod 1ª causa, vel divina voluntas sic vel sic causet, vel velit, aut determinetur ad hoc vel illud; tamen quia aliquis effectus non procedit à causâ 1^â. nisi per 2^am causam, ideo si causa 2ª non necessariò determinetur ad talem effectum producendum, sequitur à posteriori causam 1^am. non necessariò illum effectum causare, & ideo causa 2^a. non habet in suâ potestate causalitatem 1^æ. sed est illud sine quo effectus non subjicitur causæ 1^æ quandoque, quia Deus disponit se non producturum talem effectum sine causâ 2^â. liberè causante.*

Ibid. dist. 36. q. 1. art. 2. docet futura esse physicè præsentia in æternitate. ibique certò sciri, Et dist. 38. q. 1. art. 2. presertim ad arg. docet futura videri in idæis determinatis per divinam voluntatem

voluntatem : & quòd ante illam non possint certò cognosci, vide inf. num. 349. ex hoc autem ruit scientia media. Ibid. dist. 41. q. 1. docet prædestinationem fieri ante prævisa merita, & reprobationem ante prævisa demerita.

Satisfit Philal.

347. Capreol. nobis opponit Philal. quia in 2. dist. 24. q. 1. art. 3. col. 21. ad 6. *Dic.* ait, *quòd voluntas, quantùm est de naturâ suâ, est ad opposita, ipsa tamen ratione suæ libertatis determinat se ad id quod vult, & ita non indiget alio determinante.* Dist. 25. art. 3. col. 3. ad 4. *Actus voluntatis producitur à causâ indeterminatâ, quæ tamen potest seipsam determinare.* Dist. 24. art. 3. col. 16. ad 1. ait voluntatem posse simul esse in actu 1° & in potentiâ ad actum 2um. Et dist. 3. q. 1. art. 13. ad 2. Aureoli, approbat hæc ex Greg. *Non ideo Deus novit sic futura, quia novit se sic velle.* Et inf. *Imò si per impossibile Deus non esset volens, esset autem intelligens sicut est, & futura essent futura, adhuc Deus propter excellentiã suæ intelligentiæ nosset quæcumque futura.*

348. Resp. Capr. 1° loco loqui de alio determinante ejusdem ordinis ad exercitium; quod illâ q. ita frequenter habet, vt mirer illum amatorem veri id dissimulare potuisse. 1° enim in illo 6. arg. intendebatur, quod voluntas egeret determinante ejusdem ordinis ad exercitiũ actus, sc. objecto, vt videre est, ergo & solutio est de eodem. 2° ibid. ad 3. Bernardi cont.

2. 3. & 4. concl. planè excludit determinans ejuſdem ordinis, & Deum determinantem ſtatuit. *Ad* 3. ait , *dic. quod indeterminatio voluntatis, quâ eſt indifferens ad diverſa objecta , & ſimiliter indeterminatio ejus , quâ eſt indifferens ad agere & non agere , non reducitur ad actualem determinationem in rerum naturâ quoad ſui eſſe à quâcúmque potentiâ creatâ diſtinctâ à voluntate , ſed tantummodo à Deo & ab ipsâ voluntate.* ad 2. idem dixerat. 3°. ibid. in princ. art. 3. ad 2. contra. 2. 3. & 4. concl. habet : *libertas arb. quatuor includit.* 1um *eſt negatio coactionis* 2um *eſt negatio abſolutæ neceſſitatis.* 3um *eſt negatio cauſæ moventis ejuſdem ordinis quoad exercitium actus , vel ex parte ſubjecti actionis.* 4um. *eſt motivitas aliarum potentiarum quoad actus exercitium , & ex parte ſubjecti actionis earum.* vbi Capr. ſolùm excludit movens & determinans ejuſdem ordinis , proindè ſupponit requiri determinans ſuperioris ordinis.

2us. locus nobis conſentit , qui docemus voluntatem etiam ſub prædeterminatione eſſe indifferentem indifferentiâ activâ , ſeque determinare : vnde hoc obijcitur ex impoſturâ de quâ cap. 1. ſect. 2. 3us. locus etiam ; imò dicimus hoc requiri vt poſſit ſe movere ſub Dei prædeterminatione.

349. 4us. locus malè citatur , nec habet ibi art. 13. nec quid ſimile : caſu tamen quo Capr. alibi idipſum haberet , Reſp. quod cum hoc ex Greg. admittat , & Greg. in hoc ſentiat cum Ocham vt vult Philal. patet ex dictis ſup. num. 253.

253. Vel solùm vult quòd decretum non sit medium vt ratio formalis, sed vt conditio, & applicatio; nos autem non plus volumus, vt monet Gonet 1.p.tract.3.disp.4.art.5.§.6. Capreolum autem hoc sentire patet, quia Dei præscientiam fundat in ideis determinatis per decretum, & non ante illud. Lib. enim 1. dist 38. q.1.a.1.ad 4.cont.2.concl.docet Deum cognoscere futura contingentia in ideis: & ad 2.replic. Scoti *Dic. est*, ait, *quod idea licet naturaliter repræsentet quidditates rerum creabilium: tamen earum existentias repræsentat secundùm arbitrium voluntatis ..... Et cum dicit arguens, quod ideæ sunt in Deo ante actum voluntatis, &c. verum est quantùm ad hoc, quod idea dicit in recto sc. divinam essentiam, sed non quantùm ad respectum quem importat ad creaturas*, &c. Et ad 3. replicam: *Non oritur ex imperfectione, vel perfectione idearum quòd repræsentent aliquid esse, vel non; sed hoc oritur ex proposito divinæ voluntatis, quo aliquorum formas excogitat ordinando eas*, &c. *ideo per illas ideas novit res esse futuras*. Postea ad 1.cont.6.concl. *Dico quod istæ duæ propositiones, Deus scivit Antichristum esse futurum, & Deus vult Antichr. esse futurum, sunt convertibiles quantùm ad veritatem, isto modo, quod vna non potest esse vera aliâ non existente verâ.* Postea admittit *intellectum divinum esse neutrum de quolibet futuro ante determinationem voluntatis*.

SECTIO

SECTIO VJ.

Utrum Conradus præmotione rejectâ Molinæ consentiat?

350. RESP. eum docere Deum movere causas 2as ad agendum; prævię; physicè; infallibiliter & efficaciter; determinando eas effectivè; illęsâ libertate.

Prob. 1 *p.* quia 1.2.q.6.art.1.ad 3 ait: *Qui voluntariè agit per se agere potest per exclusionem agentis propinqui contra inclinationem agentis, non tamen per se per exclusionem agentis 1^mi^ quod etiam agit in genere causæ efficientis...... De istâ sol. 3. vide inf. q. 109 art. 1. quia omne agens eget in actione suâ motione 1^mi^ agentis, cui essentialiter subordinatur. & per consequens nullum principium intrinsecum creatum excludit 1^u^ principium, imò ipsum necessariò præsupponit.* Jllâ autem q. 109. art. 1. *Nota*, ait, *ex D.S. 1. p. q. 105. art. 5. quod Deus dicitur operari in omni operante, etiam in operibus naturalibus, quæ fiunt per solam influentiam generalem & naturalem; quia videlicet non solùm dat principia actionum, ut alia agentia naturalia faciunt, ut patebit concl. seq. sed etiam conservat, & applicat omnia agentia tam naturalia, quàm intellectualia ad suos actus, & ipsa in esse & agere conservat; quare ut habet S. D. 3. cont. gent. cap. 99. sicut actus instrumenti, quod non agit nisi actualiter applicatum per artificem, & non agit nisi in virtute ipsius,*

 attribuitur

attribuitur artifici. . . ita & operatio intellectualis non fit à creaturâ intellectuali, nisi ex applicatione & virtute Dei. Et art. 9. ad 1. dicit habentem gratiam adhuc egere motione Dei: *quia alijs rebus dantur perfectiones & principia operandi, quibus habitis egent motione divinâ* art. autem 1. §. *Not.* 1°. & §. *Hîc in calce*, docet illam Dei motionem esse *ad actus secundos.*

351. *Prob.* 2. *p.* quia q. 109. art. 6. arg. *Sed contra*, habet: Non *potest homo se præparare absque auxilio gratiæ, vt per gratiam intelligatur gratuita Dei motio præveniens lib. arb. ad quod juxta modum D. S. in 4. voluntas & lib. arb. se habet vt pedissequa.* Ibid ad 3. *Ad motionem* 1[i]. *moventis non oportet præsupponere aliquam aliam motionem, quia eo ipso quòd est movens* 1[um]. *actio sua præcedit omnem aliam actionem, & motum, & ipsa nullam motionem præsupponit.* Denique q. 80. art. 1. habet cum S. Th. *Quidquid est principium actus voluntatis, oportet quòd priùs ordine naturæ moveat voluntatem.*

352. *Prob.* 3. *p.* Dicit q. 75. art. 3. *Nota quòd D. S. dicit in majori, interiùs movere (quod idem est quod immediatè movere) voluntatem non potest, nisi Deus, quia licet aliquid aliud à Deo possit movere aliqualiter allectivè ad specificationem actus, & movere, vt alij dicunt, objectivè, tamen movere interiùs inclinando non est nisi ejus, in cujus potestate est ipsa voluntas, & hoc Soli Deo convenit, vt patet* 1. *p. q.* 105. *art.* 4. *vide ibi. Quomodo autem Deus possit immutare, & tamen non cogere, vide de verit. Mat.* 22. *ar.* 8. *&* 9. *& in* 2. *dist.* 25. *q.* 1. *a.* 2. *ad* 1. *Quare au-*

tem

tem solus Deus possit inclinare efficaciter immutando habetur 1. p. q. 106. art. 2. & sup. q. 9. art. 6. Et postea: Non potest enim actualis inclinatio attingi nisi mediante potentiali, cum autem potentialis, & quasi habitualis inclinatio voluntatis nulli creaturæ subsit, per consequens nec actualis. Potest igitur agens extrinsecum creatum proponere objectum, & ipsum persuadere, & quantùm in se est voluntatem allicere; quòd autem faciat eam producere actum 2um & velle, non est creaturæ sed Dei q. 80. art. 1. ante O art. Repete sup. dicta q. 75. art. 3. ubi declaratum fuit, quòd solus Deus potest effectivè, & directè agere in voluntatem. Et q. 9. ar. 4. ad 1. causa 2a non excludit motionem effectivam 1i moventis.

353. Prob. 4. p. quia 1. 2 q. 10. a. 4. ad 3. ad illam propos. non est possibile voluntatem non velle hoc ad quod Deus eam movet, habet: Non est ergo possibile, verum ex suppositione; supposito sc. quòd Deus velit voluntatem ad hoc movere efficaciter: sed est possibile absolutè, quia potest Deus eam non movere, & movendo movet eam ex parte voluntatis liberè, tamen infallibiliter. q. autem 6. art. 4. ad 1. sic habet: Inferius potest à superiori efficaciter moveri, & immutari pro libito superioris. Et q. 112. art. 3. voluntas, & lib. arb. ait, non possunt cogi etiam à Deo, ut declarat D. S. in de verit. Mat. 22. art. 8. potest tamen infallibiliter moveri, quia immutatio voluntatis est in potestate Dei, & secundùm ejus immutationem potest imprimere habitum & gratiam, & perfectè vel minùs perfectè movere. Stat enim cum libertate arbitrij, infallibilitas & cognitionis & motionis di-

vinæ; postea dicit quod motio sit efficax vel inefficax ex intentione Dei moventis.

354. 5. *p.* tum ex dictis; quia movere effectivè, & efficaciter efficaciá sumptâ ex intentione moventis, & determinare effectivè sunt Synonyma: tum ex q. 10. art. 4. vbi hoc quæsitum art. *Utrum voluntas de necessitate moveatur à Deo?* Sic explicat: *Est sensus an Deus moveat voluntatem vniversaliter determinando ad vnum sic, quod non possit in oppositum?* Et postea: *vnde sensus est an Deus cooperando voluntati ad actum respectu objecti, determinet ipsum ad vnum sic, quòd non possit oppositum velle, Deus enim cooperatur & ad exercitium, & ad specificationem actus, etiam respectu aliorum obiectorum à se, quantùm ad omne quòd est entitatis.*

Ex quo habes quòd pro eodem sumat, movere, & determinare: & quod supponat Deum determinare suâ motione voluntatem ad agendum, cum non dicat quæri an Deus determinet, sed de modo talis determinationis, sc. *an moveat voluntatem determinando ad vnum sic, quod non possit in oppositum.*

355. *Prob.* 6. *p.* quia q. 10. art. 4. ad 3. ait, quòd Deus *movendo voluntatem movet eam ex parte voluntatis liberè, tamen infallibiliter.* Et q. 109. ar. 2. ad 1. *Dominium hominis super actum suum, semper fundatur super auxilio & motione divinâ; quia Deus ita movet, vt nihil dominij & libertatis homini adimatur.*

Docet

Docet præmotionem ad entitatem actus peccati.

356. *Dicit* 1. Deum non movere ad actum peccati formaliter & vt ſubſtat malitiæ q. 80. art 1. *Nota autem ſemper quòd Deus non inclinat ad actum peccati formaliter, vt ſubeſt deformitati, licet inclinet ad omne poſitivum actus.*

Dicit 2. Deum præmovere ad ſubſtantiam actus peccati vt actus eſt. Tum loco cit. tum q. 79. art. 1. ad arg. *Sed contra*: Deus *odit peccatum, intellige quoad deordinationem, non autem quoad ſubſtantiam actus quam ipſe facit, & priùs quàm peccans ipſe.* Sc. non attingendo illum priùs in ſeipſo, ſed movendo cauſam ad illum: vt inf. ad 3. objectionem Philal.

357. *Dicit* 3. Cauſam ſubſtractionis gratiæ eſſe ex nobis; Deum tamen poſſe auxilium gratię denegare ſine decreto noſtro: q. 79. ar. 1. §. *Nota ex dictis* & ſeqq.

Dicit 4. defectum præmotionis ad bonum non excuſare à peccato: q. 109. art. 4. ad 2. *Non omnis impotentia excuſat hominem à peccato, quia non illa quæ eſt pæna peccati, vel ex non concurſu cauſæ ſuperioris, & prioris, quando talis non concurſus eſt ex impedimento cauſæ 2æ* Idem art. 6. & addit: *De hoc vide 4. cont. gent. cap. 159. quia non eſt excuſatus, quia per ſeipſum poteſt præſtare & præſtat impedimentum.*

Satisfit Philalheti.

358. Philal. illum nobis opponit: quia q. 10. art. 4. habet: *Dicendum est quod Deus voluntatem hominis dupliciter movet; uno modo motione speciali præveniente volitionem ipsius voluntatis, sicut cum movet aliquos ad gratiam; alio modo movet voluntatem motione generali cooperativâ ipsi voluntati, cum quâ voluntas activè concurrit ad actum suum; & hæc motio est necessaria in omni actu voluntatis.*

Item q. 9. art. 3. *In potestate soliùs voluntatis stante influentiâ generali est, se movere ad exercitium, vel non movere.*

Item q. 79. ar. 1. dicit, *causam 1am. non habere motionem præviam actioni creaturæ voluntatis peccantis.*

Denique ibid. inf. *Juxta S. Th. Deus 1o concurrit ad actum peccati. quia videlicet voluntas non agit nisi in virtute Dei, quæ tamen solùm habet motionem cooperativam, & priùs attingit cooperando, quia intimiùs attingit.* Quæ omnia, ait Philal., repugnant præmotioni physicæ.

359. Resp. ad 1um. locum, nil ibi imaginabile contra præmotionem nisi Philal. per motionem generalem cooperativam intelligat concursum simultaneum, quo etiam dato nescio quid contra præmotionem concluderet, nisi quod motio non diceret prioritatem quam apud omnes ante Molinam semper expressit: sed sine fundamento sic saperet Philal. vel enim

enim hoc colligeret ex ly *cooperativam*, vel ex eo quòd Conrad. motionem ſpecialem dicit *prævenientem*, putaret eum velle motionem generalem non eſſe præviam; vtrumque autem frivolum eſt: 1um. quidem; quia cum concurſus & cooperatio ſint ſynonyma, ſicût concurſus communis eſt prævio & ſimultaneo, ita & cooperatio; malè ergo illam ex ſolo motivo vocis reſtringeret ad concurſum ſimultaneum. 2um. etiam: Cum enim gratuita ſeu ſpecialis motio, dividatur à Thomiſtis cum S. Th. 1. 2. q. 111. art. 3. in prævenientem & ſubſequentem non ſic autem dividatur generalis motio, ſed ſemper ſit & ſumatur vt præveniens, vel potiùs (vt notat S. Bon. ſup. n. 247.) vt prior & prævia; propterea Conrad. motionem ſpecialem vocat prevenientem, vt oſtendat ſe non loqui de ſubſequenti; quæ non conſideratur formaliter vt motio, & in ordine ad actum ad quem movet, ſed in ordine ad actum priorem quem non cauſat: proinde ex hoc etiam malè colligitur motionem generalem eſſe ſimultaneam.

360. Addo quòd iſte intellectus non ſolùm eſſet infundatus, ſed planè falſus. 1° quia Conrad. dicit quæſitum illius 4. art. eſſe de motione cooperativâ, ſed quæſitum illius art. non eſt de concurſu ſimultaneo, quod nimis evidens eſt vt Conradum latuerit, cum & adverſarij id agnoſcant, nec aliud effugium habeant, quàm quòd ibi *S.* Th. loquatur de motione ad ſolum

1um actum, ergo. 2° quia Conradus ibi expressè dicit : *videtur quæsitum intelligendum de motione ad specificationem, an sc. Deus determinet. Voluntatem ad objectum volendum determinatè & necessariò, ad quod à Deo movetur*, vbi supponit illam motionem determinare ad speciem, vt sup. notavi; sed concursus simultaneus non determinat ad speciem juxta adversarios, ergo. Denique lege ibi Conrad. ad argumenta, & hoc deprehendes.

Ad 2. locum : etiam docemus voluntatem stante præmotione physicâ posse se movere ad exercitium vel non movere. Unde obijci non potuit nisi ex suppositione imposturæ de quâ c. 1. sect. 2.

361. Ad 3. patet ex dictis de Cajet sup. n. 316. eodem enim modo loquitur Conrad. ibi enim explicat quomodo Deus sit causa entitatis actus peccati *per priùs, & plusquàm voluntas peccans?* Et Resp. *Quod non debet intelligi, quasi 1a causa in aliquo instanti attingat effectum, & operationem causæ 2æ in seipsâ, quasi habeat vnam motionem præviam actioni creaturæ voluntatis peccantis, & illa motio prævia*) hęc tacuit Philal.) *priùs producat pro aliquo instanti, quàm voluntas, ille enim sensus falsus est.* Ex quo patebat eum solùm rejicere motionem præviam tempore, & quæ in aliquo instanti priùs producat actum voluntatis quàm voluntas. Unde addit : *Sensus autem verus est quod 2a. causa non producit nisi in virtute 1æ qua 2am conjungit suo effectui, & intimiùs attingit*

git effectum quàm 2ª. sed cooperando intrinsecè secundùm modum naturæ causæ 2æ. vnde attingit operationem voluntatis modificatam juxta conditionem voluntatis. Agere autem in virtute alterius dicit præmotionem, vt patet in instrumentis: & conjungere causam 2am. suo effectui, est eam applicare ad agendum: & cùm intimiùs attingere effectum, sit attingere immediatori virtute, vel penetrando etiam ad intimas rationes entis, & ad ipsum essendi gradum, quem creatura non nisi instrumentaliter potest producere; hinc etiam emergit præviùs concursus. Denique quod velit Deum nos priùs movere prioritate naturæ nimis clarè docet q. 80. art. 1. *Quidquid est principium actus voluntatis oportet quòd priùs ordine naturæ moveat voluntatem.* Ex dictis patet ad 4. locum.

SECTIO VIJ.

Soncinas præmotionem docet.

362. PRob. docet Deum movere voluntatem ad agendum; præviè; physicè; determinando effectivè; efficaciter & infallibiliter; illęsâ libertate, ergo.

Prob. 1. *p. ant.* In Epitomè Capreoli, in 2. dist. 25. concl. 3. habet: *Solus Deus potest movere voluntatem ad exercitium actus, sicut principium exterius.* Dist. autem 28. concl. 2. ad 8. dicit illam motionem

tionem *se habere per modum cujusdam passionis*: quid autem sit se habere per modum passionis, vel intentionis, explicat in 4. dist. 1.

363. *Prob.* 2. *p.* In 2. dist. 28. sic probat 3. p. 2. concl. *Voluntas creata se habet ad Deum sicut agens* 2um *ad* 1um *ergo præsupponit motionem* Dei. Ibid ad 7. *Ad actum meritorium* Deus *quodam speciali modo operatur, sc. faciendo ipsam voluntatem partialiter concurrere, ita quòd ista voluntas partialiter concausat applicata, & quasi instrumentaliter mota à Deo ad partialiter concausandum, ita tamen quòd non necessitetur.* Si Deus facit voluntatem concurrere ergo prius naturâ & causalitate quàm concurrat: & si voluntas causat applicata & mota, ergo ad causandum prærequirit istam applicationem & motionem. Dist. etiam 29 fin. ad 4. ait quòd *ad faciendum actum bonum requiratur motio à priori causâ infinitâ. Vide etiam inf. n.* 365.

364. *Prob.* 3. *p* quia sup. n. 362. dicit solum Deum movere voluntatem ad exercitium actus, quòd non potest verificari nisi de motione physicâ: & dicit illam esse receptam per modum passionis, quod solùm de eâdem verificatur. Motio etiam moralis non est, quam agens 2um præsupponit, cum non omnia agentia 2ª illâ moveantur.

365. *Prob.* 4. *p.* In 2. dist. 37. ad 2. habet: *Quantùm ad omne positivum quod est in actu peccati actio voluntatis est posterior actione Dei in producendo; quia nulla creatura agit nisi mota à Deo. Ad improb. neg. cons. quia actio Dei non determinat voluntatem*

nisi

nisi ad illud positivum quod est in actu peccati. Si autem determinet ad entitatem actus mali, nè dubites determinare ad actus bonos.

Prob. 5 *p.* In 1. dist. 38. q. 1. ad concl. 4. habet: *Nullus effectus habet fallibilem ordinem ad 1am causam, ita quod non stant simul 1am causam esse præparatam ad producendum effectum; & quòd effectus non eveniat:* & postea: *licet effectus sit contingens, habet tamen in comparatione ad causam 1am. necessitatem suppositionis, quæ necessitas non tollit contingentiam.* Deinde dicit causam 1am esse præparatam ad agendum, ex hoc quòd *proponit talem effectum tali modo producere.* concl. autem 2. ad 1. dixerat, *Deum se ab æterno determinasse ad unum.* Hinc & ex sup. *patet* 6. *p.* eamque habet in 2. dist. 25. concl. 3. *&c.*

Molinæ principijs dissentit.

366. In 1. dist. 38. q. 2. ante Concl. 8. *Dico* 2. ait, *quod aliquid est futurum in ordine ad causas 2as quia sunt inclinatæ* (nota causalem) *ad producendum effectum; & tamen non eveniet.* Et concl. 8. *Ista consequentia non valet, hoc est futurum ergo eveniet.* Et dicit futura contingentia non posse certo sciri in causis proximis. Ibid ad 3. cont. 2. concl. docet futura cognosci in ideis: & ad 2. replicam Scoti ait quòd *idea est in divino intellectu ante actum voluntatis quoad id quod dicit in recto, sc. essentiam divinam; sed non quoad respectum quem importat ad creaturam in obliquo.* Et dicit Dei voluntatem illas determinare, eas ordinando ad productionem.

Dist.

Dist autem 41. docet prædestinationem non fieri ex prævisis meritis; nec reprobationem ex prævisis demeritis, sed ex Dei beneplacito. Utitur etiam sensu composito & diviso sicut nos in 1. dist. 38. q. 2. concl. 4. & dist. 39. q. 2. concl. 3.

Satisfit Philal.

367. Philal. illum nobis opponit, quia lib. 9. Metap. q. 19. requirit ad libertatem quod *nihil sit in voluntate cum elicit velle, quod sit necessariò determinatum ad velle; alioquin ipsum velle non esset contingenter à voluntate, sed necessariò.* Et lib. 12. q. 19. ad 3. *Potentia libera ab aliquo determinatur, sed non oportet huius determin..ns esse aliud ab ipsâ potentiâ.*

Ad 1. Resp. ista non haberi apud Sonc. loco citato, nec memini me alibi legisse. Sed habeat non habeat ista Soncinas, nil interest, cum etiam excludamus à voluntate omne necessariò determinatum ad velle, & dicimus præmotionem non esse necessariò determinatam ad velle, neque ex parte sui principij, neque ex parte sui termini vt sup. 268. sed solùm habere infallibilitatem ad ipsum, quæ toto cælo differunt vt habet Soncinas sup c. 1. sect. 1. n. 2.

368. Ad 2. ibi loquitur de voluntate divinâ vt videre est; ea autem non debet determinari ab alio, aliàs non esset 1ª causa vnde ibid. in Conf. 3ª prob. suæ concl. assumit: 2ª *causæ*

non

non movent nisi sicut moventur à causâ 1ª. quod non esset si concursus Dei esset indifferens & hoc satis patet sup.num.365. Imò dato quod loqueretur de voluntate creatâ, solùm excluderet aliud determinans creatum & ejusdem ordinis; cum in 2. dist. 23, concl.4.ad 2.sic numeret requisita ad libertatem: *primùm est negatio coactionis. 2um. est negatio absolutæ necessitatis. 3um est negatio causæ moventis ejusdem ordinis quoad exercitium actus, vel ex parte subjecti actionis. 4um est motivitas aliarum potentiarum quoad actus exercitium.* Idem habet dist.25.concl.3.ad 1.

SECTIO VIIJ

Utrum Holkot, & Raynerus præmotione rejectâ Molinæ consentiant?

369. PHilal. nobis opponit Robertum Holkot, quia in 1. q. 3. art.2.ait; *Libertas est potestas quædam, quâ voluntas, concurrentibus omnibus causis requisitis ad suum effectum, habet quod possit cum eis coagere, & ponere actum suum in effectum, vel non ponere sicut ei placuerit.* Ibid.art.8.ad 3.dub.5.*voluntas de novo nullam rem recipit, quæ coagat ad causandum volitionem, quam prius non habebat.* Lib. autem 2. q. 1. art. 4. ait Deum non velle *absolutè, & ex electione coagere cum naturâ rationali liberâ, sed ex conditione, vel ex quâdam conventione, quâ statuit, quod quidquid ipsa velit,*

velit, placet sibi coagere ad istam volitionem; vt si vult fortes peccare.

370. Ad 1. locum resp. illum non potuisse obijci nisi imponendo nos docere præmotionem non relinquere potentiam ad oppositum, de quo vide sup. cap. 1. sect. 2. dicimus autem voluntatem etiam præmotam habere potentiam ad oppositum, licet nunquam illud ponet: sicut in sententiâ Molinistarum affectus gratiâ congruâ non magis potest oppositum & tamen liberè operatur.

Ad 2. patet quod solùm reijciat aliquid novum ratum & fixum, dum dicit quod non recipiat aliquam rem, hoc est aliquid ratum.

371. Ad 3. posset dici quòd solùm velit Deum statuisse præmovere efficaciter voluntatem, si ipsa non ponat impedimentum, seu si sinat se moveri; quamvis hoc quod non ponat impedimentum sit etiam â Deo, vt sæpe explicuimus. Dico tamen quod Holkot ibid.& præsertim art.3. immediatè præcedēti dicit Deum velle voluntate beneplaciti, & concausare peccatum & ex suis Nominalium principijs hoc tuetur, vt videre est: & dicit Deum non esse malum, quamvis malum agat, quia non agit illud malè. Art. autem 4. à Philal. cit. declarat Deum non esse primam causam peccati, sed voluntatem hominis cui Deus parat suum concursum quoties etiam volet malè agere, ita quòd Deus non sit causa quòd voluntas malum agat, sed è contra. Sic dicit art. 4. *Tamen potest dici*

dici quod non est magis (Deus) *causa peccati: quia ista causalis est vera Deus vult sortem peccare, quia sortes vult peccare, & non è contra: ideo sortes est magis causa peccati quàm Deus: non tamen est major causa, vel melior seu principalior.* Unde addit Deũ conqueri: *servire me fecistis in peccatis vestris.* In hoc autem nobis non discordat Holkot, nisi quod dicat Deum causare peccatum: illo enim supposito oportet consequenter dicere respectu peccati, ea quæ objecit Philal. Eum autem aliter sentire respectu actionum naturalium, & non moralium, ex eodem loco constat, vbi dicit Deum opposito modo, sc. absolutè, *concurrere ad agendum cum omni naturâ agente naturaliter voluntariè*: hoc est actum voluntarium naturalem, & non moralem: eum etiam aliter sentire respectu actuum bonorum patebat ex eâdem q. 1. ad 3. principale; vbi quærit: *An talis causalis sit vera, Deus prædestinavit, & præordinavit Petrum ad vitam æternam, quia scivit Petrum crediturum in Deum, & finaliter dilecturum Deum? & iste sensus tractatur propriè ad propositum apud Doctores. Et dicitur quod non, imò è converso est hæc causalis vera: quia sc. Deus præordinavit Petrum ad vitam æternam, ideo Petrus fuit crediturus in Deum, & finaliter dilecturus.* Hinc autem habes quod nolit scientiam mediam, cum nolit præscientiam præcedentem decretum, sed in illo fundatam. Jbid. sic sentit nobiscum de prædest. & reprob. *Deus prædestinat ante meritum, & reprobat ante demeritum.*

372. *Quantùm ad Raynerum*, *Resp.* eum docere Deum præmovere causas 2as ad agendum; physicè; efficaciter & infallibiliter; determinando illas seu inclinando; illæsâ libertate.

Prob. 1. *p.* quia in Pantheologiâ verbo *gratia*, cap.2. habet: *Quæcumque præparatio in homine est, ex Dei auxilio est præveniente & movente animum ad bonum.* Et addit *quod primum agens in agendo omnia agentia alia prævenit.*

Prob. 2. *p.* Ibid. *Alio modo gratia dicitur auxilium divinum movens & disponens ad bonum; quod dupliciter contingit; aut enim per exteriores occasiones & incitationes ad salutem,*&c. (en motionem moralem) *aut per interiorem instinctum & motum; sc. cor hominis interiùs movendo ad bonum secundùm illud Prov.* 21. *v.* 1. *Cor Regis*,&c. en motionem physicam quæ non est exteriùs & ex parte objecti, sed interiùs & ex parte voluntatis.

Prob. 3. *p.* Ibidem postquam dixit Deum nos movere quandoque inefficaciter, addit: *alio modo movet perfectè cor hominis ad bonum, & hæc præparatio non fit paulatim & successivè, sed subitò simul cum illâ homo gratiam accipit pro arbitrio Dei, secundùm illud Eccles.* 11. *v.* 23. *facilè est in oculis Dei subitò honestare pauperem; & eâdem ratione justificare peccatorem; vt & secundùm illud Ioan.* 6. *v.* 45. *Omnis qui audivit à Patre & didicit, venit ad me.* (*sc. sine morâ per efficacem attractionem, vt verba ipsa præ se ferunt*) *sicut contigit Paulo, qui cum esset in progressu peccati, subito prostratus est, & perfectè motum est cor ejus ad amplectendum bonum.*

373. *Prob,4.p.*Ibid.cap.7: *quartò potest voluntas ad aliquid agendum inclinari vel induci à* Deo , *sed hoc dupliciter contingit: vno modo movendo tantùm voluntatem , & non aliquam formam imprimendo; sicut sine appositione habitus facit quandoque vt homo velit quòd priùs non volebat;* inclinare autem ad aliquid est determinare ad illud.

Prob. 5. p Ibid. cap. 2. cit. *sciendum quod etiam in hujusmodi motione Dei quantumcúmqne perfectè, non perit libertas arbitrij: Deus enim vnumquodque movet secundùm conditionem , & modum ejus quod movetur ; quia libera movet liberè , sc. creaturas rationales ita vt huic motioni resistere pro libertate possint,* Motio ergo quantumcúmque perfecta & efficax relinquit potentiam ad oppositum , & movet liberè. Uide cap. 4. §. 3. ad argumenta.

374. Alijs etiam Molinæ principijs dissentit. Verbo enim *præscientia* cap.2. *scientia simplicis intelligentiæ* , ait , *non est causa rerum* , *sed scientia quæ dicitur approbationis* , & verbo *prædestinatio* cap. 2.dicit eam fieri ante prævisa merita , similiter verbo *electio* cap.9. & verbo *præscientia* cap.4. ait certitudinem ordinis causæ ad effectum , esse quando causa infallibiliter effectum producit: & postea dicit quòd certitudo prædestinationis sit certitudo ordinis.

Attamen Raynerum opponit Philal. quià verbo *præscientia* cap. 15. *Effectus contingens non habet necessariam determinationem ex suâ causâ . sed ex suâ præsentiâ.* Et verbo *peccatum* cap.49. *Hujus quod est liberè agere vel non agere , vti regulâ vel non*

A 2 vti,

vti, non oportet aliam causam quærere; quia ad hoc sufficit ipsa libertas voluntatis, per quam potest agere & non agere, vti regulâ vel non vti. Ibid. cum August. lib.12. de civit. c 6. reddens rationem cur è duobus æqualiter tentatis, vnus subinde peccet, alter non, habet: *Quæ igitur causa? non est nisi quia placet; placiti autem nulla est ratio quærenda: sicut enim in bonis cum perventum est ad voluntatem Dei, nulla est ratio; ita in malis, cum perventum est ad voluntatem pervertibilem nulla est alia quærenda ratio, nisi quia vult vel placet.*

375. Resp. ad 1. locum: quòd jam pluries diximus quod per *suas causas* intelliguntur causæ propriæ & proximæ, non causa 1ª. quæ non est propria, sed communis; præmotio autem spectat ad ordinem 1æ. causæ: vnde locus ille non nobis, sed Molinæ adversatur, qui vult effectum contingentem habere certam determinationem in *suâ causâ* supercomprehensâ.

Ad 2. resp. quod ibi loquatur de agere malè, vt patet, cum non possit loqui de agere præcisè sumpto, vel de agere benè, cum apud omnes constet voluntatem respectu horum non esse 1am. causam, sicque aliam quærendam; vndè & immediatè post dicit Rayn. quod voluntas sit oppositorum: *vnius quidem de se, sive per se, sc. mali; alterius verò sc: boni, non 1ª causa, nec totalis.* Itaque ibi vult voluntatem nostram esse 1am causam mali, non autem Deum, quòd & volunt omnes Catholici; proinde hoc non potuit

Philal.

Philal. obijcere, nisi supponendo nos docere Deum esse 1^am causam mali, vel movere ad malum: quæ impostura est.

Ad 3. resp. quod exprimat quę jam dicebam, vnde nec potuit obijci nisi ex suppositione ejusdem apertæ imposturę.

SECTIO IX.

Soto præmotionem docet.

276. PRob. 1° Jn illud ad Rom. 8. *Quicumque Spiritu Dei aguntur*: fol. 216. impress. Antuerpiensis an. 1550. dicit Lutheranos ex illo loco inferre sublatum liberum arbitrium; & notat vocem grȩcam latinè significare & aguntur, & ducuntur; & quod si hîc solùm significaret, ducuntur, argumentum Lutheri evanuit: tunc pergit: *Jnterpres autem intuitus hîc non solùm ductu Spir. S. illuminantis intellectum invitantisque affectum* (nota motionem moralem) *gubernari nos in vitâ spirituali, verùm & appulsu præmoventis corda nostra trahi* (nota præmotionem physicam) *quanquam potuisset vertere, ducuntur, juxta illud Psalmi, Sp. tuus bonus deducet me; consultiùs tamen transtulit, aguntur, quo illam præventionem exprimeret: haud tamen vllo inde colore præjudicatur libero arb. quominus liberè moveatur à Deo, vt in nostrâ sit potestate tactui digiti ejus assentire. Sic enim attingit ad omnia fortiter, vt tamen*

singula disponat suaviter juxta cujusque naturam......
Tametsi ad commendandam vim energiamque divinæ motionis nonnunquam in Scripturâ extent verba violentiam præ se ferentia: vt Isaiæ 59. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Sp. Domini cogit: hoc est congregat, vel pellit. & Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Vbi non dixit, duxerit, sed traxerit, vt ait expreßè August. non quòd non liberè trahimur, sed ad significandam præmotionem, quam non tam apertè significat ducere. Agi ergo à Deo non tollit libertatem.

377. Prob. 2° articulatim: docet quòd Deus præmoveat, seu priùs naturâ moveat causas 2as vt agant; physicè, infallibiliter & efficaciter: non indeterminatè & indifferenter, sed effectivè determinando; illæsâ libertate, ergo.

Prob. 1. *p. ant.* ex loco jam cit. ad Rom. vbi vtitur bis nomine *præmotionis*. Et lib. 1. de nat. & grat. cap. 16. *Sunt inter Scholasticos, qui doceant, posito concursu Dei non esse vtrumque in potestate voluntatis, sc. agere & non agere ob idque 2° aiunt ejusmodi concursum non connumerari inter requisita ad agendum: imò dicunt (vt suâ vtamur voce) concomitari actionem ipsam. Horum autem dutrũ vel vtrumque nunquam intellexi* (notet hoc Philal. qui vult eum intellexisse) *vel neutrum vnquam credam. Etenim non est dubium quin concursus Dei, licet concomitetur (vt aiunt) actionem, sit nihilominus cuicúmque causæ 2æ requisitus ad agendum, imò verò & naturâ prærequisitus: quoniam* (attende causalem) *non solùm Deus est causa effectus 2æ causæ, verùm*

ipse

ipse etiam movet eam ad agendum. Et postea: *Hæc proinde* (sc. opera libera) *non priùs tempore à Deo, quàm liberè à nobis, sed simul ab eo & à nobis fiunt: ab eo autem priùs naturâ.* Et ad Rom. 9. fol. 276. *Gratia causa directa est bonorum operum, atque adeò naturâ prior.* Hoc autem magis explicat 2. physic. q. 4. ante 2. concl. vbi sic Obijcit *Deus priùs naturâ agit, quàm causæ 2æ ergo quando causæ 2æ agunt, iam est productus effectus. Resp. quòd prioritas hæc naturæ non est prioritas instantis in quo verum sit dicere, Deus agit quando creaturæ non agunt; non enim priùs isto modo Deus agit quàm creatura, sed omnino simul. quòd autem priùs naturâ Deus agit, nihil aliud est, quàm quòd Deus moveat creaturas ad agendum, non tamen priùs movet, quàm causa particularis determinet in genere causæ materialis causas universales ad agendum.*

Hinc autem adverte quomodo Dei concursus non determinetur à causâ 2â nisi in genere causæ materialis, vt vera esse intelligas quæ sup. n. 318. diximus.

378. *Prob. 2. p.* quæ patet ex cit. sup. n. 376. Deinde ad fin. 4. sent. in recognitione lib. 1. de nat & grat. dicit, quòd *causa prior efficiens, qua nos convertit, sit Dei spiratio & motio præveniens.* At verò motio moralis cum sit ex parte finis & objecti, non propriè pertinet ad lineam causæ efficientis. Et inf. num. 382. dicit Deum, movere ad entitatem actus peccati, ad eam autem non potest movere moraliter, ergo vult quòd moveat physicè, Denique in 4. dist. 14. q. 2. a. 5.

 dicit

dicit illud Joan. 6. *Nemo potest venire ad me*, &c. intelligi de auxilio speciali, *aliàs*, ait, *nullam haberet energiam, quoniam sine auxilio generali neque folia arboris moventur.* Sed folia arboris non possunt trahi & moveri motione morali, ergo Soto vult illam motionem esse physicam.

379. *Prob. 3. p.* Ad Rom. 8. ad illud, *His qui secundùm propositum vocati sunt sancti* habet; *Omnibus adultæ ætatis, quamvis sint ex numero reproborum, necessarium est vocationi Dei assentire.* Vbi ly necessarium non sumit pro necessitate simpliciter, sed pro infallibilitate, vt ibid. monet fol. 237. lib. autem 1. de nat. & grat. cap. 16. sibi objicit hoc Lutheri argum. *Si quando Deus vel ad bonum, vel ad malum nos movet, in nostrâ esset potestate non moveri, motio Dei non esset efficax, atque adeo non esset omnipotens*, &c. *quo argumento persuadent sibi, quoties Deus nos movet, necessitatem nobis inferre.* Certè si Soto Molinistis consentiret, concederet motionem Dei non esse efficacem ex se, sicut ipsi volunt; at verò nobiscum negat Lutheri sequelam: *Illatio sua tamen nullius est vigoris. Quod enim nos Deus liberè moveat, nil contra ejus cuncti potentiam & efficaciam pugnat, quinimo inde amplissimè patet infinita ejus virtus, & sapientia, quod alias causas instituit naturaliter movere, & alias liberè; & cum singulis modo proprio concurrere. quocirca quidquid Deus vult voluntate absolutâ, & quæ dicitur beneplaciti, fit, juxta illud; voluntati ejus quis resistet? quando autem cum libero homine concurrit, non vult illud fieri nisi salvâ humanâ naturâ, & liberâ*

voluntate,

voluntate, quæ idcirco resistere Deo potest. Postea hoc ostendit in ijs, qui motioni Dei inefficaci restiterunt, & sic efficaci posuerunt impedimentum; licet ei exercitę nunquam actu resistatur. Propterea subdit: *At restat nonnihil propterea explicandum: Aut enim sumus liberi in hujusmodi actionibus ante momentum temporis, quo nos Deus movet, aut præsente motione Dei:* &c. & resp. *solutio dubitationis est, quod illo tunc temporis momento, quo Deus mecum concurrit, sum liber vt tunc agere renuam: etenim dum liberè moveor, possum in sensu diviso non agere, & tunc cessabit concursus Dei: tametsi in sensu composito contra se invicem pugnent, Deum agere erga me actione illâ & me non agere.* Hinc ibid. dicit, quod *is quem Deus magis movet, magis movetur*: & addit: *Neque cohærent vt Deus eum magis moveat, qui minùs movetur*, quod non cohæret nisi motioni ex se efficaci. Uide etiam lib. 2. phys. q. 5.

380. *Prob* 4. *p.* quia lib. 2. phys. q. 5. *Est Deus:* ait, *causa gubernans & ordinans, & ejus concursus est gubernatio & prouidentia, quæ nihil contingenter & indeterminatè agit, sed omnia ex certo judicio.* Lib. 1, de nat. & grat. cap. 16. docet motionem quâ positâ non possumus oppositum in sensu composito, sed in diviso, hoc autem concursui indifferenti non quadrat: & postea, vt inf. dicit Deũ facere vt faciamus, nos autem non facere vt faciat, si autem ejus concursum determinemus, & non è contra, faceremus vt faciat, non contra: & ad Rom. fol. 274. *elargitur nobis Deus gratiam*

propter ejus bonum vsum, hoc est non quia benè vsuri eâ sumus, sed vt bene vtamur, quę non quadrant gratiæ congruæ adversariorum; ac proinde quadrant determinanti ad bonum vsum.

381. *Prob.5.p.* ad hoc probandum totum cap. 16 lib.1. de nat.& grat. impendit:& ad objectionem Lutheri quâ dicit quod si liberè agamus poterimus ei dicere, sicut ipse dicit nobis, sine nobis nil potes facere: resp. nèg. *Quoniam ipse non solùm est causa volitionis nostræ, & operis boni, sed est causa ita præveniens, quæ facit, vt nos possimus ac velimus . . . . Itaque ipse facit vt nos faciamus dans nobis velle & operari, vt ait Paulus. Nos autem non movemus ipsum, nec facimus vt ipse faciat.* Ad Rom. fol. 280 ostendit exemplo præscientię prædestinationem non lædere libertatem; & sibi replicat: *Sed*, ais, *non solùm Deus id præscit, sed & constituit per suam voluntatem.* Et resp. *Credo equidem, at hoc profectò omnium potissimùm constituit, videlicet, concurrere cum vnâquâque re juxta ipsius naturam. Est enim ipse causis necessarijs necessitatis causa, contingentibus contingentiæ, ac liberis libertatis: ob idque statuit alios prævia ejus gratiâ per sua ipsorum libera opera ad gloriam perducere.*

382. Denique adeò evidens est Sotum pręmotionem docere vt hoc ipsum ingenuè fateatur Molina in Concord.disp.37.

Docet etiam Deum movere voluntatem ad entitatem actus peccati vt entitas est; sic lib.1. de nat. & grat.cap.18. *Haud equidem diffitentur Theologi, entitatis (ita vocant) quæ est peccatum*

Deum

Deum esse causam eo efficientiæ genere, quo cuncta animantia atque inanimata ad suas naturales actiones permovet.

383. Molinistarum autem principijs dissentit: siquidem Ad Rom. fol. 239 habet: *Dicere quemquam propter prævisa opera prædestinatum, est manifestariè subscribere in Pelagianorum errorem.* Et fol. 272. relatâ opinione dicentium, *quòd Deus eisdem penitus constituisset gratiam suam communicare, quos præscivit benè illâ vsuros: sicut Rex quisque providentissimus eum donaret equo in bello, quem nosset strenuè illo præliatum ire.* Et ad hoc etiam adductâ sententiâ Prosperi dicentis Semipelagianos dicere, Deum illos vasa honoris fecisse, de quibus, quid sub gratiæ auxilio facturi essent, prævidisset: addit: *Est nihilominus opinio falsa, & sapientum judicio S. Scripturæ adversa.* Hæc ipse, non ego. Lib. autem 7. physic. dicit illud Axioma (cui non vult fidere P. Suarez in Metaph. disp. 29. sect 1) *Omne quod movetur ab alio movetur, esse basim primam, ac fundamentũ, vnde exquisitio primi motoris proficiscitur.* Et lib. 8. q. 1 ante 1. concl. vult illud etiam verificari in motibus intellectualibus: quod Molinistæ nolunt. Denique sensum compositum & divisum explicat nobiscum: vt sup. n. 379. & ad Rom. fol. 281.

Satisfit Philal.

284. Philal. veluti supra Magistrum suum Molinam sapiens, Sotum nobis opponit: quia lib. 1.

de

de nat. & grat. cap. 15. habet: *vt ex infantibus hic salutem consequitur, quia renatus est ex aquâ & sp. S. ille verò nequaquam, propterea quod absque Baptismo vitâ decessit; ita in adultis reddenda est proxima causa, cur cum duos æquè sit Deus paratissimus conuertere, præsentissimâque vtrumque misericordiâ aspiret, hunc trahat, illum non trahat; quæ reuerà reddi non potest, nisi quòd alter præbet assensum, & cooperatur, alter verò minimè; vt enim paruulum per Baptismum sine suo consensu, ita adultum per suam cooperationem prædestinauit conuertere. Sed rationem cur maiori hunc gratiâ, quàm illum perfundat, nullam certè aliam effingere poteris, quàm quòd vnus maiori se quàm alter conatu & impetu amoris converterit.* Cum autem quidam taxare voluissent verba illa: *quæ reverà reddi non potest &c.* Dicentes *quod ijs nimium tribueretur lib. arb.* respondit Soto in recognitione suorum operum ad calcem comm. in 4. sent. *ego tamen saluâ semper Catholicæ Ecclesiæ censurâ, arbitror necessariò sic dicendum.* Unde, ait Philal. constat Soto in doctrinâ Molinæ à se traditâ, & contra præmotionem, quam si admitteret, aliam daret rationem, hanc nempe 1. Corint. 4. *Quis te discernit.*

Resp. nil prorsus ibi nobis dissonum, cum nolit Soto assignare causam primam, *sed proximam causam*: & hanc quidem non causam quæ moveat Deum ad hunc trahendum; sed causam materialem; quam dicit esse assensum nostrum vt dicit negationem impedimenti; iste autem assensus solùm est causa proxima, non

1ª : quia si queras, cur præbet assensum, aut cur non impedimentum ponit? assignat Dei motionem vt causam efficientem, vt habes inf. ex calce 4. sent. vt enim Aug. de prædest. SS. cap. 8. *hæc gratia à nullo duro corde respuitur, idcirò enim tribuitur vt cordis duritia primitùs auferatur.* Hæc autem omnia nobis concordát, & Molinę contradicunt. Nè putes me ista dicere, & more Philal. non probare, singula ex Soto ostendo. Cum ex verbis objectis constet eum solùm velle assignare caussam proximam; solùm restant quatuor probanda. 1ᵘᵐ quod nolit assignare causam quæ Deum moveat ad trahendum. 2ᵘᵐ quòd solùm velit assignare causam seu dispositionem materialem. 3ᵘᵐ quod hanc velit esse assensum nostrum vt dicit negationem impedimenti 4ᵘᵐ quod velit illum assensum esse posteriorem Dei motione vt causâ efficiente

385. 1ᵘᵐ. Soto vbique monet: tum in recognitione ejusdem loci supradictâ: *assensus liberi arbitrij*, ait, *non est causa præveniens motionem Dei, sed effectus eiusdem motionis idem prævenientis lib. arbitrium*. Et ad Rom. fol. 273. *Cur e duobus v. g. crucifixis latronibus, Deus alteri proposuerit efficaciter auxiliari, alteri verò minimè, reverâ nulla existit alia causa, nisi quia neutri quidquam debebat*. Denique, vt patebit, solùm requirit causam materialem dispositoriam, sed ab eo quod se habet in genere causæ materialis, non movetur Deus ad prę-movendùm, ergo Soto non vult causam moventem Deum ad hunc trahendum præ illo.

Minorem

Minorem habet Soto ad Rom. fol. 271. *Fatemur*, ait, *illa dispositoria opera concurrere in genere causæ materialis, à quâ non movetur Deus neque ad prædestinandum, neque ad iustificandum.* Idem fol. 272. Ratio etiam est: quia omnis motio est physica vel moralis, atqui neutra competit causæ materiali; cum physica sit actio, sicque spectet ad efficientem causam, & moralis fiat ex parte objecti & finis, seu alliciendo, sicque ad finalem spectet; ergo.

386. 2um Habet expressé Soto in recognitione citatâ loci nobis à Philal. objecti: relatis ijs quæ lib. 1. de nat. & grat. cap. 15. dixerat, ait: *Ad maiorem tamen explicationem addatur: quæ sit ad iustificationem materialis dispositio.* Deinde post omnia à Philal. objecta, etiam habet: *quamvis causa prior efficiens, quæ nos convertit, sit eius spiratio, & motio præveniens, tamen dispositio materialis (quæ hoc modo potest dici causa) est assensio nostra.* Ergo solùm requirit causam materialem, & dispositionem in solo genere causæ materialis.

387. 3um. Vt plenè capias *Nota* 1° quod assensus noster potest considerari & in genere causę materialis, & in genere causæ efficientis: in genere causæ materialis assensus noster intelligitur vt dispositio materialis ad Dei motionem: in genere causæ efficientis est effectus motionis Dei, & illam sequitur. Ita Soto loco jam cit. *Nota* 2° quod assensus noster in genere causæ materialis non intelligitur vt existens, cum juxta Thomistas, existentia sit actus, &

extra

extra lineam materialis causæ; neque vt actus elicitus, & positivè, sic enim consideraretur vt effectus, & fieret transitus ad ordinem causæ efficientis. Restat ergo quòd consideretur precisè vt excludens impedimentum, seu vt dicens ejus negationem, vel vt dicit permittere nos à Deo moveri. Sicut vltima dispositio præcedit formam in genere causæ materialis, non vt informans materiam (tunc enim transires ad ordinem causæ formalis) sed vt excludens dispositiones formæ contrarias: in genere autem causæ formalis formam sequitur. Hoc posito, illud 3um in terminis habet Soto lib. 1. de nat. & grat. cap. 16. *Ita efficit ipse Deus nostrum assensum, si nos tamen simul liberè concurramus. . . . Vnde nostrum concurrere, est permittere nos ab ipso moveri.* Quare Sotum requirere assensum nostrum vt causam materialem & dispositionem vt à Deo trahamur, idem est ac eum velle quòd vt moveamur à Deo, requiratur vt non ponamus impedimentum.

388. 4um. Autem expressè habet in recognitione iam cit. *Assensus enim liberi arbitrij*, ait, *non est causa præveniens motionem Dei, sed effectus eiusdem motionis idem prævenientis lib. arb.* Et postea: *Quamvis causa prior efficiens quæ nos convertit*, &c. vt sup. n. 386.

Nobis ergo in nullo ibi adversatur Soto, sed præmotionem clarè explanat. Addo quòd vt nobis contrarius esset, deberet velle vnum motioni efficaci receptæ assentiri, non alium; vel hunc

hunc trahi, quia prævisus est benè vsurus gratiâ, non alius; vel rationem primam hunc trahendi non esse ex parte Dei, sed ex parte hominis; sed non vult 1um vt habes sup. n. 379. nec 2um. vt habes sup. n. 380. & 383. nec 3um. cum ad Rom. fol. 268. habeat: *prima causa cur Deus illos adiuuet est eius voluntas.*

Videt jam Philal. quomodo Soto constet in doctrinâ Molinæ, quam necdum vel per vmbram insinuavit, nisi eam destruendo? Tantùm verò abest vt per illam mutuam prioritatem motionis & assensus nostri, præmotioni noceat, cum juxtà Card. De Lugo Jesuitam disp. 8. de pænitentiâ n. 169. illâ mutuâ prioritate semel admissâ, in tuto sit ipsa præmotio physica. Neque debuit Soto recurrere ad illud: *quis te discernit?* cum non de 1ª sed de proximâ causâ, & quidem materiali, sit sermo. Ubi autem querit de 1^{a} causâ cur vnus trahatur non alius, ad illis verbis synonyma recurrit; vt lib. 2. de nat. & grat. cap. 8. & ad Rom. folio 274. *&c.*

389. Obijcit 2° Philal. vt Thomistis calumnietur, non vt eis Sotum opponat. *Quin etiam sunt inter Catholicos,* pergit. Sotus, *quos viuâ voce dogma hoc asserentes, nobisque reclamantibus defensantes audivimus; puta quòd Deus quâdam nos vi ac necessitate ad se pertrahat; ita vt in nostrâ nos conuersione merè habeamus nos passiuè & receptiuè. De quo idcirco S. Synodus sess. 6. &c. Quorum verò?* ait Annatus Jesuita, *Nempe eorum quos Soto audire solitus erat*

erat in scholis; & contra quos habebat ius reclamandi. Et subdit Annat. *Nimirum ijdem erant sine dubio, quorum meminit idem Soto cap.* 16. cum dicit: *Sunt inter Scholasticos*, &c. Habes locum integrum sup. n. 377.

Sed dum Philal. putat Thomistis illam damnatam sententiam tribuere, semet inconstantię & falsitatis retibus illaqueat. Cum enim velit omnes Thomistas ante P. Bannez, præmotione rejectâ Molinæ consensisse, sui immemor est dum sententiam, Molinæ etiam contrariam, ijsdem affingit. Et dum non valet vel vnum Thomistam sic sentientem producere, sua prodit figmenta. Et verò vnde habet quod Soto solitus erat illos audire in Scholis? cur non in alienis Scholis inter arguendum, vbi solùm *viuâ voce* agitur? Cum enim Nostri Patres Hispani sua sensa dictent, Soto non ex viuâ voce, sed ex dictatis hoc retulisset. Vnde etiam constat quod habuerit jus reclamandi, cum in alienis Scholis reclamemus solo argumenti jure? Certè jus domesticum reclamandi nostris non competit nisi ratione Regentiæ primariæ; vt vocant statuta nostra; si autem ex tali jure reclamasset Soto, istâ sententia non fuisset defensata (quod frequentationem sonat) sed statim sepulta; cum Regentis 1^{ij} resolutioni standum in Scholis nostris, & disputationibus, nobis mandent statuta nostra, & hoc exactè obseruetur.

Quod autem Annatus vult hos esse eos de quibus

quibus Soto cap. 16. volens nolens Thomistas liberat, cum nullatenus cum illis Thomistæ conveniant, vt palam est.

390. Obijcit 3°. Philal. ad ea quæ sup. n. 379. de sensu composito & diviso ex Soto retulimus: quia illâ distinctione non vtitur ad conciliandam cum libertate necessitatem antecedentem. *Dum liberè moveor*, ait, *poßum in sensu diviso non agere, & tunc ceßabit concursus Dei.* Et postea indicat necessitatem ortam ex illâ motione esse solum suppositionis.

Sed quis crederet amatorem veri posse nobis imponere, quòd doceamus præmotionem esse necessitatem antecedentem, aut ex eâ aliam necessitatem sequi, quàm consequentię, & suppositionis, quæ non sunt verè necessitates? quod si ista imposturæ sunt, vt verè sunt, quid habet Philal. quod nobis opponat? Soto autem verbis adductis non vult quod stante motione non possit oppositum, quamvis illud nunquam faciet (*pugnant enim inter se*, ait ibid. *Deum agere erga me actione illâ, & me non agere*) imò expressè dicit quod tunc possit in sensu diviso, id est potentiâ divisâ ab actu, quia suus actus est incompossibilis cum actu ad quem datur præmotio, vnde quando ista potentia conjungetur suo actui, seu ad actum reducetur, necesse est quod cesset pręmotio; sicut etiam verificatur de potentiâ, quam habet gratiâ congruâ Suarij affectus.

391. Obijcit 4°. & adducit Sotum 3. physic. q. 1.

q.1. art.2. concl.5. propoſ.5. docentem, quod actio nil ſit reale in agente, & quod non denominetur agens, niſi à motu qui eſt in paſſo.

Sed quid ad rem? excludat Soto intrinſecũ denominans agens, non propterea excludit intrinſecum per quod movetur ad agendum; cum lib. 8. phyſic. q. 3. dicat impulſum eſſe impreſſionem in impulſo, & qualitatem reductivè. Meliùs ergo Philal. retuliſſet quæ ibi Soto dicit de impulſu; & quæ ibid. q. 4. ad 2. dicit de attractione ferri à magnete; ſc. eſſe impreſſionem in ferro, quâ, intranſitivè ſc. trahitur à magnete, illamque impreſſionem eſſe qualitatem reductivè; quod repetit lib. 7. q. 4. fin. ad 2. Ex his enim intellexiſſet, ſi amet veritatem, quid velit Soto dum ad Rom. fol. 263, & 296. ait *nos à Deo appelli ad agendum*: & fol. 216. *appulſu Dei præmoventis corda noſtra trahi.* Nè autem hinc cenſeas eum velle nos à Deo impelli neceſſariò ſicut impellitur lapis, vel trahitur ferrum; pluries enim dixit ſup. quod moveat vnumquodque ſecundùm modum ſuum.

SECTIO X.

Examinantur quæ de aliquot Dominicanis dicit Philal. à n. 57. ad n. 62.

392. CUm Philal. Thomiſtæ Dominicani deficiant, quos ſibi conciliare,

vel apud phantasiam valeat; jam ex alijs loquitur, & aliquos ex Iesuitarum libris colligit, quos etsi prę motioni favere & Molinę adversari fateatur, tamen vt numerum faciat, & multos videatur opponere, eos producit vt communi Thomistarum sententiæ nonnihil discordes. quod frivolum est, hoc enim dato adhuc manerent in puncto controverso nobis concordes & Molinistis adversi. Si ego istas nugas mihi voluissem permittere, ferè totam Societatem Molinæ ipsi opposuissem. Sed nè quid sit intactum singula perpendamus.

Num 57. ex Basilio Legion. refert nonnullos Dominicanos præmotiones physicas docuisse ita ad vnum determinantes, vt non possemus eis refragari: Surrexisse autem P. Ioan. Vincentium, qui hanc dicendi rationem impugnavit, docuitque præmotiones fieri per excitationes: & Basil. testatur se eum sic legentem audivisse.

Resp. patere ex dictis sup. num. 279. Basilium sic scripsisse Molinistarum imposturis (de quibus cap. 1. sect. 2.) deceptum, qui hoc ipsum etiam nos docere fingunt; vnde audiens Ioan. Vincentium docentem præmotionem fieri primùm per excitationes, quibus si homo non reluctetur, tunc demum præmovebitur efficaciter, si autem illas spernat, ponet impedimentum, & non præmovebitur vlteriùs; credidit illum aliquid novi inducere, quasi non esset ibi noster communis sensus. Miror Philal. mirari

hanc

hanc Basilij æstimationem, cum eam in suis vel suorum discipulis quotidie possit advertere; qui eisdem imposturis præoccupati putant nos vel contra mentem loqui, vel nova, dum genuinè sententiam nostram audiunt à nobis explicari. Unde etiam vbi Basil. istas imposturas detexit, statim castra mutavit, & præmotionem amplexatus est: quod alijs etiam contingere quotidie videmus. Basilium autem fuisse deceptum, aut potiùs Philal. in Basilio, ex eo constat; quòd Ioan. Vincentius in relect. de grat. Christi q. 6 fol. 732. docet auxilia gratiæ ex se & intrinsecè efficacia. Vnde Amicus Iesuita disp. 12. de scientiâ Dei sect. 8. §. 2a. *sententia*, cum scientiæ etiam mediæ opponit, dicitque illum docere Deum scire futura in decreto, quia ab illo sunt futura.

393. Quod postea adjungit ex Basilio Verdu, Molinistis favere non potest, nec eum præmotioni subtrahere, cum ipsemet Philal. n. 66. ei vitio vertat, quod nimis constanter prædeterminationibus physicis adhæreat eum autem videre hactenus non potui, sicut nec reliquos ferè omnes, de quibus hâc sect. quod si licuisset, invenissem proculdubiò Philal. eodem semper modo Germanum.

394. Num. 58. obijcit Campanellam l. de prædest. & reprob. Resp. quòd etiam scientiam mediam reijciat; proinde non favet etiam Molinistis. Campanella enim (vt Card. Palavicinus in lib. inscripto, *Vindicationes Soc. Jesu*,

 cap-

cap. 27.) *erat vir qui omnia legerat, omnia meminerat, prævalidi ingenij, sed indomabilis.* Ex hoc autem indomito ingenio nil miramur eum despectâ Thomistarum antiquitate, imo & Molinistarum novitate, nova cudisse; *Cum nec dubitaverit* (ait P. Baron de lib. & grat. disp. 2. sect. 3. art. 1. §. vlt.) *Aristotelis Philosophiam damnare, quasi ignorantiæ humanæ limitem, neque à Brutorum stupore longè abesse scripserit, nec lectum vnquam D. Thomæ Arist. quod Suarum constitutionum esset observantissimus, quibus cavetur, ne fratres nostri libros Gentilium legant.* Ad hoc quòd Philal. addit, ejus lib. fuisse à duobus Dominicanis approbatum. Resp. cum P. Baron vbi sup. *Id factum eo animo, quo à Thomistis Scotistarum libris non negantur hujusmodi testimonia; quamvis ab illorum sententiâ abhorreant, & toti sint in Scoti contra D. Th. confirmandis opinionibus ab Ecclesiâ permissis.*

395. Num. 59. ex P. Suarez Iuniore sic refert: *E Dominicanis Molinæ principijs subscripsere Franc. Romæus Mag. Generalis Præd. l. de necess, & libertate operum, Matthæus Ori in l. de quinque verbis Pauli contra hæreses edito an. 1554. verbo 3. pag. 52. Uinc. Jabateus Luciensis opusc. de lib. arb. & grat. pag. 63. vbi disertè asserit Deum non determinare nos ad agendum quæ liberè agimus. Th Elysius lib. de lib. arb. q. 3. art. 8 Basil. Uerdu, Gonzalez de Albelda, Anton. de Viesma Episc. Petrensis, Laur. Gutieres.*

Resp. Suarem Iuniorem hoc dicere, sed vt sufficeret, debuisset probare, sed ad fallendum super

ſupervacua erat probatio; à quâ ego non ſuperſederem ſi illos authores legiſſem; tamen vt Philal. fiat ſatis.

Quantùm ad Romæum, ſcit Philalethes pridem reſponſum, ea, quæ Moliniſtæ in Romæo ſibi favere putant, habere locum objectionis. In eodem autem lib. teſte Martinez de Prado in ſuâ Metaph. nobis planè conſentit: vnde verit. 7. adfert. illud Proculi: *Uirtus 1ᵃ cauſæ plus influit ſuper effectum cauſæ 2ᵃ· quàm virtus ipſius cauſæ 2. Plus*, ait, *ac ſi dixiſſet immediatiùs, priùs, intimiùs, efficacius, vt ſolemnes exponunt Philoſophi.* Nempe, *immediatiùs*, quia conjungit & applicat virtutem cauſæ 2ᵃ ſuo effectui & actioni, ex hoc enim virtus 1ᵃ· eſt immediatior. *Prius*, naturâ & cauſalitate. *Intimius*, quia penetrat vſque ad gradum eſſendi, quem cauſa 2ᵃ non attingit, niſi vt Dei inſtrumentum. *Efficacius*, quia facit vt cauſa 2ᵃ faciat: ex quorum ſingulis deducitur præmotio, vid. etiam verit. 16.

396. Quantùm ad Ory, Philal. probationem reſervavit Syllabo nupero, fortè, in quo probatur Ory contra præmotionem ſtare, quia verbo *libertas* habet: *Manifeſtum eſt, quod viſio Dei, quâ videt aliquem agere, vel non agere, non eſt cauſa talis actus; ſicut nec homo videns incedentem, eſt cauſa inceſſus.* Et fol. 57. *Eſt frequenter eadem vocatio, eadem divina motio, &c. vnus tamen iſtis trahitur, alius induratur.* Vereor certè, nè Philal. me & omnes Thomiſtas etiam præmotioni op-

ponat quia dicimus etiam ſcientiam viſionis, vt viſionis ; non eſſe cauſam rerum , ſed vt approbationis ; cum videat peccata , & ea non cauſet in 2°. autem loco loquitur de motione inefficaci, vt patet. *Iabatæus* ſumit proculdubiò determinationem pro impoſitione neceſſitatis *Baſilio* autem *Verdu* imponit Suarez, vt patet ex Philal. num.66. Idem reor de *Thmâ Ælyſio*, cujus verba non refert.

397. Quantùm ad Gonzalem, planè fallitur Suarez, Cum Gonzalez ſcientiam mediam cum reliquis Molinæ principijs reijciat, ita vt Leonardus Ieſuita p.3. num.60. conqueratur illum 1.p. q.14. art.13. diſp.45. ſect.5. num.52. dicere. *Scientiam mediam neque SS. Patres, neque Catholicos Doctores ante Fonſecam & Molinam, docuiſſe.* Præmotiones etiam ex ſe efficaces tum ab antiquitate ; tum à communi ſenſu commendat 1. p. diſp. 60. vbi relatâ quoad hoc Molinæ ſententiâ, habet : *Oppoſita ſententia ſicut communis eſt apud omnes Philoſophos, & Theologos antiquos, ita eſt certiſſima, & lumine ipſo naturali videtur nota.* Et huic adhærens ſic ponit 1am concl. *Neceſſarius eſt prævius Dei concurſus actualis in ipſaſmet cauſas 2as quo ad operandum moveantur & applicentur.* Verum quidem eſt eum à Thomiſtis differre in modo, quia vult præmotionem non conſiſtere in qualitate reductivè, ſed in actibus indeliberatis : hoc autem non eſt negare præmotionem ſed modum quo fit ; ſive enim fiat per qualitatem reductivè, ſeu motionem realem, ſive per actus

indelibe

indeliberatos, ſemper eſt concurſus efficax, prævius & in cauſam. judica modò de Suarij, & Philal. ſinceritate; mirare P. Oviedo non erubuiſſe ſcribere in ſuâ Phyſ. Contr. 10. p. 3. Gonzalem præmotiones phyſicas abjuraſſe: vt hinc diſcas etiam, quantùm eorum dictis ſit fidendum.

Quantùm autem ad Ant. Vieſma, & Gutieres tale eſt figmentum, vt Prado in Metaph. illud inter mendacia reponat. certè indignum eſt à viro docto talia figmenta opponi, & ſine fundamento.

398 Num. 60. Philal. addit ex ſuo Botull P. Mancium; imò audet addere P. Lemos, & dicere eum (quem, teſte D. de Saint Amour, ob benè defenſatam gratiam prædeterminantem ſtatuerat Clemens 8. purpurâ donare) Romæ in prælectionibus ſuis publicis docuiſſe phyſicas prædeterminationes eſſe contra D. Thom. Si rationem queris? adeo audacis dicti hæc vna eſt: *Hoc ita certum eſt, vt Caramuel in ſuâ Theolog. Fundamentali editâ Francofurti ann. 1652. pag. 8. Not. 1. prouocet Thomiſtas vt ſibi probent P. Lemos id Romæ non docuiſſe.* Narrat Caramuel ibid. fundam. 1. pag. 8. ait Philal. ſe defendiſſe Salmanticæ *prædeterminationes phyſicas ſuaues*, id eſt, *cum quibus voluntas poſſit non agere etiam in ſenſu compoſito, licet ſit infallibiliter actura.* Dein ſubjungit: *has etiam ipſas vidi ab aliquibus PP. Dominicanis defendi; à paucis tamen: ſed inter paucos pro multis mihi ſit P. Conſul, qui hîc Pragæ ante duos annos erat Regens.*

399. Resp. Borull quidem hoc de Mancio asserere, sed non probare; proinde risu esset explodendus. Licet autem Mancij scripta necdum impressa non viderim, tamen ad ostendendum illum præmotionem docere sufficiet audire P. Henriquez Iesuitam lib. vlt. de fine hom. cap. 6. vbi objecto argumento quod cùm duabus ejus solutionibus sup. retuli num. 51. & datâ 2ª solutione, sc. quod gratia præveniens ex se efficax non lædat libertatem, quia licet non sit in potestate meâ ex parte principij, est tamen ex parte termini: sic de illâ 2ª solut. dicit in Comm. lit. O. *Hæc solutio in idem redit cum priori, & est apta pro disputatione Scholæ, quâ vtebantur Victoria, Soto, Mancius Sancius postea Episcopus, & alij recentiores.* Si autem Mancius præmotionem reijceret concederet cõsequentiam argumenti, sicut faciunt Molinistæ, nec eam negaret ex nostris ipsis solutionibus, vt clarum est. Henriquez autem scripsit Salmanticæ Professor, vbi etiam docuit & dictavit Mancius.

400. Quantùm ad P. Lemos, est res falsissima; & ex ejus manuscriptis (quæ vellent Molinistæ non esse, vnde & prohiberi curarunt) constat. non credidissem posse adeò falsa sine rubore evulgari. Sed attende nobile, & vnicum hoc scribendi fundamentum; *Caramuël prouocat Thomistas, vt probent P. Lemos non docuisse physicas prædeterminationes esse contra S. Thom.* Resp. Philalethem noluisse videre Caramuëlem loqui de prædeterminationibus necessitantibus absolutè,

tè,

tè, Moliniſtarum impoſturis obnubilatis, & quales imponunt nos docere; vt in Caramuële videre eſt, vnde ibi immediatè habet: *Hæc contra phyſicas prædeterminationes neceſſitantes dicta: non vt phyſicas prædeterminationes impugnem, ſed vt oſtendam eas nullam inducere neceſſitatem, ſed infallibilitatem tantummodò. Videntur Thomiſtæ benè ſentire, & malè loqui, debereque neceſſitatis nomine ex eſſe iuſſo, reponere infallibilitatem*: ſc. ob infirmitatem adverſariorum; & non quia neceſſitas conſequentiæ, ſuppoſitionis, aut conditionalis non ſit vſualis toti Eccleſiæ vt libertatem non lædens, & infallibilitati ſynonyma; ſed ob adverſariorum infirmitatem, qui ex iſtâ neceſſitate (quę tamen non eſt neceſſitas propriè) imponunt nos docere præmotiones neceſſitantes neceſſitate abſolutâ, & antecedenti; vt toties in Philal. advertiſti: has autem præmotiones neceſſitantes eſſe & contra P. Lemos & contra S. Thomam & omnes Thomiſtas, eſt apertum; & hoc quotidie clamamus, ſed adverſarij nolunt audire. Unde ibid. Nòt. 5. habet Caramuël: *Has infallibilitantes prædeterminationes* (quas etiam ipſe tuetur ibi) *& non alias defendi hodie à bonis Thomiſtis certum eſt; vnde ſuſpicari incæperam neceſſitatis nomine Thomiſtas veteres intellexiſſe tantummodo infallibilitatem.* Deinde relato inſigni tractatu Revmi. P. Hyacynthi Libelli modò S. Apoſt. Palatij Magiſtri, quo phyſicas prædeterminationes nervosè ſtatuit, oſtenditque S. Petrum illis & earum fundamentis impugnaſſe Simonem Magum: addit

Caram.

Caram. *Hucusque Rev*mus *& Ex D. P. Hyacinthus Libelli, quem allegare ad longum volui, ut meam de infallibilitate doctrinam non solum S. Thomæ, sed & S. Petri, & S. Clementis authoritate confirmarem. Unde iterum dico omnes illos antiquos, qui admiserunt necessitatem quæ non tolleret lib. arb necessitatis nomine intellexisse infallibilitatem.*

401. Fundam. autem 1. Caram. & P. Consul. loquuntur de sensu composito Molinistico, qui est noster divisus; & qui dicit quod stante Dei præmotione possim agere oppositum, licet nunquam agam; *potentiam hanc*, ait Caram. *licet possit, nunquam reducet ad actum.* Sic autem sumendo sensum compositum, tales etiam omnes Thomistæ præmotiones docent; sed istum sensum compositum nolumus, quia novum, antiquitati contrarium & insufficientem; sed sensum istum cum antiquis vocamus divisum, quia dividit potentiam à suo actu; vel dividit actum ad quem est præmotio, ab actu talis potentiæ qui non ponetur: compositus autem, utriusque simultatem importat. Non habuit ergo Borull, neque Philal. fundamentum ista dicendi de Lemos; sed quia novit Bastidam sui juris factum, præmotiones quas impugnaverat Romæ, postea gloriosè propugnasse, ut sup. num. 62. ita voluit gratisre ponere P. Lemos eas impugnasse, quas priùs congratulante Clem. 8. & toto orbe, fæliciter propugnarat.

402. Num. 61. Philal. refert PP. Domin. ann. 1606. 12. Aug. Avenione in Capit. Provinciali propu

propugnasse theses, quarum 7. erat: *Efficacis gratiæ natura talis nobis videtur esse, vt neque physicè, neque moraliter voluntatem humanam prædeterminet ad volendum, & ad eligendum bonum, quod sibi ope gratiæ inspiratur: hâc enim ratione sublatus creditur omnis omnino lib. arb. vsus.*

Sed planum est quod ij sumebant prædeterminationem pro impositione necessitatis; Cum enim eo ferè tempore in Congreg. de auxilijs primùm vsurpatum esset nomen prædeterminationis physicæ, vt sup. num 4. & ex tunc inciperent Molinistæ benevolentiâ nostrâ abuti, dicendo ex isto nomine, nos docere præmotionem simpliciter necessitantem, ideò illa thesis illam vocem nolebat; vnde non habet thesis, *hâc ratione sublatum credimus*, *sed sublatus creditur*, sc. ab adversarijs *lib. arb. vsus.* & hoc mihi fit clarum ex hoc, quòd ex istâ thesi nil favens scientiæ mediæ, nec aliud contra concursum prævium producant adversarij; quod signum est thesim scientiam mediam aversari, & concursum prævium statuere, licet nolit illis vocibus exprimi, quibus Molinistæ, verbo suo deficientes, volebant necessitatem significari.



SECTIO

SECTIO XI.

Examinatur Philal. à n. 62. ad n. 67.

403. PHilal. num. 62. objicit ex Leonardo Jesuita nonnullos Dominicanos docentes Deum non præmovere ad materiale peccati. Sed scire poterat eos loqui de materiali formaliter sumpto, seu de entitate actus substante malitiæ, & dicente aliquem ordinem ad malitiam, & sic verum est, & idipsum etiam docemus, quamvis oppositum nobis falsò imponant adversarij: non autem negant Deum præmovere ad materiale materialiter sumptũ, seu ad entitaté actus præcisam ab omni ordine ad malitiam; & hoc clarè exprimunt verba quæ num. 63. refert Philal. sc. *ad malum*; & postea, *ad actus malos* De epist. autem M. Joan. Garciæ Coronel dicetur num. 439. Quæ autem profert ex Ioan. Nicolaj sunt extra chorum: ipse autem *P.* Nicolaj generosè præmotionem tuetur in addit. ad Raynerum verbo *gratia*, à c. 5. ad 10.

404. Num. 64 addit Aravium 1. p. q. 19. art. 10. etiam negare præmotionem ad materiale peccati; & dicit quod pag 518 citet pro illâ sententiâ. *Melchiorem Canum, Capreolum in 2. dist. 37. q. 1. art. 3. ad 2.* &c.

Resp. Aravium solùm negare præmotionem physicam

physicam ad entitatem actus peccati, vt ly physicum idem dicit ac naturale, non autem vt idem ac reale, vt colliges sect. sequenti: vel negat præmotionem ad entitatem actus peccati vt annectitur malitiæ, & ad eam dicit ordinem, non autem vt entitas est præciso ordine ad malitiam. Hoc abundè patet ex dub. 3. ibidem, vbi ponit hanc 1am. concl. *Deus non solùm concursu simultaneo, verùm etiam aliquo concursu prævio concurrit ad actum peccati in ratione entitatis. Hæc concl. statuitur adversus authores 1æ sententiæ*, illi autem sunt Molinistæ.

Concl. quoad concursum prævium probat 1° ratione D.Thom. in 2. dist. 37. sic ordinatâ. *Voluntas humana dum elicit actum peccati non solùm est deficiens, sed etiam efficiens, atqui vt sic non est 1um efficiens, alioquin essent duo 1a principia, quod non est dicendū, ergo est efficiens 2um. ac proinde subordinatum 1o. efficienti, nempe Deo: tunc vltra: sed hæc subordinatio causæ 2æ. efficientis ad 1am. requirit non solùm concursum simultaneum, verùm etiam prævium, vt patet, sine quo non debitè subordinatur causa 2a. ad 1am neque vitatur sufficienter periculum admittendi plura 1a. principia, vt multis probatum est sup. q. 3. ergo.*

405. Deinde probat ratione Capreoli in 2. eodemmet loco sup. à Philal. adducto, cumque pro se citat: vt ex hoc vno colligas eum non reijcere præmotionem ad entitatem actus peccati, nisi vt connotat malitiam, non autem vt entitas est præcisè; cum jam pro hâc parte

citet

citet Capreolum, quem ante contra citaverat: *Aut Deus & voluntas sic conveniunt, ut Deus sequatur determinationem voluntatis in illo actu, ita ut voluntas priùs naturâ se determinet ad actum illum, & ex hoc Deus cooperetur voluntati jam determinatæ: vel 2° ita conveniunt, ut priùs naturâ & causalitate Deus determinet se ad agendum, & voluntas creata ejus determinationem sequatur: vel tandem 3° ita conveniunt ad istum actum ut illum ex æquo, & simultaneo concursu præcisè operentur, &c. sed non possunt convenire 1° modo, &c. neque 3° modo, &c. ergo dicendum est quod conveniant 2° modo; nimirum per hoc quod Deus determinet se ad agendum, & voluntas creata sequatur ejus determinationem, & illi subordinetur: eò quòd quantùm ad omne positiuum quod est in actu voluntatis, actio ipsa voluntatis creatæ est posterior actione Dei in producendo, quia nulla creatura agit nisi mota à Deo. Neque ex hoc sequitur Deum esse authorem peccati, &c. eo quod, ut inquit Capreolus, motio Dei non determinat voluntatem creatam ad aliquod quod sit secundùm se malum, sed ad illud quod est secundùm se bonum ex naturâ suâ, licet sit malum quoad deformitatem.*

406. Nō minùs clarè id expressit ibid. dub. præced. vbi sic habet ad concl 2. *Deus movet voluntatem humanam ad actum peccati, ut vniuersalis motor; modus autem iste mouendi vniuersalis motoris non consistit in eo quod præstet concursum indifferentem, qui ut egreditur ab ipso Deo indifferens sit ad bonum vel ad malum, sive ad hoc aut illud objectum, ut falsò aduersarij interpretantur; hujusmodi enim concursum indifferentem*

differentem supra tanquam alienum à divinâ prouidentiâ, efficaciâ, & dignitate 1ª causæ omnino à Deo relegandum ostendimus. Sed in eo quòd præstat positiuum concursum bonum ex se, & ad objectum bonum determinatum, ex quo tamen homo sumit occasionem ad actum malum, ad quem per rationem deliberantem se determinat.

Addit Philal. Barth. Ferreira ex hoc vno quòd Molinæ concordiam approbaverit. Sed hoc ridiculum esse patet ex dictis num. 394. & si ista mihi permitterem librum meum Iesuitis opplerem, qui Thomistarum libros etiam de hâc materiâ tractantes approbarunt. De Burchnero vide inf. num. 446. & quàm malè objiciatur Hieronymus Mazarellus seu à Bononiâ, vide sup. n. 126.

407. Num. 65. & 66. Philal. nobis exprobrat quòd dicamus libertatis concordiam cum gratiâ ex se efficaci esse incomprehensibilem: & addit, Molinistas captivare quidem intellectum in obsequium mysteriorum fidei, eisque fidem cęcam adhibere; *Non sunt tamen adeò stolidi*, ait, *vt eandem habeant mysterijs à Bannezio nuper inuentis.* Vbi videtur nos stoliditatis tacitè arguere, ex captivato intellectu nostro hâc in parte: verùm malumus dicere cum Apostolo, *Nos stulti propter Christum*, & propter Dei primatum; quàm sapere in oculis nostris pro creaturâ cum damno Creatoris. Nec enim sumus de illorum numero, quos indigitat S. Th. 1. cont. gent. cap. 5. num. 2. *Sunt quidam*, ait,

tantùm

tantùm de suo ingenio præsumentes, ut totam naturam diuinam se reputent suo intellectu posse metiri, æstimantes sc. totum esse uerum quod eis uidetur, & falsum quod eis non uidetur. Imò didicimus ex eodem 2.2.q.8 art.7. *quod tantò in hâc uitâ Deum perfectius cognoscimus, quantò magis intelligimus eum excedere quidquid intellectu comprehenditur.* Audivimus ex Rom. 1. *quod dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.* Vnde sequimur August. dicentem Epist. 78. *Magis eligo cautam ignorantiam quam falsam scientiam.*

408. Ignorantiæ ergo hâc in parte confessio gloriosa est, imò certa est antiquitatis doctrinæ Thomisticæ nota : quippe tota antiquitas hîc ad ignorantiæ asylum nobiscum humiliter refugit. Apost. ad Rom. 11. exclamat : *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & inuestigabiles uiæ ejus! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria.* Ubi S. Thomas monet eum loqui de scientiâ *per quam in rebus operatur*; sicque concursu in causam, adeóque prævio. Unde addit S. D. *Et inuestigabiles, id est, non perfectè ab homine uestigabiles uiæ eius, idest processus eius, quibus in creaturis operatur : etsi ipsæ creaturæ sint homini notæ, tamen modi, quibus Deus in creaturis operatur, ab homine comprehendi non possunt.* Postea: *Ad designandum autem Dei causalitatem utitur tribus præpositionibus, quæ sunt, ex, per, & in. Hæc*

autem præpositio, ex, *denotat principium motus. Et hoc tripliciter.* 1° *quidem ipsum principium agens vel mouens*, &c. *Ex Deo autem sunt omnia sicut ex* 1°. *agente*, &c. *Hæc autem præpositio*, per, *designat causam operationis; sed quia operatio est medium inter faciens & factum, dupliciter hæc præpositio*, per, *potest operationis causam designare. Uno modo secundùm quòd operatio exit ab operante, sic aliquid dicitur per se operari, quod est sibi causa vt operetur. Hoc autem est vno quidem modo forma, sicut dicimus, quòd ignis calefacit per calorem: alio modo aliquid superius agens, puta si dicamus, quod homo generat per virtutem solis, vel potius Dei; sic igitur omnia dicuntur dupliciter esse per ipsum: vno modo sicut per* 1um *agens cujus virtute omnia alia agunt*, &c. Posteà de prępositione, *in*, ait: *alio modo designat habitudinem causæ efficientis, in cujus potestate est effectus suos disponere; & secundùm hoc dicuntur omnia esse in ipso, secundùm quòd omnia in ejus potestate & dispositione consistunt.* Loquitur ergo Apost. juxta D. Thom. de scientiâ Dei quâ operatur in rebus eas movendo vt 1um. agens; & quâ est causa actionis vt egreditur ab operante, seu quâ est causa agenti vt operetur, &c. & tamen fugit ad incomprehensibilitatem Dei, vultque Deum hâc captivitate intellectus in hâc parte colendum: *quoniam ex ipso, & per ipsum*, &c. *ipsi honor & gloria.*

409. S. Aug. lib. de dono persev. cap. 14. ad ignorantiam fugit cum Apost. & addit: *Nunquid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi*

non potest quod occultum est? lib. autem 5. super Gen. ad litt. cap. 20. vocat Dei motionem *occultam.* Undè lib. de vtilitate cred. cap. 12. hanc dat regulam Philalethi os obstruentem: *Cum de intelligendo Deo agitur, ij minus sequendi sunt, qui nos credere vetant, rationem promptissimè pollicentes.* Sic etiam ad ignorantiam suam fugiunt S. Bonav. & Scotus, vt refert D. Dion. Carthus. in 1. dist. 41. q. 1. Sic etiam Marsil. sup. num. 103. Tapper n. 106. Driedo num. 117. Dionys. Cist. num. 231. fin. Aragon. num. 243. & alij omnes antiqui, qui cum Aug. serm. 20. de verbis Domini existimarunt, *meliorem esse fidelem ignorantiam, quam temerariam scientiam.*

SECTIO XIJ.

Utrum Aravius præmotionem physicam reijciat?

410. NOt. quod juxta Aravium. præmotio potest dupliciter intelligi esse physica, 1° vt ly physica (sicut loquitur Arav. 1. 2. q. 111. art. 5. dub. 6. ad concl. 2.) dicat motionem, *quæ moveat suo pondere naturali adinstar agentis naturalis*: independenter ab omni motione morali, & quæ eam excludat. Talem autem nolunt Thomistæ, sed volunt simul habere adjunctam moralem, imò ab hâc incipere, vt sæpè dixi: vnde S. Thom. 1. p. q. 103. art. 5. ad 2. dicit.

dicit istam motionem esse propriam Brutis, hanc rationalibus: & Ioan. à S. Thomâ illam nobis imponi à Molinistis conqueritur tom. 2. in 1. p. fol. 95. vbi etiam habet: *In Congreg. 39. apertum est coram summo Pontifice, & explicatum fundamentum hujus erroris apud Calvinum; quia sc. negavit excitantem gratiam, & solùm posuit gratiam moventem sinè excitatione. Cum tamen Ecclesia Catho. per Concil. Trid. sess. 6. can. 4. dicat lib. arb. esse à Deo motum & excitatum: vbi nec solam motionem posuit sicut Calvinus, nec solam excitationem sicut Pelagius, sed vtramque: sublatâ autem excitatione, motio superveniens solum erit motio per modum naturæ, sicut movetur lapis aut equus: & ideo S. Thom. 3. cont. gent. cap. 88. dixit, quod illud quod moveret voluntatem per modum agentis, & non per modum finis, moveret violentè.* Secundò sumi potest provt ly physica *idem est quod realis*, vt habet Aravio inf. num. 413. & sic non excludit, sed sibi sociat moralem motionem; & taliter physicam docemus omnes.

411. Causam sic distinguendi dederunt adversarij, qui, vt dicit Arav *fallaci discursu confingebant* nos docere præmotionem physicam 1° modo, & sic sumptam volebant condividi morali; sic inter alios fingebat Mascarenhas p. 1. disp. 3. vt refert Alvarez lib. 2. resp. cap. 1. n. 29. *Observandum est* 1° ait, *moralem determinationem, hoc differre à physicâ, quòd illa in homine moraliter ad aliquid determinato relinquit veram & realem potentiam ad oppositum; ac proinde qui hoc modo determina-*

 tur,

tur, poteſt ſimpliciter determinationi reſiſtere: at determinatio phyſica ad aliquem actum vel objectum, ſtare nequit cum potentiâ ad oppoſitum; quod patet in voluntate, quæ cum ſit ex ſuâ naturâ generaliter ad bonum determinata, non poteſt vllo modo ferri in malum. Item quia lapis per ſuam gravitatem determinatus eſt ad deſcenſum, fieri nequit, vt in ſublimi poſitus, & abſque vllo extrinſeco impedimento ſibi relictus non deſcendat. Ita ille Moliniſta.

412. De hâc autem impoſturâ conqueritur Arav. 1. 2. q. 111. art. 5. dub. 6. vbi poſtquam in 1ª concl. ſtatuit gratiam ex ſe, & vt venit à Deo efficacem independenter à conſenſu noſtro, addit: *Si autem inquiras an iſta gratia vocans & præveniens efficax, appellanda ſit phyſica vel moralis? Reſp. & ſit 2. Concl. quòd non eſt appellanda ſimpliciter & ſine addito phyſica, ſed potiùs moralis; vel phyſica cum hoc addito, nimirum, ſi phyſica idem ſit quòd realis, & in ſe, ac de ſe provt venit à Deo efficax ſit.* Et addit: *Pro cujus declaratione adverte quòd hæc vox, phyſica, applicata motioni & prædeterminationi divinæ gratiæ vocantis, incognita fuit Theologis antiquioribus, & inventa ab his, qui hujuſmodi efficaciam* (Nota) *auerſantur, hocque titulo objecta novioribus Thomiſtis, vt ab ipſis volentibus nolentibus aut legitima proles fædata admitteretur, aut odioſa & inuiſa contra arb. libertatem repudiaretur: Non ſecùs atquè infans foribus Eccleſiæ exponitur, vt ab ipſâ volente nolente in curam & tutelam recipiatur.*

Sed qui ſunt iſti, qui hujuſmodi efficaciam averſan

averſantur, quam illâ 1. & 2. concl. expreſſit? ſunt ipſi ſoli Moliniſtæ, qui nolunt gratiam ex ſe, & vt venit à Deo eſſe efficacem. Sunt ergo Moliniſtæ, qui præmotionem ſuis impoſturis fædatam Thomiſtis, vt puerum ad portas Eccleſiæ ab ipſis volentibus nolentibus recipiendum, obijciunt; & volunt ly, *phyſicam*, ſumi à nobis 1° modo, quantumvis dicamus nos illâ voce vti, vt idem eſt ac *realis*; vt etiam agnovit Fonſeca ſup. num. 3. relatus. Ex quo advertat Oviedo quàm inconſideratè, vel ignoranter hoc dictum P. Aravio referat in Phyſ. Contr. 10. p. 3. §. 1. quaſi loqueretur Illuſt. Antiſtes de genuinâ quam docemus præmotione, cum tamen ſolùm iſta dicat de præmotione, adverſariorum impoſturis deturpâtâ, ab ipſis confictâ, & Scholæ noſtræ foribus malâ fide expoſitâ. Hinc etiam intelligat Philal. quos tangat Aravio verbis à ſe objectis. Hoc ſuppoſito.

413. Dico Arav. reijcere præmotiones phyſicas, ſumendo ly, *phyſicas*. 1° modo: admittere autem præmotiones phyſicas, ſumendo ly, *phyſicas*. 2° modo, & vt idem eſt ac *reales*. Unde has vocat morales vt ly *morale* contraponitur *phyſico*, 1° modo ſumpto, vt ſumere videtur Maſcarenhas ſup.

Concl. quoad 1. p. patet, & præmotiones phyſicas ſic ſumptas etiam vt Calviniſticas reijcimus. prob. 2. p. *primò* hoc habet in terminis ſuprâ, dum dicit gratiam prævenientem ex ſe efficacem appellandam eſſe phyſicam, *cum hoc ad-*

 dito,

dito, nimirum, si physica idem sit quod realis. quo nil expressiùs. *Secundò*: Ibid. dicit se tantùm verbis differre ab Alvarez lib. 3. de auxilijs disp. 23. & lib 9. disp. 91. concl. 3. sed Alvarez ibi docet præmotionem physicam in 2° sensu ergo. *Tertiò*, Arav 1. p. q 19. art 10. dub 3. num. 50. habet: *In nostrâ verò sententiâ, quæ auxilia efficacia respectu actuum perfectiorum & deliberatorum, non in hujusmodi actibus indeliberatis, sed in qualitatibus transeuntibus & fluidis à Deo immediatè causatis constituit*, &c. *Quartò*, tom. 1. in 1. p. fol. 751. dicit gratiam auxiliantem esse aliquid reale intrinsecum in Petro, & adducto August. dicente, Deum ineffabili & mirabili potestate operari in cordibus hominum, addit: *Hæc autem potestas mirabilis, & occulta, non potest non esse auxilium physicum præveniens, & de se efficax*, &c. *Quintò*, ibid. fol. 755. & 510. idem docet, & tom. 2. Met. *Prob. etiam 3. p.* Tum quia in terminis docet sup. n. 412. illam præmotionem vocandam *moralem, vel physicam, modo ly, physica, idem sit quod realis*; ergo sumit morale vt opponitur physico 1° modo sumpto, & vt synonymum cum physico 2° modo sumpto. Tum quia sup num. 405. docet præmotionem ad entitatem actus peccati, sed ista præmotio non potest dici moralis, nisi vt ly morale coincidit cum reali, quia ibi non potest suasoriè movere, ergo.

414. Ex his jam *habes*. 1° quid velit Arav. in Epist. (si tamen vera est) quam citat Philal. num. 145. & ex eâ disces quomodo Ioan. Uincentius

centius doceat præmotiones morales, cum ibi Arav. dicat ſe illum ſecutum. *Habes.* 2°. quòd *minùs conſideratè, nec ſatis modeſtè* Philal. reprehendat. Ex P. Dominicum Bruneau S. Theol. D. quod Theſim cujuſdam Ieſuitæ (cujus nomen ſileo) in quâ oppoſitum aſſerebatur, dixerit in ſuâ theſi, quam illi oppoſuit, quoad hoc *apertum mendacium.* cum in alterâ theſi propugnatâ die 2. Aug. 1662. Ad mentem S. Thom. *juxta lucidiſſima Commentaria Illuſt. P. Franciſci Aravio,* &c. id adeò clarè oſtenderit, vt non habuerint adverſarij quod reponerent, neque modò habuit Philal. cujus tamen intererat ibi allata refutare. Veriùs Philal. culpaſſet ſuum ſocium eorum quæ congerit in P. Bruneau, cum ille tunc exempla dederit, à quibus ſe alieniſſimum teſtatus eſt P. Bruneau ſic in fine Appendicis ad dictam theſim propugnatam 2. Aug. adverſarios invitans: *Nec metue, nullis te deriſionibus confundemus, nullis injurijs, dicterijs, calumnijs (quemadmodum nobis nuper factum eſt) obruemus; has etenim ſolutiones tanquam parum admodum ſpeculativè, vel etiam practicè Theologicas, à noſtris Scholis volumus exulare.* quod autem dixerit partem illam eſſe *mendacium apertum*, hoc dixit poſt Martinez de Prado in ſuâ Metaph. qui rem apertè falſam vocavit mendacium: miror autem Philal. advertere iſtam feſtucam in alterius oculo, & in ſuo non agnoſcere trabem, quâ n. 90. Theſim Quæſtionarij vocat *Nidum mendaciorum.*

SECTIO XIII.

Utrum Reverendissimus P. Turcus prædeterminationes rejecerit?

415. AFfirmat Philal. num. 68. quia tum Parisijs tum Ualentiæ Cidi dixit prædeterminationes physicas esse alienas à mente D Thom.

1um probat ex P. Galtrucio; deinde ex litteris P. Bagotij quas Philal. vidit, quibus dicit P. Turcum laudasse suum argumentum, & varia in Confirmationem addidisse.

2um probat ex P. Henao referente P Turcum dixisse sustinenti theses in Capit Generali: *Fateor prædeterminationes physicas esse doctrinam plurium Thomistarum, sed . . . . . à S. Thom. longè aberrantium, quibus si mihi ostenderis S. Thom. alicubi favere, promitto tibi Magisterium*. Cujus, inquit Henao, testimonium habet notarij publici chirographo consignatum. Idem refert, ait Philal. *verbis æquè efficacibus licet nonnihil mutatis* in 2. editione, &c. vbi illud confirmat novo testimonio authentico 4. Doctorum, qui disputationi interfuerunt & testantur P. Turcum dixisse: *ostende mihi locum S. Thom. in quo physicam prædeterminationem defenderit, & ego creabo te Magistrum in religione*.

416. Resp. ad 1um quod Philal. hoc refert ex Galtrucio;

Galtrucio, Galtrucius ex Bagotio, ſicque tota fides eſt penes Bagotium, cujus vnius dictum non facit apud me certitudinem, vt inf. n. 437. neque laudatio argumenti, quæ in iſtis reſumptionibus argumentorum eſt ordinaria, id ſuadet; & (quia hoc & alia à noſtris Pariſienſibus vt teſtibus oculatis, audio brevi cueптilanda) ſatis mens Turci ex jam dicendis patebit.

417. Ad 2. Reſp. 1. ſi hæc dixiſſet P. Turcus, non de re ſignificatâ ſed de ſolâ voce complexâ; *prædeterminationis phyſicæ*, fuiſſet locutus. Tum quia ipſe P. Platel (quem puto Philal. laruâ tectum) in ſuâ Synopſi cap. 3. num. 90. id prodit magis ibi hâc in parte Philalethes, dicens nomẽ prędeterminationis phyſicæ *priùs inauditum*, & (*teſte R.mi. P. Thom. Turco Generali Dominic. apud Gabr. de Henao in ſuâ Empyr. præloq. 9. num. 35.*) *D. Thom. ignotum.* ergo, juxta Philal. ipſum Turcus ſolùm loquitur de illâ voce complexâ, eamque, & non rem ſignificatam, vult. D. Thomæ eſſe ignotam; quod & diximus ſup. num 4. vnde nec ipſemet Bannez vtitur illo complexo, vt notat Prado. Tum etiam quia teſtimonia producta non plus probant, vt de 1° jam dixit P. Platel.

Reſp. 2. iſta teſtimonia eſſe ſuſpecta, & ſi ad res & non ad ſolas voces trahantur, eſſe falſa. 1um. patet; Tum quia verba vtriuſque teſtimonij ſunt in Henao diuerſa, imò mutata, vt ait Philal. & tamen eſſe à Turco prolata ambo affirmant. Tum quia P. Platel in Synopſi 2. p. n. 47.

47. refert id dictum Valentiæ in Cap. Generali an. 1648. quo tamen anno nec ibi erat Turcus, nec habitum Capitulum.quod tamen reor asseri in testimonio, præsertim cum eumdem annum in varijs Iesuitarum dictatis inueniamus citatum; hocque solùm emendarint vbi à nobis in Thesi publicâ illo anno nos non habuisse Capit.Generale audierunt.

418. Falsum autem esse Turcum sensisse prædeterminationes physicas quoad rem significatam,esse à mente D Thom. alienas; prob. 1. quia toto tempore quo ante Generalatum docuit profundè, & subtiliter, concursum prævium gratiam ex se efficacem nobiscum docuit, & scientiam mediam reprobavit vt ex ejus dictatis constat. 2°. etiam in Generalatu in eâdem sententiâ perstitit,vt patet ex ejus Epistolâ ad P. M. Sebille, in principio sui lib. inscripti, *De lib. arb. Interpres Thomisticus*, post suas conclusiones præfixâ. In eis autem conclusionibus totus pro præmotione stat, vt videre est; cum autem earum propugnatio ei fuisset interdicta, theses suas ad Turcum pro examine transmisit, & hoc ab eo accepit Responsum.

R. P. Regens, graviter sensi, quod theses vestræ de lib. arb. Lovanij fuerint prohibitæ. Eas accuratè perlegi, & cum nihil in eis repererim reprehesione dignum, quin potiùs invenerim esse in omnibus & per omnia conformes doctrinæ D. Thom. hinc mando districtè Provinciali vestræ Provinciæ, vt easdem faciat publicè defendi in eodem loco, in quo sunt probibitæ, &c

Ex

Ex quâ Epist. sic discurro: P. Turcus dicit theses P. Seville esse *in omnibus, & per omnia conformes doctrinæ D. Thom.* sed illæ theses explicant, & sunt de præmotione, ergo Turcus sentit præmotionem esse doctrinam D. Thom.

419. Denique hoc planè convincit Epistola Illustrissimi Patris ac Domini D. Ambrosij Capello dignissimi Antuerpiensium Episcopi, ante suam assumptionem ad Episcopatum ejusdem Reverendissimi P. Turci Socij ac Provincialis Terræ *Sanctæ*, data die 3. Ianvarij 1670. Antuerp. ad Ex. D. ac Mag. N. Nicolaum Iosephum de la Verdure S. Theolog. D. & hujus almæ Vniversitatis Duacenæ Regium & Ordinarium Professorem; qui occasione importunâ tum Philal. tum Controversiæ nuperæ propositoris; ad præfatum Illust. Dominum, vt rei totius conscium & testem, scripserat veritatis affectu, & facti tandem agnoscendi causâ; In eâ ergo Illustriss. D. (omissis iis, quæ Controversiæ nuperæ Resolutoris falsitates detegunt) rescribit Reverendissimum Turcum illa verba à Philal. ex Henao relata ne quidem insinuasse: *Hæc enim verba*, ait, *non à veritate tantum facti (vti paratus sum deponere, qui non illis tantùm disputationibus, sed vbique locorum cum Reverendissimo Patre Turco semper interfui) sed & aberrant ab ejusdem Reverendissimi sensu, qui præ-*

determinationis

determinationis physicæ, seu Thomisticæ fuit acerrimus semper assertor & propugnator. quòd vel ex eo solùm irrefragabiliter liquet, quòd vbi legerat libellum Ex. D. Sylvij de Motione Primi Motoris, in quo prædeterminatio Thomistica acerrimè defenditur & propugnatur, non contentus libellum vidisse, nisi & Authorem videret & cognosceret, me socio & comite, ipse Generalis integri Ordinis, ac vir summæ authoritatis, Duaci præfatum Sylvium in suo Collegio visitaverit, eidem me præsente congratulans, applaudens, imò & gratias agens de illo suo opusculo, tanquam gemino fœtu discipuli S. Thomæ in materiâ prædeterminationis Thomisticæ. Addit Illustriss. Domin. innumeris alijs argumentis sibi constare de mente Reverendissimi Turci, & asserit quod Reverendissimo Turco tantus inerat pro prædeterminatione physicâ zelus, vt si quem ex nostris reperisset eam negantem, *absoluisset eum omni non solùm gradu, sed & docendi munere.*



SECTIO XIV.

Examinatur Philal. a. num. 69. ad num. 71.

420. NUm. 69. fingit Philal. nonnullos Dominicanos Molinæ assentiri, qui statuti religione prohibiti, suum non audent sensum prodere. Id dicit de Ant. de Viesma ex Oviedo Jesuitâ; & idem de alio, ex altero Jesuitâ.

Resp. nos præmotioni non alligari speciali, sed solùm communi statuto de sequendâ D. Th. doctrinâ; sub quo præmotionis sequelam comprehendi ita clarum est, vt ipsimet Jesuitæ eodem statuto suos ligare volentes, voluerint præmotionem expressè excipiendam, vt sup. n. 87. ne eos ad præmotionem obligarent. Quòd addit nonnullos Molinæ faventes non audere sensum prodere; certè muliebre est talia dicere; & non probare: quòd si mihi talia permitterem integram sectionem possem texere, ex Jesuitis de quibus idipsum audivi sæpè, non solùm à nostris, sed etiam ab exteris, viris fide dignis, nec ita pridem alterius statuti vir emeritus, & multis dotibus clarus mihi asserebat, quemdam sui statuti, & professionis virum fide dignum, & antea Jesuitam palam testari, se, dum adhuc in Societate esset, pluries suum Profes-

Professorem Jesuitam audivisse, dum has materias dictaret, sibi familiariter dicentem; se docere, quę putaret falsa. Sed ista & his similia silentio premo. Interea fabulosùm esse quod dicit Oviedo de Viesmâ, ostendit Prado in Metaph. & certè ipsa contumeliosa Oviedo narratio, dicentis eum à suis derelictum pauperrimam vitam degisse, non tam eum a paupertate commendare, quàm nos ab ejus miseriâ fictâ falsò culpare volens, satis probat hoc esse fabulam. Memini me legisse Ruvium, Azorium, Inchofer, & alios Jesuitas D. Thomæ affectos, ejus doctrinæ causâ non bene habitos esse rumorem; an hoc ex propriâ mente, & phantasiâ reponere voluerit Oviedo, me latet. Idem sentias de illo testimonio Gandensi, cum constans sit nullum esse in totâ nostrâ Provinciâ, qui scientiam mediam rugosè non aspiciat, & præmotionem blandè non amplectatur.

Ejusdem fidei est (etsi non obsit) quod n. 70. refert de P. Bannez ex vnius solius Jesuitæ rescripto ad suum Generalem: & quantùm valeat vnius dictum in propriâ causâ vide inf. num. 437.

421. Num. 71. miratur omnes Jesuitas prędeterminatos ad defendendam scientiam mediam; & immaculatam B. V. Conceptionem. Sed non omnes Jesuitæ sunt prædeterminati ad scientiam mediam vt sup. visum est; & saltem experti sunt præmotionem illam non tol-
lere

lere libertatem, cum de ſcientiâ mediâ defendendâ, vel abijciendâ *quod ex vnius privati ſcriptoris nata ingenio erat*, deliberarint, vt in vitâ Bellarm. lib. 3. cap. 5. Sed magis mirum eſſet Deum per concurſum indifferentem alligatum Ieſuitarum voluntati, ita exuiſſe ſuam omnipotentiam, vt eos modò præmotionis hoſtes, non poſſet facere ejus amicos, & de nolentibus volentes: Verùm Moliniſtæ ex illo concurſu indifferenti ſibi aſſumant etiam Dei dominium; Thomiſtæ per præmotionem volunt Deo ſubjici, *& humiliari ſub potenti manu Dei*, & de hoc gloriantur. Quantùm ad defenſionem Immaculatæ Conceptionis, ferè putavi Ieſuitas ad hanc non eſſe prædeterminatos, ſed ſolùm ad eam habere concurſum indifferentem, & verſatilem; ex eo quòd legam apud P. Baron. lib. 1. Apol. cont. Theoph. Raynaudum, ſect. 4. art. 2. §. 1. *Dum in Hiſpaniâ degerem, hanc à fide dignis hiſtoriam excepi; Ducem & Card. de Lerma Philippo 3. chariſſimum, pro ſuâ in Regem reverentiâ, & in noſtrum Ordinem incredibili benevolentiâ, ſummè optaſſe, vt relictâ opinione D. Thomæ communiorem amplecterentur* (ſc. circa Immac. Concept.) *& graviſſimos Caſtellanæ Provinciæ Magiſtros advocaſſe Matritum, vt hâc de re in commune conſulerent; ſed nullâ ratione adduci potuerunt, vt in hoc amiciſſimo Principi, & Protectori morem gererent. Dum hæc agebantur. Patres Societatis hujus conſilij eventum expectabant avidiſſimè, parati ſuſcipere defenſionem D. Thomæ, ſi diſcipuli magiſtrum deſeruiſſent.*

CAP.



CAPUT VIIJ.

Examinatur Quâ ratione Authores aliqui præmotionem reijciant, vt D. Th. contrariam.

PHilal. §. 6. opponit aliquot Universitates, & demum cap. 2 Authores qui volunt præmotionem esse D. Th. contrariam: tamen quia illarum Universitatum ponderatio quædam requirit supponenda sequentibus communia, consultum duxi hoc cap. refutare, quæ habet Phil. cap. 2. & postea cap. seq. ea quæ habet illo §. 6.

SECTIO I.

Utrum Societatis Jesu Scriptores præmotionem vt D. Th. contrariam reijciant?

422. UT partem affirm. suadeat Philal. orditur à duabus fabellis; & quarum non habet aliud argumentum, quàm eis assignare authorem, sc. Leonardum Jesuitam ita referentem.

1ª. Est

1ᵃ Est quod P. Bastida coram Paulo 5 an. 1605 dixerit: *vel cæcutivisse omnes qui à trecentis annis S. Th. doctrinam evoluerunt, & secuti sunt, vel sententiam de physicâ prædeterminatione ex mente S. Th non esse: certum est enim nullum ex veteribus ante Dominic. Bannez ita scripsiße vel sensisse; vt autem D. Th. tale quid tribueretur ne somniasse quidem.*

2ᵃ Est, quod P. Aquaviva an. 1599. die 22. Febr. respondit P. Generali Dominicanorum; D. Angelicum jam olim esse propositum Societ. tanquam Ducem, cujus vestigijs insisterent ejus DD. in Theologiâ Scholasticâ: *eamque potissimum ob causam omnes Societ. Theologos nullâ inter se communicatione factâ, nullâ vnquam vi compulsos, in abigendâ physicâ præmotione, & scientiâ mediâ amplexandâ conspiraße, quod intelligerent S. Aug. & D. Th. fundamentis nihil esse magis consentaneum.*

423. Ista enim esse fictitia constat: 1ᵘᵐ quidem; quia causæ suæ esset immemor Bastida, & Molinæ (quem accusatum tunc defendebat) pertè contradixisset, qui non modò fatebatur ... am scientiam novam; August. & Th. contra... am; sed etiam præmotionem esse D. Th. fa... ebatur sup. cap. 2. p. 2. sect. 1. & variorum ... thorum antiquiorum Bannesio sup. cap. 1. ... ct. 4. Insuper toti Societati contradixisset, ... æ hoc ipsum fassa erat in lib. de rat stud. ... omæ edito vnico anno post impress. 1. tom. Bannez in 1. p. Ostendisset etiam se ignarum ... nium quæ hactenus cap. 1. 2. 4. & 6. dixi... s quæ oppositum evidenter præferunt. Non

habet ergo veri apparentiam Bastidam hoc dixisse; & reor quod quia Leonardus ex Actis Congregat. legit scriptum, Bastidam, seu alios Molinæ defensores palam protestatos se recedere à D.Th. ad hoc enervandum voluerit ipse supradicta de Bastidâ imaginari.

424. Secundum magis fabulas sapit: cum ex dictis sup. cap. 2. p. 2. sect. 5. pateat Societatem in lib. de rat. stud. sequelam S. Th. in in hâc materiâ voluisse exceptam. Et ex vitâ Bellarm. lib. 3. cap. 5. sup. n. 78. constat Jesuitas inter se communicasse; vnde & Henriquez dicit scientiam mediam contra votum suum à Societate defensam. Et Molina ipse inf. n. 427. fatetur suam doctrinam Aug. & Th. contrariam; & sup. cap. 2. p. 2. sect. 1. præmotionem D. Th. conformem: non ergo scientiæ mediæ cum SS. Aug. & Th. consonantia, nec præmotionis à D.Th. dissonantia motivum fuit Molinæ à præmotione ad suas novitas accedendi. Decretum autem Aquavivæ vide inf. cap. 9. sect. 5. Et de lib. de art. stud. sup. cap. 2. p. 2. sect. 5. Quòd autem addit multùm deperire splendoris doctrinæ S. Th. si scientia media ab Ecclesiâ permissa, esset ei contraria: resp. non plus deperire, quàm ex opinionibus Durandi, aut Scoti permissis: imò putamus potiorem doctrinæ D.Th. splendorem deperiturum, si scientia media ejus menti esset conformis. His dissipatis.

Dico 1° Plurimos Soc. Scriptores docere

præ-

præmotionem esse de mente D. Th. Patet ex dictis sup. cap. 2.

425. Dico 2° Plurimos Juniores modò conari contorquere S. Th. in suas partes. Id probat Philal. hoc c. 2. Ut autem scias vnde istę vicissitudines Iesuitis contigerint, rem ab ovo narrare expedit, vt quisque videat quâ ratione isti Iuniores velint omnes Thomistas vsque ad sua tempora circa D. Th. mentem cæcutivisse, & adhuc cęcutire.

426. S. P. Ignatius vix Soc. Iesu instituerat, quin D. Th. discipulam voluerit; quo factum est, vt primi Iesuitę Scholas nostras frequentarent, D. Th. sensum imbiberent, & simul pręmotionibus imbuerentur. Hoc sup. ex cap. 2. videre est; & sic concedit Leonardus Iesuita p. 2. n. 77. *Demus primos Societatis discentes, cum Dominicanorum Scholas peterent, & eos Gymnasiarchas nanciscerentur, vt P. Herice insinuat tract. 3. disp. 25. cap. 2. in fine, ex eorum fontibus potasse physicam præmotionem, & modum futura contingentia cognoscendi, quæ ab hypothesi dependent ex decretis prædeterminantibus, atque ab his Molinæ, Valentiæ, & alijs prælecta eadem: tamen cur deserere eam Magistrorum sententiam operæ pretium fuerit, Molina edocet 1. p. q. 14.* Ad illorum Seniorum venerabiles canos appellabat Mag. Navarrette tom. 1. & 2. Controu. an. 1605. vt refert ibid. Leonardus n. 76. *Velint nolint isti* (sc. Molina & alij Juniores) *qui non sequuntur vestigia Majorum suorum, qui in Soc. Jesu (quam ex corde veneror, sanctissimumque ejus*

habet ergo veri apparentiam Baſtidam hoc dixiſſe; & reor quòd quia Leonardus ex Actis Congregat. legit ſcriptum, Baſtidam, ſeu alios Molinæ defenſores palam proteſtatos ſe recedere à D.Th. ad hoc enervandum voluerit ipſe ſupradicta de Baſtidâ imaginari.

424. Secundum magis fabulas ſapit: cum ex dictis ſup. cap. 2. p. 2. ſect. 5. pateat Societatem in lib. de rat. ſtud. ſequelam S. Th. in in hâc materiâ voluiſſe exceptam. Et ex vitâ Bellarm. lib. 3. cap. 5. ſup. n. 78. conſtat Jeſuitas inter ſe communicaſſe; vnde & Henriquez dicit ſcientiam mediam contra votum ſuum à Societate defenſam. Et Molina ipſe inf. n. 427. fatetur ſuam doctrinam Aug. & Th. contrariam; & ſup. cap. 2. p. 2. ſect. 1. præmotionem D. Th. conformem: non ergo ſcientiæ mediæ cum SS. Aug. & Th. conſonantia, nec præmotionis à D.Th. diſſonantia motivum fuit Molinæ à præmotione ad ſuas novitas accedendi. Decretum autem Aquavivæ vide inf. cap. 9. ſect. 5. Et de lib. de art. ſtud. ſup. cap. 2. p. 2. ſect. 5. Quòd autem addit multùm deperire ſplendoris doctrinæ S. Th. ſi ſcientia media ab Eccleſiâ permiſſa, eſſet ei contraria: reſp. non plus deperire, quàm ex opinionibus Durandi, aut Scoti permiſſis: imò putamus potiorem doctrinæ D.Th. ſplendorem deperiturum, ſi ſcientia media ejus menti eſſet conformis. His diſſipatis.

Dico 1° Plurimos Soc. Scriptores docere præ-

præmotionem eſſe de mente D. Th. Patet ex dictis ſup. cap. 2.

425. Dico 2° Plurimos Juniores modò conari contorquere S. Th. in ſuas partes. Id probat Philal. hoc c. 2. Ut autem ſcias vnde iſtę viciſſitudines Ieſuitis contigerint, rem ab ovo narrare expedit, vt quiſque videat quâ ratione iſti Iuniores velint omnes Thomiſtas vſque ad ſua tempora circa D. Th. mentem cæcutiviſſe, & adhuc cęcutire.

426. S. P. Ignatius vix Soc. Ieſu inſtituerat, quin D. Th. diſcipulam voluerit; quo factum eſt, vt primi Ieſuitę Scholas noſtras frequentarent, D. Th. ſenſum imbiberent, & ſimul pręmotionibus imbuerentur. Hoc ſup. ex cap. 2. videre eſt; & ſic concedit Leonardus Ieſuita p. 2. n. 77. *Demus primos Societatis diſcentes, cum Dominicanorum Scholas peterent, & eos Gymnaſiarchas nanciſcerentur, vt P. Herice inſinuat tract. 3. diſp. 25. cap. 2. in fine, ex eorum fontibus potaſſe phyſicam præmotionem, & modum futura contingentia cognoſcendi, quæ ab hypotheſi dependent ex decretis prædeterminantibus, atque ab his Molinæ, Valentiæ, & alijs prælecta eadem: tamen cur deſerere eam Magiſtrorum ſententiam operæ pretium fuerit, Molina edocet* 1. *p.* q. 14. Ad illorum Seniorum venerabiles canos appellabat Mag. Navarrette tom. 1. & 2. Controu. an. 1605. vt refert ibid. Leonardus n. 76. *Velint nolint iſti* (ſc. Molina & alij Juniores) *qui non ſequuntur veſtigia Majorum ſuorum, qui in Soc. Jeſu* (*quam ex corde veneror, ſanctiſſimumque ejus*

institutum vbicumque miris laudibus effero) nati, & ad vbera S. N. Doct. Thomæ, & Academiarum ejus nutriti perpetuo nostræ sententiæ adhæserunt, ipsi Judices eorum sint; dicant apud se intus venerabiles hujus S. Relig. senes, si extra non fateri audeant, quam doctrinam tanquam certam & indubitatam in studiorum suorum primordijs ebiberunt? An fortè illam de novo inventam ab istis contrarijs, an verò eam, quam schola D. Th. tuetur?

427. Postmodum majorum despectis vestigijs Molina novam doctrinam adinvenit; & de hoc gloriatus est: Nec diffitebatur se à D. Th. recedere vt sup. cap. 2. p. 2. patuit: imo 1. p. q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 12. habet: *Licet D. Th. authoritas gravissima sit, propter eam tamen recedendum non esset à nostrâ sententiâ tot solidissimis fundamentis corroboratâ.* & q. 22. art. 1. disp. 2. *Quidquid sit de mente D. Th. amplectenda est proculdubiò sententia horum Doctorum.*

Ut autem suas novitates stabilitet, voluit Scholarum Magistros, impetere, & supra eos sapere: Sic disp. 44. concord. memb. vlt. aggreditur Aug. Th. & cæteros Scholasticos: *Credens Aug. cum ijs quæ de gratiâ adversùs hæresim Pelag. & Script. rectissimè docuerat, conjunctum esse prædestinationem Dei æternam non fuisse secundùm merita, qualitatemque vsus lib. arb. à Deo prævisi, sed solùm secundùm Dei electionem & beneplacitum,* &c. *Quæ doctrina plurimos ex fidelibus præsertim ex ijs, qui in Galliâ morabantur non solùm indoctos, sed etiam doctissimos vires, atque in Episcopali digni-*

dignitate constitutos, mirum in modum turbavit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse periclitatam, &c. *Sententiam verò Aug. secutus est D. Th. & post eum plerique Scholasticorum.* Positâ deinde suâ novâ sententiâ, addit: *Quæ si data explanataque semper fuissent, fortè neque Pelagiana hæresis fuisset exorta, neque Lutherani tam impudenter arbitrij nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum divinâ gratiâ, præscientiâ, & prædestinatione cohærere non posse; neque ex Aug. opinione, concertationibusque cum Pelagianis tot fideles fuisset turbati, ad Pelagianos defecissent,* &c. *Neque verò dubito quin ab Aug. & cæteris Patribus vnanimi consensu comprobata fuisset hæc nostra de prædestinatione sententia, ratioque conciliandi libertatem arb. cum gratiâ, præscientiâ & prædestinatione, si eis proposita fuisset.* Ecce quomodo post talem despectum Aug. & SS. PP. D. Th. & Scholasticorum, audet ad eorum Magisterium ascendere, & jactare se eos omnes habiturum discipulos, si dummodo sua argumenta eis proposita fuisset: idem sibi promittit respectu antiquorum Scholasticorum 1. p. q. 19. art. 6. disp. 3. Imò 1. p. q. 22. art. 1 disp. 2. dicit; quod si Boëtius & S. Th. dum dicunt ordinem divinæ providentiæ esse certum, immobilem quoad affectus consecutionem, velint esse certum certitudine causalitatis, *planè,* ait, *non solùm falsum affirmant, sed etiam id adstruunt, quod non dubitarem errorem in fide appellare.* Si etiam ei opponas Scotum à Corduba & alijs Scotistis explicatum sup. cap. 4. p. 2. Resp. Molina 1. p. q.

14. art. 13. disp. 9. *Plusquam periculosam existimo sententiam hanc Scoti ita explicatam.* Sic fortè putaverat depressis Scholarum Magistris, sibi in omnium Scholis Cathedram apparare; sed ejus tempus necdum advenit.

428. Molinistæ illius temporis Molinæ hâc in parte etiam consentiebant, fatentes se à D. Th. recedere: imò Societas omnibus suis Lectoribus hoc asserebat & proponebat in lib. de rat. stud. sup. cap. 2. p. 2. Cum verò despectus ille Aug. omnibus doctis summè displicuisset, & Scholasticis illius novitatis à D. Th. dissonantia esset exosa; resque ad Clem. 8. esset delata; Ex hoc alij cautiores facti, non ausi S. Thomam sibi statim planè concordem asserere, dixerunt eum sententiam de præmotione retractasse quia 1. p. q. 105. art. 5. non ampliùs meminisset virtutis transeuntis, & omisisset vnum, *quasi*; ita Suarez, & postea Tannerus sup. cap. 2. p. 2

429. Verùm quia hoc erat frivolum, ipse Suarez vice versâ sua anteriùs dicta retractavit, vt ait Philal. n. 96. dixitque S. Th. Molinæ vbique faventem, & nusquam adversum. Quia tamen hoc non erat suasibile sumendo verba in significatione ordinariâ, ideo novas vocum significationes adjuvenit, quibus admittendo Deum movere, applicare &c. causas 2as. ad agendum, S. Th. illis vocibus exprimentem præmotionem, sibi facile conciliaret, vt fatetur Tann. Jesuita sup. n. 4.

430.

430. Cum verò hoc nec appareret solidè dictum, nec probatum: D. Thomæ hâc in parte non nimis fiderunt; vnde ejus doctrinam non nimis efferendam aliqui duxerunt: Hinc ij, qui præfuerunt editioni Comment. P. Granado an. 1624. Mussiponti, laudes doctrinæ D. Th. (quas in priori editione Matritensi fusè prosequebatur Granado) abstulerunt, incautè relictis (Deo sic permittente) cap. titulis in Indice. De quo vide Gonet 1. p. in Commend. Doctrinæ D. Th. Alios etiam videmus, qui in suis ad D. Th. Commentarijs, maximè in alijs materijs, deserunt; modò ejus rationes improbant; modò eas sic lentè propugnant, vt se signant succumbere; modò ei aliqua affingunt, à quibus eum non purgant; imò nostro sæculo D. Th. doctrinam nonnulli voluerunt eversam; licet eis nolim Societatem totam consensisse. Quòd quidem alibi S. Th. deserant, non potest negari quòd ejus rationes & explicationes impugnent, testatur ipsemet Tannerus Jesuita 1. p. disp. 3. q. 5. dub. 6. n. 10. vbi relatâ explicatione S. Th. dicentis Damasc. non negasse quamcumque prædeterminationem nostrorum actuum, sed solùm eam quæ est cum impositione necessitatis; addit: *Etsi non ignorem eam S. Th. explicationem à quibusdam recentioribus, qui hoc loco contrariam sententiam tuentur, reijci & impugnari.* Imò ipsemet disp. 2. quæst. 8. dub. 10. postquam dixit S. Th. videri sentire scientiam videri esse causam re-

rum, ponit hanc concl. *Nihilominus dicendum est, causam rerum esse eam scientiam, quæ est simplicis intelligentiæ.* Et post pauca: *Nec satisfacit quod respondet S. Thomas cit. art. 8. ad 1. Originem solùm esse locutum de causâ consequentiæ, non de causâ seu ratione essendi,* &c. Vasquez etiam 1. p. disp 68. cap. 6. impugnando solutionem D. Th. sic habet ad marginem: *S. Thomæ effugium præcluditur.* Necdum sciveram S. Th. fugere veritatem, nisi Vasquez dixisset. Sed cum dicat Innoc. 6. nullum, qui S. Th. sequitur à veritate deviare, potiùs reor Vasquem veritatem fugere dum Thomam fugit. Idem Vasquez 1. 2. q. 18. in annot. art. 7. invenit duas difficultates: 1ª est quod S. Th. sibi contradicat: 2ª quod doctrina sit falsa, & vtrique se finit succumbere, vt etiam notavit Joan. à S. Th. ibi disp. 8. art. 3. num. 26.

431. Ipsemet Suarez disp. 12. de fide sect. 2. n. 1. & 3. dicit S. Th. ad Rom. 2. referre sententiam affirmantem aliquando sufficere ad salutem cognitionem naturalem; eamque non reprobare. Quòd & D. Th. injuriosum, & falsum esse ostendit Prado q. 2. de fide §. 3. Idem Suarez disp. 4. de Charitate sect. 3. n. 2. dicit: *Hanc veritatem per se facilem reddidit obscuram S. Thomas.* Præclarum Theologiæ Solis eloquium, quod clara obscuret? Verum vt dicit Chrysost. super Psalm. 110. *Qui solem dicit tenebricosum, astrum non vituperavit, sed suæ ipsius cæcitatis argumentum protulit.*

432.

432. Hæc levia sunt respectu eorum quæ Poza, & Theophilus Raynaudus Jesuitę evulgarunt contra S. Thomam. *Poza* ad eum obtenebrandum edidit damnatum *Elucidarium* quod Gravina gladio flammeo sui *Cherubim Paradisi* ad nihilum redegit: Theophilus autem ficto nomine scribens contra *Cyriacos*, seu Dominicanos, D. Thomam sine fronte impetit; suumque in illo opere specialem amicum vocat *Petrum* de Alva, qui in suo *Nodo indissolubili* in hoc Theophilo Rayn. communicabat, quod S. Th. authoritatem volebat pessumdatam. Quantùm autem hîc aliqui Molinistæ illi modo indissolubili primùm divulgato applauserint, pluribus innotuit.

433. Sed quis horum exitus? *P. Poza* non solùm suo *Elucidario*, alijsque operibus pręlo mandatis, sed etiam omnibus manuscriptis anathema audivit à S. Congreg. Indicis pronunciatum 9. Sept. 1633. Decretum habes in *Congeminatâ voce turturis* fol. 307. Tamen D. De Cerf pro suo erga D. Th. affectu, illius D. Thomę hostis infensissimi damnatam authoritatem relevat in Orat. ab eo declamatâ de Imm. Concept. §. *Ad hoc*. Theoph. autem Raynaudi opus contra *Cyriacos* (quod solidè refutavit *P.* Baron) non solùm ab eâdem S. Congreg. damnatum, verum & Aquis-Sextijs, & Tolosæ Senatus-Consulto per manus carnificis publicè ambustum est. Et *Nodus indissolubilis* Petri de Alva (quem acutè dissoluit *P.* Iansens) ab eâdem S. Con-

S.Congreg. damnationem obtinuit,quam priùs à *S*. Inquiſ. Hiſp. reportarat. Attamen illius D. Th. hoſtis juratiſſimi authoritatem plurimùm relevat D. De Cerf in dictâ oratione,quam declamavit; vt hinc judices quàm ſincerè D.Thomæ affectum proteſtetur, qui ejus infenſiſſimos hoſtes fovet, dejectos relevat, & proſcriptos revocat: Certè ſic amant, qui clanculùm adverſantur. Liceat mihi exclamare cum Auguſt. epiſt. 105. *Mirum eſt in quot abrupta ſe præcipitent metuentes retia veritatis.*

Judica hinc, Lector, Thomiſtas inter & PP. Jeſuitas. Vide quinam ſint D. Th. ſinceriores diſcipuli, & à quibus mens D. Th. ſit requirenda. Iudica an à trecentis annis cæcutiverint circa Magiſtri ſui mentem Thomiſtæ, & lucem ab illis Iunioribus adeo mobilibus, & in D. Th. adeò parum ſincerè affectis, debuerint expectare. Et hinc collige quo affectu ij authores, quos Philal. citat, S. Thomam in ſuas partes, reclamante vniversâ Thomiſtarum ſcholâ, nolentem trahant.

434. Moliniſtæ eodem paſſu antiquiores Thomiſtas ad ſe pertrahunt: in principio eos concedebant nobis, vt ſup. cap. 1. ſect. 4. poſtmodum quia non poſſent ſuadere Magiſtrum à diſcipulis eſſe diviſum, pedetentim illos poſt Magiſtrum traxerunt; & quidem Suarez lib. 1. de concurſu Dei cap. 11. n. 7. Ferrarienſem nobis adhuc reliquerat, quamvis lib. 2. cap. 3. alios ſubtrahat: Sed Philal. quia videt ex hoc ſequi

ſequi præmotionem eſſe Molinâ & Bannesio antiquiorem; Ferrarienſem, & alios conceſſos ſup cap 1. ſect. 4. ad ſe nolentes trahit: ſed quàm fæliciter? vidiſti.

Ex quibus patet ad omnia quæ cap. 2. de authoribus Ieſuitis adfert Philal. & quòd quamvis dicant S. Thom. Molinæ conſentire & Thomiſtis diſſentire, non ſequatur ſtatim ita eſſe. Debuerat Philal. advertere, quod ſicut dicit Suarez, Uaſquem SS. Patres magis ad arbitrium ſuum, quàm ad eorum mentem interpretari ita in hâc parte eis ipſe, vel pro eo alij idem reponererent.

SECTIO II.

Examinantur quæ habet Philal. ibid. §. 2.

435. HIc alios à Ieſuitis profert Philal. qui negant præmotionem eſſe D. Thom. conformem: & ferè vbique contra omnis Dialecticæ principia, à modo rei negato, rem ipſam negatam vult concluſum.

Ad ea quæ dicit de Gonzale patuit ſupra: quæ autem de Aravio & Turco, ſupra euidenter oſtendimus eſſe falſa. Ex eo autem quòd refert Mendozam dicere nos potiùs Scoto quàm D. Thom. adhærere; gaudemus Philal. & Mendozâ nobis tandem concedere Scotum, eumque velle adhuc clariùs expreſſiſsè præmotionem quàm D. Thomas expreſſerit, & huic nos

nos adhærere, licet minus quàm Scoto: ſed de Mendozâ vide ſup.num.277. malè etiam adducit Lorcam, cum dicat eſſe evidens præmotionem eſſe de mente D. Thom. vt habes ſup. n. 276. Zumel autem loquitur de materiali peccati formaliter ſumpto: eum autem docere præmotionem ad bonos actus eſſe de mente D. Thomæ, eſt indubitatum. Falsò etiam dicit Durandum non agnoviſſe concurſum præviũ, li et eum non admittat, ſicut nec ſimultaneum; cum vtrumque reijciat in 2.diſt. 1. q.5. vbi ipſa D. Thomæ fundamenta impugnat: ex quo colliges prævium concurſum eſſe D. Tho. Scientiam autem mediam nuſquam agnovit, vt ſup. num.298.

436. Moliniſtæ autem alij à Jeſuitis, vel ſcribunt quæ à ſuis Magiſtris Ieſuitis acceperunt; vel loquuntur de præmotione impoſturis (de quibus cap. 1. ſect. 2.) ſuperveſtitâ; vel non loquuntur ex ſincero veritatis affectu. Ex quibus vera manent quę Philal. refert num. 100. ex P. Sebille, & alijs: & vana illa, quæ ex Henao, quem remitto ad ſect. præced. & meritò fuiſſe ab illo pręclaro Thomiſtâ in Theſi pro Laureâ Doctorali repoſitum cuidam Philalethis diſcipulo eum *S. Thomam non legiße, aut non intellexiße, aut intelligere noluiße.*

An autem immeritò Societ. Theologos Antithomiſtas vocet Uives, non diſcutio; confer ſi vis ſect. præced. Scio tamen Marialem referre eos ſic vocari à Cabrera Hieronymitano, Franciſco

ciſco Perez Franciſcano, & Angelo Pultio Carmelitâ.

CAPVT VIIJ.

De Vniverſitatibus quas P*hilal. Cap.* 1. §. 6. *opponit.*

437. SVppono 1°. vnius dictum in propriâ causâ nullius eſſe ponderis, nec veritatem ex illo firmari. Quod videre licet apud P. Portel Ord. FF. Minorum, ita tom. 1. Reſp, Moral. p. 3. caſu 52. ſcribente: *D. Papa. Greg.* 15. *revocavit omnia privilegia conceſſa cunctis Religionibus viuæ vocis oraculo, quo non obſtante Papa* D. *Vrb.* 8. *eadem privilegia viuæ vocis oraculo conceſſa reualidavit & confirmavit Relig. Soc. Jeſu an.* 1624. *die* 19. *Apr. Jdque confirmauit abſolutè ſine vllâ clauſulâ excluſiuâ cæterarum Religionum. De hoc ſcripto ſuo teſtimonium perbibuerunt quidam P. Provincialis, & alius P. grauis ejuſdem Societatis; quorum teſtimonia manu propriâ ſubſcripta ego vidi: vnde non poteſt eſſe dubium quod cæteri communicantes in Priuilegijs cum PP. ejuſdem Soc. Jeſu, gaudeant priuilegijs ſibi conceſſis per viuæ vocis oraculum.* Verùm ſe ſiniſtrâ relatione deceptum advertens, poſtea idipſum gloriosé retractavit P. Portel tom. 2. caſu 100. ſeu vlt. vbi docet hanc revocationem non fuiſſe revalidatam; quod tribus argumentis probat,

bat. Ita refert Prado tom 1. Theol. moralis. De privilegijs viuæ vocis oraculo §. 1. Si ergo illi RR. *PP.* in istâ materiâ potuerint decipi, etiam in aliâ materiâ decipi non est impossibile: ac proinde ex vnius dicto in propriâ causâ nil concluditur: Cum autem ferè omnia quæ in sequentibus obijcit Philal. super vnius Jesuitæ ita scribentis dicto fundentur; collige quantùm vnum domesticúm testimonium communi traditioni præjudicare possit.

438. Suppono 2°. quod sicut fatetur Ripalda Iesuita tom. 2. disp. 118. sect. 9. num. 55. *Quia Bannez & plerique ejus discipuli in publicis disputationibus, priuatisque sermonibus & scriptis, cæperunt notare illam sententiam* (Molinæ) *Pelagianam: contra nostri, vt notam Pelagianismi suæ sententiæ vitarent, obijciebant oppositæ notam Calvinismi.* sc. non quia judicarent talem; sed quia arbitrarentur istâ notâ in nos rejectâ, suam à se amoliendam. Eodem processu putandi sunt vti pro sequentibus adversarij; & Vniuersitates, quas notum est eis aduersari, simili ratione reponere; sicut & acta in Congreg. de auxilijs: Jta vt si rationem requiras à Philal. dicendorum; vnius Iesuitæ, puta Leonardi, Ripaldæ, Annati, &c. ita dicentis authoritatem obtinebis; si jam tandem ab hoc causam sic dicendi exigas, vix aliam jnvenies, nisi quia Dominicani oppositum affirmant, & probant. Vt hoc clarè habeas.

439. Suppono 3°. Fundamentum ferè omnium seqq. à Philal. producendorum, esse dic-

tum

tum Leonardi, vt videre est, hujus autem totum fundamentum esse quasdam Epistolas non authenticas, de quibus Leonardus in fine sui lib. habet: *Si fidem multarum litterarum quas exhibuimus, quemadmodum & testimonium S. Generalis Inquis. in Portugaliâ, & Academiarum insignium Complutensis, Moguntinæ, Herbipolitanæ, quispiam requiret; sciat transmissa ad nos fuisse ex vrbe, & fidelissimè descripta ex authenticis monumentis, quæ in archivo domus professæ Rom. Soc. Jesu asservantur. Quod cumulatè declarat R. P. Octavius Lorenzinus sub his verbis. Ego Octav. Loren Soc. Jesu, cui archivij ejusdem Soc. cura demandata est, fidem facio, quod scripturæ omnes, quarum copia in hoc codice* 21. *fol. scripta est, custodiantur in prædicto archiuo à tempore Controversiæ de auxilijs Romæ habitæ, aliquæ quidem, nimirum quæ hoc signo* ☞ *hic notatæ sunt, vt originales, aliæ verò vt exemplaria ab originalibus fideliter transcripta, & vt authentica semper aßeruata & æstimata.* Vide litteras authenticas: Sit authenticum illas asseruari vt authenticas, & sic æstimatas; non fit inde authenticum eas esse authenticas: authenticatur asseruatio, non res seruata. Potest enim aliquis verè seruare vt verum aurum, quòd tamen non est verè aurum. Et certè dùbitatio innascitur ex hoc quòd aliquę asseruentur vt originales; quæ tamen ad aliquem Iesuitam non sunt destinatæ; sed plurimę ad Clementem 8. ad cujus scrinia *PP.* Iesuitas fuisse admissos, vt inde originalia obtinerent, non est authenticum. Deinde vnde ha-

buerunt

buerunt originalia, vt ex eis exemplaria transcriberent? Denique Octav. Loren. *dicit vt authenticaæ stimata*: æstimatio autem non habet infallibilem certitudinem, cum, vt aiunt, *nec sit sapientis putare*.

Addit ibid. Leonardus, se, quoad ea quæ refert de Congreg. de auxilijs, instructum à domesticis, sc. Iesuitis Collegij Salmanticensis: ita vt primum principium Leonardi & Philal. sit domesticum testimonium, quod vim non habet. Hinc vides quàm vana sint, quæ tanto strepitu ex Leon. profert Philal. Ego verò sincerius agam, & ex ipsismet Iesuitis, quę afferam, vt plurimùm probabo, non ex domesticis.

SECTIO J.

Utrum Universitas Complutensis, Salmanticensis, Ualentina, Uallisoletana, & Cæsaraugustana adversentur præmotioni?

440. DE. *Complut.* affirmat Philal. quia anno 1597. interrogata, *vtrum inter gratiam excitantem . . . . ex vnâ parte, & nostrum liberum consensum, concursúmque actualem Dei illi debitum ex aliâ, mediet physica applicatio prædeterminans voluntatem?* Respondit neg. & *quod dicta gratia excitans est sufficiens*. Bastida an. 1605. coram

ram *Paulo* 5. disputans protestatis est *PP*. *Societ.* Romæ habere judicij hujus authenticum testimonium.

Resp. mirum esse quod Philal. & Leon. non recurrant ad archiuum Vniuersitatis Complut. sed ad archiuum Jesuitarum Romę, signum est enim illud judicium esse fictum, præsertim cum nec Leonardus meminerit se illud accepisse Româ, vndè tamen omnium sibi etiam in speciem faventium copias obtinuit, vt jam dicebat; quod satis jndicat illud etiam Romæ non servari. Multa autem tribuuntur Bastidæ quæ nec somniavit, vt supra patuit.

Dato tamen illo iudicio; non obest præmotioni; tum quia solùm posset colligi quod negaret prædeterminantem qualitatem requisitam ad posse, & sufficere, vt innuit ly, sed *dicta gratia excitans est sufficiens*; & etiam mediatio inter excitationem & Dei concursum, cum præmotio aliàs sit ipse concursus.

441. Quantùm autem præmotioni consentiat Complut. Uniuersitas, Luculentè testatur Uillegas primarius ejus Cathedraticus, in suis Controversijs solidè ad præmotionis defensionem, & scientię mediæ destructionem editis. Et si hoc testimonium præclarum tibi non sufficit, lege approbationem luculentam quam facultas Theolog. Complutensis dedit *Physicæ* Collegij Complutensis RR. PP. Carmel. Discalceatorum, in quâ concursus pręvius firmi-

ter astruitur & defenditur; illi autem approbationi etiam subsignavit Rector Magnificus, & in eâ & dicta Commentaria, & Thomisticam Doctrinam supra modum commendat. Idem patet in approbatione Metaph. Martinez de Prado, in quâ totus stat ad præmotionis defensionem; eam enim approbans D. Franc. Ruiz olim Rector, dicit; *S. Thom. menti omnia in libro illo contenta esse conjunctissima.* Nec minùs approbat D. Ioan. Garçon olim etiam Rector. In approbatione autem Physicæ ejusdem, in quâ etiam latè præmotionem tractat, Mag. Martinus Bezerra Abbas & Lector Jubilatus in Coll. S. Bernadi Ord. Cisterc. Compluti, dicit, *eum retinuisse semper Angelici Magistri antiquam sed securissimam semitam*, & quod *ejus luce nebulæ (quibus nonnulli Solis Aquinatis semper micantem splendorem obnubilare contendunt) disijciantur.* & Reverendiss. P. M. Nicolaus Baptista S. Ord. Carmel. electus Episc. Cartagenæ Occid. *Recognovi*, ait, *in omnibus quæstionibus veram Angelici Doct. sententiam*, &c.

442. *Salmantinam Academiam* opponit Philal. quia R. P. F. Ioan. Marquez Augustinianus, Salmantinus Cathedraticus in Epist. ad Piambinum an. 1600. datâ, scribit præmotionem non fuisse D. August. cognitam.

Resp. hoc esse futile vt patet ex supposito 3. sup. in quo patuit hujusmodi litteras non esse authenticas, sed supposititias. Et certè cum Molina fateatur se discordare ab August. imò

&

& ipſum S. Aug. adeò irreverenter arguat, quis ſibi fingat P. Marquez voluiſſe Molinam elevatum ſupra ſuum S. P. Auguſt. eumque velle *nec quidquam in Molinæ operibus apparere, quod non hominem in primis Catholicum, & conſummatè eruditum ſuboleat*, vt Philal. refert ex ejus Epiſtola? poteſtne Auguſtinianus dicere, contemptum Auguſtini ſapere virum Catholicum, cùm eum Eccleſia Catholica adeò commendet? poteſtne dicere, quòd in faciem contrariari Auguſtino ſit eſſe conſummatè eruditum? Sic loqui eſſet ineruditum, ac proinde Auguſtiniano injurioſum.

443. Vt verò Celeberrimam hanc Vniuerſitatem Molinæ opponam ſufficiat adverſarios proprijs chartulis irretire. Siquidem Paulus Leonardi p. 3. n. 35. fatetur Salmant. Vniverſitatem cenſuraſſe theſes P. Prudentij Ieſuitæ *de præfinitionibus æternis* ad ſenſum Molinæ, anno 1581. Vt autem ipſe Leonardus hanc Cenſuram enervet, dicit illam Uniuerſitatem à Banneſio beneficijs deuinctam Cenſuram tuliſſe; & illam ętatem ad cenſuras pronam. Mirare, Lector, viri hujus in Majores ſuos obſeruantiam! vt veritatem deuitet integerrimam, & toto Orbe Celeberrimam Vniuerſitatem audet culpare corruptelæ; & vt Cenſuram præcipitationis arguat, arguere audet totam illam auream, & pro Antiquitate conſtantiſſimam ætatem, præcipitationis, & pronitatis ad cenſurandum; tamen cum ex frequentatis actibus generetur ha-

 habitus,

bitus,& illa ætas frequentissimè Molinæ nouitates censurarit, sc. Salmanticæ, Uallisoleti, Louanij, Duaci, Romæ, per Consultores, &c. nil mirarer in eâ fortè genitam pronitatem, non ad precipitatos, sed ad similes actus maturos inclinantem. Eadem arte putarunt alij infirmare approbationem, quam Alma hæc Duacensis Vniuersitas dederat *Astro inexstincto* an. 1641. vnde ad illam injuriam depellendam coacta fuit Manifestum euulgare, quod *Aulæ suæ Ecclesiasticæ* præfixit D. Hermannus Hay.

Ibid. refert Leon. n. 36. aliquos affirmare statutum illius Academiæ juramento firmatum, de non legendâ in aulis Theologicis aliâ doctrinâ, quàm SS. Aug. & Thom esse editum præsertim ad præcludendam in perpetuum à suis Scholis Molinæ doctrinam, quam ipse fatetur Aug & Thom. contrariam. Et hoc quidem eludere tentat, sed inaniter.

444. *Vallisoletanam Vniuers.* opponit Philal. ex aliâ etiam Epist. quam D. Ioan. Garcias Coronel Augustinianus Vallisoleti Professor scripsit an. 1600. ad Piambinum.

Resp. ex supposito 3. patere istam Epist non modò non esse authenticam, sed etiam apparenter suppositam; quod etiam ex apertis ejus falsitatibus liceret evincere: maximè cum dicat in Molinæ lib. (vt habet Leon. n. 46. 1. p.) *nil occurrere, quod expunctione, aut censurâ dignum sit.* Cum tamen planum esset injurias, quas in August. sententiam congerit, esse expunctione dignas;

dignas; provt etiam postea fuerunt expünctæ. Denique Uallis. Vniuersitatem Molinæ adversari satis probat ipsemet Leonardus 1. p. n. 19. dum fatetur ab eâ censuratum Molinam. Jn hoc tamen ei est injurius, quod vt censuram eludat, fingit eam à Dominicanis factam, sicut & censuram Salmantinam, & Censuram Theologorum Romanorum; quasi viri toto orbe celeberrimi nostris nutibus, & non rei veritate & proprio judicio ducerentur: sic solent homines vbi eorum ratio metas habet. Hoc tamen non parum causam nostram promovet. Cum autem de Univers. Cæsaraugustanâ & Conimbricensi nil opponat Philal. jura defensionis nil etiam à me exigunt.

SECTIO IJ.

Utrum Univ. Moguntina, Herbipolensis, Coloniensis, & Parisiensis Molinæ consentiant?

445. UNiversitatem *Moguntinam* opponit Philal. ex Leonardo, quia in Epist. ad Clem. 8. datâ an. 1601. conqueritur aliquos docere efficaciam gratiæ consistere *in Dei motione ita physicè prædeterminante hominis voluntatem ad actiones pias, ut nequaquam respuere eam possit*; eosque jactare oppositam sententiam brevi dam-

nandam; ideóque rogat Clem. 8. vt non præcipitet, ſed Academiarum judicia ſciſcitetur,&c. cui Epiſt. ſubſignarunt 4. Doctores, 2. Licentiati, 5 Ieſuitæ.

Reſp. ex dictis ſuppoſito 3. conſtare illam Epiſtolam non eſſe authenticam, ſed ſuppoſitam. Denique datâ veritate Epiſtolæ, ad eam obtinendam exprimuntur duo à Jeſuitis, facta. 1um quod illis Doctoribus propoſuerint, & ſuaſerint nos docere prædeterminationem cui nequaquam poſſimus reſiſtere, vt patet ex verbis Epiſt. apud Leon. 2um eſt quod etiam quinque Ieſuitæ ſubſignarint. ex 2° alliciebantur exemplo: ex 1° putabant noſtram ſententiam eſſe Calvinianam (cum tamen imponeretur nobis, qui docemus præmotum poſſe reſiſtere potentiâ antecedenti) vnde non eſſet mirum ſi bonâ fide ſubſignaſſent. Debet ergo Philal. alia quærere, vt illam Vniverſitatem nobis opponat.

446. *Vniverſ. Herbipolenſem* eâdem ratione opponit; ſc. quia in Epiſt. ad Clem. 8 an. 1601. idem precatur. Subſcripſit autem P. Buchnerus Dominicanus, cum aliquot DD. & Ieſuitis.

Reſp. ſicut ad præcedentem Epiſt. & mirum eſt *Philal.* non habere aliud fundamentum quam Epiſtolas ſuppoſitas. Datâ tamen hujus veritate, nobis in nullo adverſatur, & poſſent omnes petitioni rigidi examinis ſubſignare. Et nota Buchneri noſtri de ſententiæ noſtræ veritate certitudinem, qui Jeſuitis rigidum examen peten

petentibus nil dubitavit ſubſignare : & Collige quàm inaniter *Philal* eum nobis opponat.

447. *Vniverſ Colonienſem* opponit, quia in refutatione errorum Ioan. Monhemij habet: *Etſi gratia quæ ad operandum neceſſaria eſt, & velle facit, non ſit quæcumque inſpiratio, ſeu boni propoſiti ſuggeſtio, ſed efficax* Dei *operatio; quamvis hæc omnia vera admittamus, & ex D. Aug. varijs libris elici poſſe concedamus, homini tamen ſemper liberum relinquitur divinæ inſpirationi præbere impedimentum, eamque vel admittere, vel etiam reſpuere: Sic Irenæus,* &c. quæ cum coram *P*aulo 5. retuliſſet Baſtida, ſubjunxit: *quid clariùs ad reijciendam phyſicam prædeterminationem dici poſſit non video.* Siquidem præmotioni non poſſumus ponere impedimentum, &c. vt ait Bannez 1. p. q. 23. art. 5. ad 7. Javelli: *Effectus divinæ voluntatis impediri non poteſt à voluntate noſtrâ.*

Reſp. iſta nobis planè conſentire. quia nos docemus operationem Dei præviam, efficacem cui poſſumus ponere impedimentum potentiâ antecedenti, ſi iam ſit illa operatio Dei, & oppoſitum eſt impoſtura, vt ſup. cap. 1. ſect. 2. ſed Vniu. Colon. ibi docet operationem præviam, quia docet operationem quæ *vt velimus facit*, ſeu cauſat; cauſa autem eſt prior naturâ ſuo effectu: docet etiam operationem efficacem, & cui poſſimus ponere impedimentum, vt patet, ergo. Hinc nil miror ſi *P*aulus 5. adeo proximus fuerit condemnationi Molinæ, cum audiret Baſtidam palam fatentem ſe nil videre poſſe obijci

ſolidiùs contra præmotionem, quàm iſta ei planè conſona. Bannez autem ibi non loquitur de poſſe impedire potentiâ antecedenti, ſed conſequenti, quali etiam non poſſumus contraire divinæ præſcientię.

448. Clariùs ſe nobis conſentire manifeſtavit Colonienſis Univ. dum ne ſui in novitates Molinę defluerent, decrevit vt omnes Theſes in ſuis Scholis propugnandæ deſcriberentur ex libello quem hoc titulo euulgavit: *S. Theologia, quam juxta ſummæ Angelici D. S. Thom. de Aquino methodum & mentem tribus pro Snmmæ diviſione partibus comprehenſam, atque in ſingularum partium tractatus, ſectiones, diſputationeſve ſubdiviſam, S Facultas Theolog. Generalis almæ Colonienſium Vniverſitatis ſtudij hactenus in Scholaſticis concertationibus more Majorum ventilandam proponit publicæ pro Scholæ vſu ac fundatione, profitetur, atque pro ejuſdem perenni conſervatione ſuo decreto typis vulgandam cenſet.* Jn illo autem lib. in materiâ de prædeſtinatione habetur p. 1. tract. 2. ſect. 3. diſp. 6. n. 3. *Prædeſtinatio facta eſt ab æterno, præcisè abſque vllo volentis aut currentis conatu, vel merito præviſo, & abſolutè abſque creandæ voluntatis in conſenſu & cooperatione concurſuræ conditione, ex ſolius miſerentis Dei mero beneplacito, ita vt ex parte prædeſtinati nulla detur prædeſtinationis ratio objectiva, ſeu cauſa, neque quoad decretum gloriæ, neque quoad decretum gratiæ.* Jbidem diſp. 2. num. 3. habetur: *Scientiam mediam, quam Neotherici quidam reſuſcitant, ac tertium ſcientiarum genus ſtatuunt, quâ Deus*

in creatæ voluntatis plenâ comprehensione ante omne ſuum decretum infallibiliter videat quid lib. arbitrium ſub his vel illis circumſtantijs determinatè eligeret, non agnoſcimus. Sic favet Molinæ Colonienſis Vniv.

449. Sorbonam opponit Philal. ex teſtimonio *P.* Annati Ieſuitæ eam nobis ſemper fuiſſe adverſam ſcribentis. *Neque fieri aliter potuit*, ait Annatus, *vt Sorbona ſibi conſtaret eſſetque conſentiens hodierna priſtinæ. Siquidem olim ea definivit, quæ cum phyſicis prædeterminationibus ſtare nequeunt.* ſc. ait Philal. notando errores Ioan. de Mercuriâ, quales ſunt: 1. *qualitercúmque vult Deus, vult efficaciter eſſe,* 2. *quicumque peccat conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quod illa vult ſicut Deus vult eum velle.*

450. Reſp. notum eſſe Sorbonam Molinæ novitatibus nunquam conſenſiſſe, vt etiam Moliniſtæ experimento poſſunt teſtari, habuitque omni tempore viros celebres, qui pro antiquitate firmi, Molinæ principijs ſeſe conſtantiſſimè oppoſuerunt; vt Gibieuſum, Coqueum, Yſambertum; & etiam modò eis viriliter reluctantur celebriora ſæculi noſtri ingenia D. Arnaldus, D. de Sainct Amour, &c. Illos autem articulos Ioan. de Mercuriâ damnatos, etiam omnes Thomiſtæ damnant; nec poſſunt obijci nobis, niſi ex ſuppoſitione impoſturarum de quibus cap. 1. ſect. 2. Imò, vt habes in fine 4. ſent. inter errores Ioan. à Mercuriâ ſunt damnati aliqui articuli, *qui cum Molinæ doctrinâ ſtare nequeunt*

queunt. sc.hi : *Propter opera alicujus futura bona Deus præordinavit aliquem ab æterno. Item : aliquis prædestinatus est ab æterno, propter bonum vsum lib. arbitrij, quem Deus præsciebat eum habiturum sed*, vt dicit Annatus *Sorbona hodierna est consentiens pristinæ*, ergo Sorbona hodierna Molinæ adversatur. Quòd autem addit Philal. Sorbonam requisitam ab Univ. Lovaniensi ad suffragandum ejus censuræ, constanter recusasse; fundamento caret, cum soli Jesuitæ in imag. 1. sæculi hoc dicant; vnde fictitium manet. Quorsum enim suffragium à Sorbonâ requireretur, quæ pridem dederat, vt patuit? eam verò tunc maximè Molinistis adversari, notum est ex judicio ab eâ an. 1554. 1. Decemb. dato: ex quo etiam petitum suffragium infirmassent Jesuitæ, veluti ex partium affectu.

SECTIO IIJ.

Univers. Lovaniensis Molinæ adversatur.

451. MIror Vniversitatem Lovaniensem opponi, quæ pridem Molinæ doctrinam sic censuravit : *Scientia hæc Dei bonitatem obscurat, justitiam enervat, Scripturis illudit, Patrum testimonia in alienos sensus detorquet; humanæ rationis corruptioni applaudit, humilitatis fundamentum evertit, precandi necessitatem non magnam relinquit, propriarum virium fiduciam ingenerat;*

in

in salutis negotio, quod præcipuum est homini donat, quod minus Deo: gratiam Dei libero subdit arbitrio, & ejus pedissequam facit. In summâ, à Pelagio non satis procul abscedit: Luther verò & Calvini, & aliorum nostræ tempestatis hæreticorum sententiam, dum ab eâ videri vult quàm longissimè recedere, potentiusque debellare, magis imprudens stabilit, atque confirmat. Hæc sicut Philalethes, ego solùm refero. Hanc Censuram tulit an. 1586. & biennio post, ejus justificationem edidit: Cum verò postea fingerent nonnulli (sicut etiam nunc Philal.) eam à Censurâ retrocessisse, hoc evulgauit Manifestum an. 1613. *Cum ad aures Facultatis S. Theol. Vniv. Lovaniensis pervenerit sparsum esse in Hispaniâ, Italiâ, & alijs partibus, eam in materiâ de auxilijs, & gratiâ Christi mutasse sententiam, & ab antiquâ, quam in Censurâ S, Pontifici Romam transmissâ quondam tenuit, retrocessisse; idque ob energiam argumentorum quæ P. Lessius, tum viuæ vocis dictamine, tum edito libro in medium attulit: volens huic sparso rumori obviare, & veritatem omni volenti scire manifestare, sub juramento congregata in Capitulo paruo S. Petri die 3°. mens. Jul. post Vesperas an. 1613. nullo Magistrorum ipsius contradicente, tota Facultas uniformiter declarauit, & testata est, se semper tenuisse, & nunc de præsenti tenere, semper perstitisse, & nunc de præsenti persistere in suâ antiquâ sententiâ, quam in dictâ Censurâ tenuit, & ibi declaravit. Nec vnquam ab illâ sententiâ discessisse, nec in posterum Deo favente discessuram, donec per S. Pontif. aliud diffiniatur, aut à S. Rom. Ecclesiâ (cujus*

Censuræ

Censuræ & correctioni omnia in prædictâ Censurâ contenta, & quælibet alia à se dicta, & in posterum dicenda humiliter subijcit) aliud tenere ei præcipiatur. Declarat insuper tantum abesse vt argumentis P. Lessij antedicti à suâ sententiâ recesserit, vt ex adverso, quemadmodum olim ipsius dictata improbavit, ita nunc improbet ipsius edita scripta in hâc determinatâ materiâ. Permisitque prædicta Facultas, & voluit copiam hujus Actæ omni habere volenti illam dari, & ad quascúmque partes transmitti. Hoc exemplo disce quæ fides habenda sit ijs quæ Philal. & alij spargunt in similibus.

452. Sed occurrit Philal. dicens hanc Censuram allegari non posse, *nisi in suorum authorum dedecus, & doctrinæ Lessij, & Molinæ commendationem.* Cum à Sede Apost. prohibita sit per edictum Octavij Calatini, in quo Lessij propositiones vocantur *sanæ doctrinæ articuli*: quibus verbis priùs à Sixto 5. fuerant approbatæ, tum in Ampl. Cardinalium cætu, qui super ijs sententiam rogati, vt sanæ doctrinæ articulos approbarunt, tum in litteris quibus Octavium instituerat judicem, vt refert D. Habert, & alij Iesuitæ.

Resp. quia illa Censura non est Molinæ honorifica, Philal. ex processu, de quo supposito 2. sup. reponit eam suis authoribus indecoram. Sed quàm inconsideratè, collige ex ipsomet edicto Calatini, in quo Lovaniensis Vniu. plurimùm laudatur; Neque verò vllam eis hæc Censura reprehensionem à Sixto V. attraxit; sed P. Lessio. 453.

453. Quod verò dicit eam reprobatam seu damnatam, per edictum Calatini : falsum 1°. est, licet eâ vti exercitè , & ad Censurandum sit prohibitum generali decreto quo prohibitum est postmodum alterutram partem censurare. 2°. hoc est injuriosum laudatissimæ Vniversitati , imò ipsi Calatino.

1um. patet : Cum in ipso edicto ne vel verbum sit quod Censuram illam damnet: Sic enim habet Calatinus quoad hoc : *Quâ potuimus diligentiâ litteris proprijs vtramque partem monuimus, obsecravimusque , vt à disceptationibus hujusmodi, quoad sua Sanctitas. quæstiones controversas definierit , tum verbo , tum scripto desisteretur. Quod vt faceremus, Apostolico mandato ad nos directo jussi sumus ; præsertim cum nulli (nisi B. Petri Successori Pont. Rom.) liceat doctrinæ Christianæ res controversas definire. Et quamvis partes ipsæ cohortationes nostras non recusauerint , humilesque ac obedientes coram nobis Louanij residentibus S. Sancti Sanctæque Sedi Apost. se præbuerint.* Vbi ne vel minimam audis damnationem , sed obsecrationes & laudes Louaniensium, quibus non erat difficile acquiescere, cum non nisi definitionem , jam promissam , peterent , eâque ratione Censuram ab initio Romam transmisissent. Hinc Ioan. à S. Thom. 1. p. disp. 20. art. 4. relatâ dictâ Censurâ ; addit : *Jn Congregatione decimâseptimâ habitâ coram Clem. 8. in materiâ de auxilijs relata est* (illa Censura) *nec expuncta.* Hoc referens Leonardus Iesuita p. 3. num. 41. subdit : *quasi indicans ideo non expunctam, quia*

quia Apostolicâ tacitâ quâdam approbatione digna visa esset ; Egregia sanè exornatio , & textus præfatæ Censuræ dignissima glossa ! Verum est non fuisse tunc expunctam, aut damnatam à Pontifice Censuram illam vt fidei contrarium , quia nondum lata est sententia Apostolica definiens quid juxta fidem in hâc controversiâ tenendum sit , quemadmodum ob eandem causam, nec tum expunctum quod à Jesuitis in præsentiâ summi Pastoris ipsorum objectabatur opinioni , &c. Postea refert quæ habet imago primi sæculi Soc. quæ inter alia quędam falsa hoc dicit, quod proposito meo servit : sc. quod Calatinus *dedit hoc gratiæ Archipræsulis Hauchini , vt omisso judicio partes ageret mediatoris*, &c. At verò si in illo edicto fuisset damnatio Censuræ dictæ , non fuisset *omissum judicium* , & illa Censura à Clem. 8. fuisset expuncta , nec damnationem tacuisset Leonardus, ergo falsum est illam censuram fuisse damnatam.

454. Ex hoc autem deceptus videtur Philal. (sicut ille ejus Socius , qui an. 1669. 13. Iunij apud RR. PP. Carmel. Discalceatos hîc Duaci me præsente in disputatione publicâ dicebat eam Censuram vt temerariam damnatam , quod & intendit Philal. n. 108.) quod Calatinùs post superiora verba immediatè habet : *Tamen cum acceperimus aliquos etiam diversorum Ordinum Regulares Clericosque sæculares . . . . temeritate quâdam in suis concionibus . . . alterius partis sententiam damnare . . . & quos tumultuantes atque dissidentes componere, sedareque satiùs foret , eos indiscretæ devo-*

devotionis obtentu, vel potiùs loquacitatis & ostentationis affectu studio partium ad tumultus simultatesque concitare &c. Deinde prohibet ne quis alteram partem damnare *in posterùm attentet.* Ubi tamen Censura facta manet illæsa; posteriores in concionibus factæ culpantur temeritatis, & aliæ prohibentur in posterùm: Et Professores Lovan. manent intacti, & soli reprehenduntur concionatores. Sed qui sunt isti concionatores? Cum sententia nostra juxta adversarios sit horrida, & sententia Lessij è contra plebeijs, & mulierculis, & imaginationi sit satis blanda & accomoda, hanc potiùs quis volet prædicatam. Sed litem dirimet Henriquez Iesuita, qui lib. vlt. de fine cap. 12. in Comment. lit. B. postquam dixit sententiam aientem prædestinationem fieri post prævisum vsùm lib. arb. ab aliquibus damnari, tamen sufficere si temeraria judicetur, qualiter ego non judico; addit: *Quidam doctus prædicavit in Academiâ Lovaniensi oppositum cum magno scandalo Academiæ: & re ad Sixtum V. Papam delatâ sustinuit suæ temeritatis acrem reprehensionem.* Ex quo habes quod ille prædicator erat Lessiùs, vel ejus discipulus qui Lessij doctrinam prædicavit, quam priùs Lovaniensis vniu. censurarat. Non ergo Lovaniensium Censura temeritatis est reprehensa, sed, teste Henriquez, illa Lessij prædicatio: in quo deceptus est Philal. falsum ergo est Censuram Lovan. fuisse damnatam; licet ex generali prohibitione alterutram partem censurandi, sit

di,ſit prohibitum eâ in ſenſu exercito,& ad cenſurandum vti.

Ex his patet 2um ſc. quod illud dictum Philal. ſit vniu. Lovan. injurioſum, & Calatino: illi quidem, cum eam à Calatino laudatam velit ſine vllo fundamento, ab eodem temeritatis damnatam: huic autem, cum eum faciat tranſgreſſorem mandati ſibi à Sixto V. facti, cui etiam ab initio cenſura fuerat tranſmiſſa.

455. Ad hoc autem quod dicit Philal. propoſitiones Leſſij vocari à Calatino *ſanæ doctrinæ articulos*, & vt tales priùs à Sixto V. approbatas; & denique ab Ampl. Cardinalium cætu: *Reſp.* apertum eſſe hoc dictum ad expreſſionem materiæ ad quam ſpectabant illi articuli, non ad approbationem. In edicto enim debebant ſumi, ſicut in mandato & Commiſſione Calatino factâ, ne edictum Commiſſionis terminos egrederetur; in Commiſſione autem non ſuffeciſſet exprimere eſſe Lovanij controverſiam circa aliquos articulos, niſi expreſſiſſet cujus doctrinæ eſſent articuli; aliàs ipſa Commiſſio non fuiſſet ſpecificè deſignata, cum alijs ſcientijs & controverſiæ & articuli ſint communes; vt ergo Commiſſio & quoad genus, & quoad ſpeciem diſtinctè exprimeretur; oportuit exprimere illam eſſe quoad controverſiam *ſuper quibuſdam ſanæ doctrinæ articulis*, hoc eſt Theologiæ; Theologia enim, & ſana doctrina idem ſunt.

456. Hoc autem non eſſe dictum ad approbandum

bandum

bandum, & judicandum illos articulos esse sanos, & veros, hoc patet 1°. quia aliàs Calatinus fuisset transgressor suæ Commissionis & mandati, quo Pontifex jubebat ne fineret controversiam definiri ab inferiori se Antistite; vt habet imago 1. sæculi Societ. lib. 6. cap. 4. *Major Episcoporum pars, & quædam Collegia Canonicorum geminis duarum Academiarum censuris calculum adjecerunt; Mechliniensis verò ac Cameracensis Metropolitæ Synodum parabant Episcoporum, qui dogmata nostra à duabus Facultatibus damnata discuterent, eademque toto proscriberent Belgio tanquam Massiliensium, aut Pelagij reliquias, adeoque Societati notam inurerent hæreticæ pravitatis; perculit nostros impendentis periculi magnitudo, ac sine morâ Generalem per litteras edocent, quo res cardine versetur. Ille continuò Sum. Pontif. (is erat Sixtus V.) adit, remque omnem celeriter exponit; Sixtùs eâdem celeritate Nuncio suo Episc. Calatino tum Coloniæ degenti festinatam profectionem imperat in Belgium, partes vt audiat; vt ad Sedem Apostolicam referat; vt ab inferiorum Antistitum nemine decidi Controversias patiatur.* Ergo si Calatinus judicasset illos articulos esse sanos, ipse inferior Sum. Pontifice controversias decidisset; easque ad Pontificem non retulisset; ergo fuisset transgressor mandati sibi facti: imò minus fideliter egisset (quæ omnia longè absint) cum dicat ipsemet se partes rogasse *vt à disceptationibus hujusmodi, quoad sua sanctitas quæstiones controversas definierit, tum verbo tum scripto desisteretur.* & tamen non retulisset controver-

ſiam ad Pontificem, ſed ipſemet judicaſſet. 2°. imago cit. 1. ſæculi Societ. ſup. dicit à Calatino *omiſſum judicium*, hoc autem non eſſet omiſſum ſi illos articulos judicaſſet ſanos. 3° Cum Calatinus verba illa, quæ erant in Commiſſione ſibi à Sixto V. facta, edicto ſuo inſerere voluerit, vt ait Philal. n. 108. & debebat inſerere, vt dictum eſt; non plus eis voluit quàm Sixtus in illo mandato; ſed Sixtus V. non voluit illis verbis judicare illos articulos ſanos, ſed ſolùm exprimere cujus doctrinæ eſſent articuli; cum deciſionem velit ſibi reſervatam, & à cenſuris abſtinendum donec cauſam deciderit: ergo etiam Calat. ijs verbis non plus voluit. Notet, quęſo, Phil. quàm iſta, quæ in proprium commodum dicit, ſint injurioſa Calatino.

457. Ex quo patet eſſe falſum, Sixtum V. Leſſij doctrinam ante Calatini edictum, approbaſſe vt *ſanam doctrinam*. Cavebat Leſſius hanc à Sixto expectare approbationem, à quo, teſte Henriquez ſupra, *ſuſtinuit ſuæ temeritatis acrem reprehenſionem*. Falſum etiam eſt quòd dicit de Ampliſſimo Cardinalium cœtu; & D. Habert hoc habet ex imagine 1. ſæculi Soc. vt ait Phil. quæ imago, hoc inter alia ſibi finxit. Sed magis credimus P. Henriquez fatenti ingenuè, quòd re ad Sixtum delatâ per Calat. (vt reor, quia hoc habebat in mandatis) *ſuſtinuerit ſuæ temeritatis acrem reprehenſionem*.

458. Occurrit 2°. Philal. dicens re meliùs perſpectâ Univerſitatem Lovanienſem Molinæ non parum faviſſe: tum quia Malderus &

Wighers contra præmotiones steterunt, Iesuitarum sententiam secuti: tum quia aliquot citant Præpositus & Annatus, qui in thesibus Iesuitis consenserunt.

Resp. Paulum Leonardi p. 3. num. 44. fin. etiam sic scribere Lovaniensem Univ. re meliùs cognitâ castra mutasse; & hoc probare primùm ex Driedone, Tappero, & Cunero, locis supra à Philal. objectis. Sed cum ei fuerit repositum, eos diu ante illas controversias fuisse mortuos, meritò illud figmentum siluit Phil. Malderus quidem Molinæ favet, desierat tamen esse membrnm facultatis, factus Episcopus, quando sua evulgavit. Wighers autem videtur fuisse deceptus adversariorum imposturis, hocque tandem subodorasse 1.2. q.111.art. 3. quæstio 2. Postquam enim ad 3. concl. dixit ex August. *sic subventum esse infirmitati voluntatis, vt indeclinabiliter & insuperabiliter divinâ gratiâ agatur*: & addidit: *quæ significant gratiam efficacem antecedenter habere infallibilitatem operis ante ipsam operationem, ejusque intuitivam præcognitionem, datur enim à Deo talis ex intentione, seu voluntate absolutâ operis, vt qualitercumque sit affectus homo, ipsa moveat infallibiliter eum, & faciat operari*: tunc sic ponit 4. concl. contra gtatiam physicè prædeterminantem. *Non est efficacia gratiæ constituenda in aliquâ reali qualitate sive permanente, sive fluente, seu divinâ motione vltra sufficientem gratiam necessariò requisitâ, quæ voluntatem physicè & intrinsecè determinet antecedenter quàm volun-*

tas operetur; ita vt qualitate illâ positâ non possit non velle, & non operari in sensu composito. verùm quia illius doctrinæ de prædeterminatione istâ voluntatis adhibentur diversæ ab ejus defensoribus explicationes, nos hîc non intendimus contra aliquem, vel alicujus in particulari sententiam disputare; sed tantùm reijcere illa vt sonant, quæ in concl. dicimus non esse tenenda. Unde postea n. 34. illum sensum compositum, & n. 35. quæ dicimus de indifferentiâ judicij tractat juxta id quod super hoc nobis adversarij imponunt sup. cap. 1. sect. 2 talem autem præmotionem, quæ non relinquit posse in sensu illo composito, non solùm Wighers, sed etiam omnes Thomistæ ad Calvinum remittunt. *Proinde* videtur illas imposturas subodoratus Wighers, eâque ratione nolle rejicere præmotionem vt explicatur à Thomistis, nec contra cujusquam in particulari opinionem disputare. Ea autem quæ præmiserat non videntur posse dici nisi ex sensu præmotionis Thomisticæ.

459. Ut scias autem quàm constanter semper pro præmotione steterit Lovan. Uniu. præter Driedonem, Tapperum, Cunerum, & Ioan. de Bononiâ, de quibus sup. cap. 4. p. 1. illam ex eâdem Celeberrimâ Vniversitate docuerunt, Adrianus VI. quodlib. 8. Lensæus lib. 1. de Christ. libertate cap. 8. &c. Latomus in resp. ad Lutherum cap. 3. & adversùs Erasm. tit. de merito. Hesselius in explic. orat. Dominicæ cap. 37. & 39. Tiletanus in Apol. pro Concil.

Concil. Trid Ianſenius in Concord. Evang. p. 2. c. 52. ad illud Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me* &c. Et in *Prou.* c. 16. & 21. Libertùs Fromondus in varijs operibus, etiam in opere poſthumo in 8. ad Rom. v. 14. & in cap. 9. v. 16. & 1. ad Cor. cap. 12. & ad Hæbreos cap. 13. & 1. Petri cap. 1. & 2. & alibi. *S*innichius, vir ſapientiſſimus, & ſcriptis ſuis vbique notiſſimùs. Verbo dictum ſit; tota illa Celeberrima Vniverſitas eſt pro gratiâ prædeterminante, contra Molinæ novitates.

SECTIO IV.

Utrum Univerſitas Duacena præmotionibus repudiatis, Molinæ conſentiat?

460. DUacenam Univerſitatem gratiæ phyſicè prædeterminanti conſenſiſſe, & ſcientiam mediam exploſiſſe, conſtat ex ſuis Cenſuris, quas ſolius antiquitatis & veritatis ſtudio in Leſſij & Molinæ doctrinam latas, ad Sum. Pontificem deſtinavit; à quo, vt diximus ex Henriquez, Leſſius acriter fuit reprehenſus.

Philal. autem conatur ſuadere eam à Majoribus ſuis retroceſſiſſe, 1°. quia quidam ex ejus Profeſſoribus edidit epiſtolam contra Fromon-

dum, pro scientiâ mediâ; & librum, cui titulus veritas & æquitas Censuræ Pontificiæ, luculentè approbavit S. Facultas Theologica. 2°. quia doctrinam Molinæ in Theolog. Scholâ ad gradus obtinendos permittit defendi. 3°. quia an. 1662. 29. Martij palam improbavit illud: *pactum initum cum Christo de gratiâ dandâ infallibiliter facienti quod in se est, ex facultate naturæ est inventum Molinisticum ideoque fictitium.* Quod à quodam Thomistâ fuerat insertum vni ex thesibus pro Baccalaureatu.

461. Resp. Universitatem hanc Duacenam nunquam à Majoribus recessisse, licet adversarij nihil omittant quod eò collimet. Neque ea quæ refert Philal. hoc suadent: vnde Ad 1um (cui D. Fromondum respondisse insinuat Philal.) addo ego, quod ex qualicumque illâ approbatione, non possit deduci Universitatem priori censuræ contraire, seu eam revocare. *Primò*, quia cum contraria sint in eodem genere, vt illa approbatio esset contraria Censuræ priori deberet esse ejusdem generis cum illâ, sed non est ejusdem generis cum illâ Censurâ; quia Censura facta est à Corpore ipso S. Facultatis, seu à S. Facultate Theologicâ sub juramento Congregatâ; dicta autem approbatio quæsita est ostiatim, & non obtenta ab ipsâ S. Facultate Theol. ergo. *Secundò*, vt illa approbatio posset censeri revocatio Censuræ deberet fuisse idem rerum status, eadem censurandi libertas; sed quando data est illa approbatio non erat

erat libertas Censurandi, aut renovandi priorem Censuram, cum hoc jam esset vtrique parti prohibitum, ergo. Maj. patet, cum enim in eâ approbatione nulla fiat mentio Censuræ, & diminutum sensum faciat prohibitio oppositum dicendi, illa approbatio nullâ ratione potest dici revocatoria, sed solùm quod censeat illam sententiam habere probabilitatem, saltem extrinsecam, non negando oppositam esse probabiliorem. *Tertiò* Ex. D. Sylvius cum alijs illi approbationi subsignasse refertur à Philal. at veró est evidens ex continuis ejus ad mortem vsque pro præmotione scriptis contra Molinam, cum non judicasse suâ approbatione Molinæ doctrinam vt veram, vel probabiliorem, sed solùm probabilem ad minùs probabilitate extrinseçâ; ergo neque plus potest colligi ex aliorum subsignatione. Sicque multum est injurius Philalethes Celeberrimæ Vniversitati Duacenæ, dum ex eâ approbatione vult eam supra suos Majores Sapientissimos & Sanctitatis memoriâ Illustres sapuisse, eorumque Censuram maturam retractasse.

Ad 2. dico esse indignum Theologo argumentum, qui scit Deum peccata permittere, non approbare; sicque permissionem & approbationem toto cælo differre.

Ad 3. falsò dicit illud fuisse improbatum, cum nullus improbetur viâ accusationis (quam tunc subibat Philal.) inauditus, & ille Thomista nequidem fuerit vocatus. Ex tunc enim

suam Germanitatem prodidit Phil. licet enim potuisset priùs de hoc conqueri, expectavit tamen & diem & horam disputationis, vt subitò strepitu facto & vrgente horâ, præceps judicium obtineret; sed deceptus est; ei enim ab Eximijs DD. reposito quod sui neque ab hujusmodi abstinerent; sicque non esse quærelæ locum; noluerunt Eximij DD. ferre præceps judicium, cum hora vrgeret, deessetque tempus vocandi & audiendi illum Thomistam vt suę positionis intellectum aperiret; sed prudenter sine vllius præjudicio voluerunt, thesi manente integrâ, illam positionem non impugnari. Injuriosè autem Philalethes suadere vult Eximios DD. illam positionem adeò ęquivocam improbasse, nequidem audito illo Thomistâ; qui postea in thesi Vesperiali pro Magisterio pro thesi principali habuit, quòd *scientia media implicet contradictionem.*

462 Ex hactenus refutatis concludit Phil. illas Censuras & alias à Judicibus Romanis latas *non majorem habere vim contra doctrinam Lessij & Molinæ, quàm modò habeant contra S. Th. doctrinam censuræ adversùs quosdam, illius articulos ab Academiâ Paris. an. 1277. latæ; quibus cum alijs ejusdem Academiæ DD. scientiæ famâ celebribus, subscripsit Henricus à Gandavo.*

Resp. Philal. hîc concludere quàm minùs sincerè D. Thomæ afficiatur, cum vt suos liberet & absoluat, istâ comparatione D. Thomam damnet & damnatum relinquat; imò vt damna-

damnationem legitimet, ipsos Censores (quos antiqui reprehendunt) miris laudibus exaltat; Sed in vanum laborat contra Doctorem Ecclesiæ Communem & Angelicum; quem in illâ Censurâ Parisiensi non fuisse comprehensum poterat Philal. videre latè & solidè probatum contra P. De Alva per P. Jansens in *Solutione Nodi indissolubilis*, Nodo secundo; nisi maluisset P. de Alva consentire. Sed demus S. Thomam illâ Censurâ implexum, pessimè pro Lessio contra S. Th. concludit Philal.

1° Quia etsi Censura Paris. afficeret aliquos D. Th. articulos non tamen eos censurat vt D. Thomæ; at verò Censura Lovan. & Duacensis afficit doctrinam Lessij, vt Lessii & PP. Societatis, ergo non esset par amborum damnatio.

2° Censura Paris. (vt refert Capreolus in 2. dist. 2. q. 1. art. 3. ad 1. Greg. ex Ægidio & alijs) non est lata à totâ Universitate, sed solùm ab aliquot DD. congregatis, alijs non vocatis; At verò Censuræ contra Lessium factæ sunt vnanimiter à totâ Vniversitate, ergo.

3° Censura Paris. non fuit ab alijs approbata, vnde apud Capreol. sup. Godofredus dicit eam egere magna correctione; & tandem revocata est per Stephanum Episc. Paris. At verò Censura Lovaniensis imitata est Salmantinam; ipsam autem secuta est Duacensis, & Romanorum Theologorum, ergo.

Denique Censura Paris. quatenus posset tangere

gere articulos D. Th. expressè revocata est per Stephanum Episc. Paris. an. 1324. & D. Thomæ doctrina à summis *Pontificibus* miris laudibus est approbata. Censura autem Lovaniensis, & Duacena necdum est revocata, nec damnata, vt visum est; & Lessius, & Molina, minimam laudem D.Th. adhuc à summis Pontificibus expectant; imo Lessium acriter reprehendit Sixtus V. teste Henriquez, & Clemens VIII. & Paulus V. Molinæ doctrinam improbârunt, vt inf. patebit. Prodit ergo Phil. suum non Germanum in D. Th. affectum, dum eum Lessio comparat; dum cum P. Alva, eum vult damnatum alijs solidè reclamantibus; dum vult adhuc eum æque Censuræ implexum ac Lessium & Molinam; quos etsi censurare modò non liceat, tamen præteritæ eorum Censuræ necdum sunt revocatæ aut damnatæ.

463. Sic autem constanter præmotionibus adhæsit Duacena vniversitas contra Molinam, vt in eâ nunquam reperias Celebrioris litteraturæ viros, qui nobis manum non dederint. D. Estius in Resp. Apolog. adversùs P. Deckerium testatur Vniversitatem Duacenam ab initio suo doctrinam nobis consentientem, & Molinæ contrariam docuisse. Ex continuâ autem illâ Celeberrimorum ejus Professorum serie specialiter pro doctrinâ Thomisticâ emicuerunt; *Eminent. Card. Alanus*, qui & hîc & Rhemis sententiam nostram publicè docuit, vt probat D.

Rithovius

Rithovius in Apol. contra *P.* Deckerium Jesuitam. *Amplissimus D. Matth. Boßemius* Vniversitatis Cancellarius ac Primarius Professor: quem D. Rithou. sup. queritur à *P.* Deckerio fuisse nominatim sugillatum. Hos sequuntur viri scriptis luci datis toto orbe notissimi; *Ex D. Estius*, qui gratiam ex se efficacem suis exquisitis Commentarijs, tum in lib. sent. tum in epist. Pauli, & varijs opusculis propugnavit & munivit; scientiâ mediâ vbique depulsâ. *D. Balduinús Rithovius* in Apologiâ contra *P.* Deckerium, jussu S. Facultatis Theol. vt ibi monet, editâ. *D. Bartholomæus Petri Lintrensis*, perpetuus hujus nostri Collegij Benefactor, & cujus memoria in benedictione est; Molinæ novitatibus sese totum semper opponens doctrinam Thomisticam totis viribus conatus est ampliare: eamque docet in Acta Apost. cap. 7. v. 51. Hinc collegit Apostolicæ Sedis definitiones veteres de gratiâ Dei pluries editas: ac in omnibus ferè libris suis, quidquid sententiæ nostræ conduceret, notis marginalibus curiosè & laboriosè expressit. Imò tanti fecit hanc doctrinam, vt in eâ gloriosè moriens, illam in hoc Collegio Nostro S.Th.Aquin. Ord. FF.Præd. (quod heredem suum elegit, & instituit) semper voluerit vivere, sic in testamento suo à nobis requirens: *Requiro autem vt quisquis hujus eleemosynæ est futurus particeps, constanter teneat & defendat veterem S. August. de gratiâ Dei verè efficace, deque modo illam cum lib. arb. conciliandi, doctri-*

doctrinam; à summis Pontificibus Innocentio I. Zosimo, Bonifacio I. Cælestino I. Leone I. Gelasio I. Fælic IV. in Concil. Arausicano, & alijs probatam; & à S. Thomâ Doctore Angelico, atque communi explicatam ac propugnatam. Obijt autem Ex D. Lintrensis an. 1630. 26. Febr. ætatis an. 86. vir meritis plenus, & ob sanctitatis & doctrinæ odorem magno apud omnes semper in pretio habitus. *Ex. D. Sylvius* hos Majores suos pari zelo secutus, pro præmotione opusculum edebat solidum & nervosum an. 1609. & postmodum in suis lucidissimis ac solidissimis in D.Th. summam Commentarijs vbique eam munit, & explanat, adeo zelosè & fæliciter vt meritò inter præcipuos prę̨motionis physicę Heroes annumeretur. Neque verò defecit Celeberrima Vniversitas a Thomisticæ doctrinæ sequelà; sibique etiam modò non deesse Cathedraticos præmotionis defensores brevi habebis testatum. Facultas veró artium, seu Philosophica, ne vel vno dempto (si RR. PP. Jesuitas excipias) pro præmotionibus physicis, æquali nobiscum zelo decertat. Si autem ab Universitate ad alia Collegia aut etiam Religiosorum domos te conferas, nusquam scientiam mediam audies nisi impugnatam; gratia ex se efficax omnes Cathedras occupat, nec vsquã auditur Molina nisi apud Patres Iesuitas: adeò vt verè hîc audiret Henao à Phil. n. 132. relatus; *Scientiam mediam esse intra Societatis terminos clausam.*

CAP.

CAPUT IX.

Examinantur scientiæ mediæ pugnæ, & victoriæ à Philal: cantatæ.

464, SVppono 1. ea omnia quæ sup. cap. supposita sunt; quæ hîc sunt recolenda: ea enim omnia quæ pro scientiæ mediæ imaginarijs victorijs profert *Philal*. reducuntur in principium domesticum, & vnius Iesuitæ dictum, & præsertim Ripaldæ, aut Leonardi, in quibus bonam fidem sæpè desiderari palam est, & etiam ostendimus. Insuper ferè omnia quæ obijcit Philal nituntur ijs epistolis ex Paulo Leonardi citatis, quas ibid. ostendimus non esse authenticas, sed veriùs suppositas. Imò datâ earum veritate, ex eis non esset omninò judicandum. Cum enim ad sollicitationes Molinę, & suorum fuissent rescriptę (vt ex Epist. Serenissimi Archiducis Alberti constat, in quâ sic habetur apud Leon. loco à Philal. citato: Atque vt hæc repræsentarem motus sum, tum quia æquum est ita fieri; tum quòd Auctor efflagitavit. quæ *Philal*. tacuit) similesque commendatitiæ rem augeant pro nutu expetentium, & quantùm veri apparentia tulerit: Nec Commendatitię expetantur ad veritatem probandam, sed ad Iudicem conciliandum; ex hujusmodi

hujusmodi litteris solùm veniret judicandum (contra ea quæ dicit Philal. num. 121.) quantùm Molina de suâ causâ, & argumentorum efficaciâ diffideret tandem, cum tales haberet recursus, & media exquireret, quibus intellectum ex captiuato affectu captivaret.

465. Suppono 2. Ea, quæ à Thomistis producuntur à Joan. à S. Thomâ, & alijs, acta in Congregationibus de auxilijs esse solidiora; cum non domesticorum, sed exterorum nitantur testimonio. Undè D. de Sainct Amour (cujus fidei plurimùm refert Philal.) post diligentissimam inquisitionem, & collationem Romę factam, testatur in suo Diario, ea quę producimus esse vera. Ego autem pro majori parte ex ipsismet Iesuitis mea asserta Confirmabo.

466. *Philal.* autem num. 115. refert declarationem Innocentij X. quâ recensitis Diarijs Pegnæ, Lemos, aliorumque Theolog qui Congreg. interfuerunt; & constitutione Pauli V. declarat tam illis, quàm ijs, quę pro Molinâ à Jesuitis acta proferuntur nullam esse fidem adhibendam; nec ab altervtrâ parte debere aut posse allegari, sed observanda esse in hâc quęstione decreta *P*auli U. & Urb. U I I I.

Resp. quod ex RR. PP. Iesuitarum, & nominatim ipsius *P*hilal. praxi (quam nolo culpare) quâ ea, quæ pro Molinâ acta scripsit Bastida, allegant æquè tamen prohibita allegari, indicari posset Innocentium X. suo decreto, quod veneror, voluisse duobus obviare. sc. 1°. ne

ne istis Diarijs, & Actis, ac Pauli V. Constitutioni coram & passim tunc allegatis, ex Innocentij X. silentio, videretur nova fides & approbatio accrescere; ideò voluisse declaratum nullam eis fidem adhibendam, seque ea non approbare novo aliquo calculo. 2°. quia passim allegabantur Censurando Molinam, ideo nolle sic allegari. *sed observanda esse decreta Pauli V. & Vrbani VIII.* sic allegari vetantia. Attamen ex majori reverentia, ergo illa Acta silebo, quæ ab alijs citata videri possunt; scopo enim meo sufficiunt; quæ vel ex ipsismet adversarijs, vel ex authoribus approbatis mihi suppetunt.

467. Malè autem dicunt adversarij illa Acta & Diaria esse damnata, cum non sint magis damnata quam S. Biblia linguæ vernaculæ, quorum lectio quidem prohibita est, sicut & illorum Diariorum allegatio, ipsa tamen non sunt damnata; vt observat P. Baron lib. 4. apol. sect. 1. de lib. hum. & grat. disp. 2. sect. 2. *art.* 6. §. 8. *sic habet: Dè Pennæ Historiâ Prohibitâ absit vt meas cogitationes proferam: duo tantum illæsâ reverentiâ decretorum Pontificiorum dicam.* 1um *vni è nostris apud Cardinalem satis suâ pietate & sapientiâ notum conquerenti de hâc censurâ, responsum, librum prohibitum fuisse, non quasi corruptæ, aut suspectæ fidei, sed pacis gratiâ, & ijs contentionibus sopiendis. Addo aliud, prohibita nominatim Pennæ, suppressâ Petri Le Bossu historiâ, viam sibi putasse adversarios munitam ad novam historiam texendam, quàm primam Annalibus suis inserendam. Quo verò loco sit futura apud Corda-*

tos;

tos, & emunctæ naris homines, ipsi viderint. Hoc solum denuncio, etsi accuratè cauerint suppressis extraneorum Diarijs, ne convinci queant mendacij, modicam tamen aut nullam fidem facturos. Quis enim credat ijs qui certiorem agnoscendi veri viam, id est extraneorum, & minùs partium studij suspectorum testimonia præcluserunt, vt tutò fucare, & interpolare liceat rerum narrationem?

468. Suppono 3. Adversariorum asserta maximè reddi suspecta ex suæ novæ narrationis processu; vt enim eam stabiliant student & priora nostra historiæ monumenta exinanire, & nova formare sine fundamento, ex quorum tamen vtroque manebunt de falsitate summè suspecti. Ex 1° dixit Phil[illegible]. Censuras Lovan. & Duacensem esse damnatas vt temerarias; quod esse falsum demonstràvimus. Et num. 114. virum illum, qui Congregationibus interfuit, & in eis acta descripsit, & quem, vt refert Philal. prudentissimi PP. Carmel. Discalceati Salmanticenses vocant *Sanctissimum*, ipse dicit *imprudentem, perfidum, violatorem secreti*. Sed modestè, mi Phtlal. ex calore nimio in illum virum, cujus narratio tibi non favet, non advertis te concedere ejus historiam esse veram: Si enim est *perfidus*, si *violator secreti*, ergo ea quæ narrat habuit sub secreto secundùm te, & ad id fidelitate adstringebatur; sed non potuit habere sub secreto, ea quæ non essent; nec ad falsa celanda potuit fidelitate adstringi; ergo juxta te ille vera scripsit. Verũ *nolite judicare, & non*

non judicabimini; Cum enim potuerit ab illo ſecreto, ſi fuit, variè abſolui; imò cum præceptum illud de ſecreto ſervando, non probet Leonardus,ſed ſibi fingat, & imaginetur modo inuſitato poſitum; ex ejus ſolo dicto, non debuit *P*hilal. illum virum imprudentiæ & perfidiæ &c. accuſare: noſſe enim poterat pænam, quam accuſator deficiens incurrit. *P.* autem Leonardus p. 1. num. 19. dicit Romanam Cenſuram, Salmanticenſem, & Uallifoletanam ab ipſis Dominicanis dictatam. Et p. 3. num. 35. dicit Salmanticenſes à Banneſio corruptos, ſeu beneficijs devinctos Molinę doctrinam cenſuraſſe. Jmò Philal. num. 111. audet dicere Cenſores Romanos à Pontifice delectos, in Cenſurá perſtitiſſe, metu notę levitatis & inconſtantiæ. Alia hujuſmodi innumera apud eoſdem & alios invenies. Sic putant ad ſuæ doctrinę defenſionem licere talibus viris & Uniuerſitatibus calumniari, abſque vllo ſui dicti fundamento; vt vel ſic tandem cauſæ noſtræ munimenta, apud illos, quieorum dictis cæcè adhęrent rationem non requirentes, ſuſpecta reddant: ſed deberent advertere hunc proceſſum, ſuæ cauſæ ſummè derogare apud doctos, qui ſtatim deprehendunt illa dici non poſſe, niſi vbi rei veritas rationibus limitem poſuit.

469. Munimentis noſtris ſic contra juſtitiam & modeſtiam depreſſis, putant ſibi gradum feciſſe ad quæcumque ſecurè dicendum, & nil probandum: Vndè opponas quævis ex tradi-

 tione

tione hâc in parte certa; nil morantur ea non modò negare, ſed reponere, vt jam pluries etiam in Philal. notavimus. Sic Paulus Leonardi p. 1. num. 24. hiſtoriam lapsûs P. Valentię ante Clem. VIIJ. ob corruptum Aug. locum (quem refert P. Gonet 1. p. tract. 5. diſp. 2. art. 3. §. 9.) quam dicit deſcribi ab Alexandro Ziliolo in Commentarijs quæſtionum memorabilium ſui temporis, quæ Uenetijs prodierunt an. 1642. non modò negat, ſed ſimilem ex proprio cerebro vni noſtrum affingit. Non puto cauſæ noſtræ veritatem magis Confirmari quàm ex hujuſmodi affirmationibus & negationibus, ſoli dicentis beneplacito innixis.

470 Suppono 4. Leonardum, ac proinde Philal. circa hæc, & alia acta in Congreg. de auxilijs, divinando procedere, vt ipſemet Leon. fatetur p. 1. num. 21. *Cæterum quod ad publici examinis Cenſuram ſpectat, ait, licet qualis extiterit minutatim, prorſus ignoremus, quia originalia acta conſulere non licuit; tamen ſi ex effectibus, & famâ divinandum eſt, magna ſpes eſt data tum ſuffragia pro ſcientiâ mediâ & adnexis diſputationum membris fuiſſe, non contra eam.* Itaque ſi Leonardus hâc in parte fundamentum habeat, non ſunt niſi conjecturę. Ex quibus ſuppoſitis, jam detegis quàm ſolidè narret Philal. ſcientiæ mediæ victorias imaginarias.

SECTIO

SECTIO I.

Scientiæ mediæ Victoriæ apud S. Inquisitionem.

471. HIc Victorias canit Philal. vbi non fuit pugna: vultque Molinam vicisse apud Inquis. Lusitanam, apud quam non fuit accusator. Fingit quidem Bannesium eò traxisse Molinæ Concordiam, antequam in lucem prodiret, eamque à S. Inquisitione post maturum examen honorificè approbatam. Sed hęc sunt fictitia. Bannez enim docebat in Hispaniâ Salmanticæ, vnde si ab aliquâ S. Inquisitione censuratam voluisset illam concordiam, Hispaniæ limites non fuisset egressus, vbi verbo efficaciùs agere potuisset. Deinde apertum est, quòd si Dominicani traxissent Molinæ Concordiam ad S. Inquis. Lusitanam Iesuitæ noluissent Dominicanos fuisse ejus Censores, sicut Vallisoleti eos noluerunt, & hoc æquum fuisset; cum ergo Philal. dicat Barthol. Ferreira Dominicanum fuisse Censorem illius Concordiæ, clarum est Dominicanos non fuisse ejus accusatores in Lusitaniâ. Insuper si apud Inquisitionem Lusitanam esset à Bannezio actum contra Molinam, hoc non ex epistolis non authenticis, sed ex ipsis archivis S. Inquis. Lusit. probasset Philal. Denique apud Leon. p. 1. n. 31.

ex litteris (licet non authenticis) ipſius S. Inquiſ. ad Clement 8. idipſum planè conſtat; in quibus aſſeritur, quòd in lucem prodierit liber Molinæ, habitâ priùs approbatione P. Barthol. Ferreira Dominicani publici librorum Cenſoris, & quòd nihilominùs ipſe Senatus Jnquiſ. acceperit, *eius libri doctrinam à nonnullis Theologis in Hiſpaniâ fuiſſe oppugnatam*, &c. Ergo ante impreſſionem, apùd S. Inquiſ. Luſit. non fuit liber Molinæ accuſatus.

472. Veritas ergo eſt quòd Molina, expertus ſuam doctrinam à ſuis propugnatam, à Celebrioribus Vniverſitatibus Salmantinâ, Valliſoletanâ, Lovanienſi, & Duacenâ fuiſſe acri Cenſurâ perſtrictam, ipſemet ſuum librum S. Jnquiſitioni dederit approbandum, vt ejus habito calculo, aliorum cenſuras nil timeret.

Dices fuerit, non fuerit ibi accuſatus Molina, ſaltem à S. Inquiſ. Luſitanâ ejus liber fuit approbatus? Reſp. lib. Molinæ non fuiſſe à S. Jnquiſitione Luſitanâ per ſe approbatum, & examinatum, ſed ad Cenſorem publicum remiſſum, ſc. ad *P.* Ferreira. Cum enim (vt benè D. Rithovius ad 1. Deckerij) *S.* Jnquiſitio propriè inſtituta ſit contra hæreticam pravitatem, de alijs non inquirit, niſi ſpecialiter ſibi ſint demandata, aut delata, Cum autem Molina eſſet Catholicus vir & Religioſus per ſemet librum ſuum offerens examinandum, quid opus erat S. Inquiſitionis tribunali librum non accu-

ſatum

ſatum examinare ; & calculo ſuo munire ? aliàs enim & prꝫferret Molina ipſius S. Inquiſ. approbationem ejus ſigillo munitam, nec eam omiſiſſet, ſi habuiſſet. Noluit ergo S. Inquiſ. libri illius difficultatibus ſeſe implicare, ſed ad Cenſorem publicum P. Ferreira Dominicanum, Molinam remiſit, à quo quidem approbationem accepit, quia nil contineret apertè contra fidem; in qua quidem dicit Molinam eſſe *ſubtiliſſimum Doctorem, & S. Thomæ expoſitorem*; non tamen dixit *fidelem expoſitorem.*

473. Vides jam Molinæ victorias, non aliunde quàm ex epiſtolis apogriphis probatas? Hinc meritò D. Rithovius replicat P. Deckerio: *An autem quia vnus deputatus S. Inquiſitionis ac librorum Cenſor teſtatus eſt, in opere Molinæ nihil à ſe animadverſum eſſe, quod noſtræ religioni adverſetur*, &c. *ideo nihil in eo, quod vllo nomine mitari aut improbare quiſquam poſſit citra calumniam?*

Quòd addit de Cenſurâ Vniverſitatis Complutenſis ex ſimilibus Epiſt. apogriphis, & Commendatitijs, de quibus ſupra ſatis, eſt frivolum; & ſup. cap. 8 ſect. 1, eſt reſponſum. De alijs Jnquiſitionibus Hiſpaniæ nil meminit Philal, niſi quod decretum Clem. V I I J. quo vtrique parti permittit ſua defendere ſine aliorum Cenſurâ, intimarint Provincialibus FF. Præd. & Societ. Ieſu an. 1598. donec res decideretur. Quidquid ſit de hoc, non concipio quomodo cohæreat cum ijs, quæ ex quodam edicto Hiſpalenſi an. 1608. edito juſſu Pauli V. ſic refert

 Leonardus

luit, cum num. 111. fateatur luci datam, ſicut etiam Leon. p. 1. num 20. tamen eam calumnijs enervare nititur, Cenſores illos ab ipſomet Pontifice electos partialitatis, & præcipitationis arguendo: atrociora profert Leon. p. 1. n. 19. horret animus ea ſolùm imaginari, quæ iſte adeò audacter ſine vllâ ratione, & ex proprio cerebro auſus eſt ſcribere; attende ſolùm eorum ſapientiam & integritatem, quæ Pontificem ad eos præ alijs eligendos induxerunt. Quàm autem falſa ſit Philal. calumnia, Collige ex Leon. p. 1. n. 17. vbi ait: *Sanè invenio ex relationibus per illa tempora ex vrbe tranſmiſſis*, &c. *prima deinceps ab eis habita eſt Congregatio* 23. *die ejuſdem menſis Janvarij. Continuatum ab illis vſque in diem* 13. *Maij ejuſdem anni* 1598. *quo vndecima, & poſtrema ſeſſio celebrata eſt*: in quâ dicit Molinam ab illis Cenſoribus damnatum. Itaque eſto toto illo tempore ſolùm vndecies convenerint (nam quotidie conveniſſe alij probant, & promptitudo ad ſatisfaciendum Pontif. mandato hoc ſuadet) cum quatuor menſes, & ſaltem vndecim ſeſſiones illi examini impenderint, eſtne ibi apparentia precipitationis? ſed Philal. imaginatur præcipitatam Cenſuram, quia vellet dilatam, & nunqam latam. iudica quomodo ſcientia media vincat? ſic vincere, vinci eſt.

475. De Cenſorum numero nil diſputo modò, quamvis adverſarij volentes eſſe pauciores, quàm Joan. à S. Thom. & Salmanticenſes referant ex Actis Congreg. inter ſe diſſideant, Phi-

Ial.enim vult fuisse 8.Leon. p.1.n 17.vult fuisse 9.&c.De illorum numero lege *P*.Baron de lib. & grat.disp.2.sect.2. art.6.§.8. quod autem pro numero à nostris asserto non reperiantur omnium nomina, quid interest,cum ipsemet Leonardi p.1.num.35.tres ex nostris cum Generali ædes Card. Madrucij convenisse velit,& tamen tertium fateatur innominatum?

Addit Philal. Iesuitis de illâ Censurâ conquestis, quòd non fuissent auditi, Pontificem prioribus Censoribus duos addidisse ad exactius examen; sicque tunc, juxta Philal.supputum, erant 10. Censores: quorum septem in scientiæ mediæ damnatione perstititisse dicit post longum examen, *fortassis*, ait, *metu notæ levitatis & inconstantiæ*. Miror Philal. de talibus viris sic ausum sentire; & Pontificium tribunal ponendo os suum in cælum, ausum culpare. Ex adversariorum ergo chartulis coronata manet nostra de scientiâ mediâ in vrbe victoria.

476.Sed Philal.veluti pertæsus veritatis concessæ num.114.arguit;quòd si doctrina Molinę post serium examen Censorum suffragio damnata sit, imprudens fuisset Pontifex sinendo vt in Scholis scientia media doceretur,& non eam damnando. Vnde ad hoc amoliendum, fatendum est Censuras post, & in disputationibus factas, esse fictitias.

Resp. nunquam esse imaginandum vel minimũ imprudentiæ in Christi Vicario, qui sicut nullatenus

latenus fuit imprudens concedendo disputationes Romæ super eâdem scientiâ mediâ, priùs à judicibus delectis bis damnatâ; itanec post alias Censuras, sinendo eam pro tempore doceri. Neque imprudentiæ damnatur pater-familias, qui permisit zizania (qualem non dico scientiam mediam) crescere vsque ad messem. Sunt enim quandoque circumstantiæ in quibus cum Paulo dicit Pontifex; *omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

SECTIO IIJ.

Victoriæ scientiæ mediæ apud Sixtum V.

477. IMaginarias victorias, quas scientiam mediam apud Sixtum U. reportasse fingit Philal. abundè cap. 8. sect. 3. deteximus. Vnde meliùs cecinisset Philal. si folium vertisset. Num. autem 109. addit Lessium sic loqui victorias: *Orta fuit hîc Lovanij; annos abhinc 22. non modicæ de providentiâ, auxiliis gratiæ, & eorum efficacitate, controversia, quæ authoritate Sedis Apostolicæ, ad quam delata fuit, per Illust. D. Nuncium Octavium Frangipanium Episc. Tricar. fæliciter composita fuit, nostrâ in possessione permanente doctrinâ.*

Debuerat Lessius sequi illud Eccl. 32. *Loquere in tuâ causâ vix.* Ut autem ea scriberet meritò expectavit mortem Sixti V. qui potuisset

recordari

recordari correctionis à se Lessio factæ; cujus an possessionem velit Lessius, nescio. Scio tamen P. Henriquez Iesuitam lib. de vlt. fine cap. 12 in Com. litt. B. sic sincerè referre: *Quidam doctus prædicavit in Academiâ Lovaniensi oppositum, cum magno scandalo Academiæ; & re ad Sixtum V. Papam delatâ, sustinuit suæ temeritatis acrem reprehensionem.* Huic autem magis, quàm Lessio in propriâ causâ loquenti, est credendum. Certè si alias non habet scientia media victorias, nullas habet vbique victa.

SECTIO IV.

Victoriæ scientiæ mediæ apud Clem. 8.

478. HIc Pontifex in D. August. doctrinâ versatissimus (vt ejus scriptum in Congreg. satis probavit) nil recusavit adversarijs ad scientiæ mediæ defensionem. Post Censuram latam ab eis Theologis quos ipse Pontifex ad scientiæ mediæ examen delegerat; reclamantibus Iesuitis, quòd non fuissent auditi, Censorum numerum auxit, qui Molinam iterùm damnarunt, vt fatetur Philal. Iesuitis tandem expetentibus disputationes publicas sibi concedi super hâc materiâ, à Dominicanis impugnandas coram Censoribus & ipso Summo Pontifice, illas concessit Clem. 8. in quibus Censores in Censurâ perstitisse videre est apud

Salman

Salmanticenses, & Ioan. à S. Thomâ: neque hoc rectè negat Philal. cum enim velit sapientissimos illos Censores secundò censuram tulisse *metu notæ levitatis & inconstantiæ* (quod tamen est falsum, & calumnia) quantò magis post iteratas Censuras eam notam, juxta eum, magis timuissent? Certè nimis sollicitè Molinæ doctrinam examinarant, & se rectè eam examinasse nimis ex eis disputationibus deprehendebant, nimisque erant incorrupti vt à Censurâ retrocederent. Ipse autem Clemens VIII. non lauros, sed damnationem ipsi doctrinæ Molinæ constituerat.

Hoc constat. *Primò* ex *PP.* Fuligato, & Petra-Sancta Iesuitis, sic in vitâ Bellarm. lib. 3. c. 5. scribentibus: *Uerùm spatio cæptum est in comperto haberi, quàm non ex æquo futura eà disceptatio videretur: paulatim enim Pontificis obsideri aures ab adversæ partis propugnatoribus, penitùs visæ sunt: & demum res eò cessit, vt Pontifex Cardinalibus diversis affirmaverit, velle se de Controversiâ decernere.* Jtque, vt ibid. dissuadente Bellarmino, *Pontifex Nihilominùs qui in re expendendâ haud sibi fuisse videbatur indiligens, facturum se propediem quæstioni finem, quem apud se disposuerat, repromisit.* Falsum tamen est quod aures Pontificis obsederimus, cum nullas commendatitias ad eum vsquam expetiverimus, sicut Philal. vult suos fecisse: benè autem rationes & fundamenta, quibus Molinam impugnabamus, ejus intellectum obsederunt, & convicerunt. Male etiam in hoc, Pontificem

veluti

veluti partialitatis insimulant, vt patet ex Leonardo p. 1. num. 57 fin. probante pontificem eodem tempore Societati addictissimum: amabat Societatem, magis tamen veritatem. *Secundò* hoc patet ex D. De Sainct Amour in suo Diurnali (cujus authoritate pluries vtitur Philal.) dicente, se, cum Romæ esset, à viro Nobili, & Clementi 8. familiari fideliter accepisse, pontificem illum statuisse se Controversiæ decisionem facturum in pentecoste; simulque se P. Lemos ad Cardinalatum evecturum. Sed morte præventus neutrum potuit adimplere. Hæc ipsa satis confirmarent omnes illæ Epistolæ commendatitiæ, etiam à fæminis expetitæ (si tamen veræ essent) satis enim animum Clementis ad decisionem propensum exprimunt; & Molinistarum angustias Si plura cupis lege Salmanticenses, & alios. R.P.Milhet Congreg. Doctrinæ Christ. Theologus in Metaph. tract. 3. sect. 2. q 3. etiam habet: *Clemens 8. post Congregationem de auxilijs, nisi morte præventus, rem totam determinasset.*

Non est ergo vllo modo culpandus Clemens 8. si juxta Censorum vota non deciderit eam Controversiam, cum hoc sibi fuerit in votis, quorum impletionem sola mors impedivit.

SECTIO

SECTIO V.

Victoriæ scientiæ mediæ apud Paulum V.

479. CLementi 8. successit Leo XI. & huic brevi defuncto successit Paulus V. qui nonobstantibus varijs instantijs Controversiarum negotium prosecutus est; & tandem sub eo Consultores in Molinæ censurâ perstiterunt. Ipse autem Pontifex Paulus V. vt Doctor particularis etiam Molinæ contraivit, vt ad calcẽ lib. Revmi Alvarez de Origine Pelagianæ hęresis, & apud P. Vermeil in suâ clavi regiâ, & alios. Imò & Bullam condidisse communiter referunt, vt habet Phil. num. 138. & R. P. Milhet. Congregat. Doctrinæ Christianæ præclarus Theologus suę Metap. an. 1664. editę tract. 3. sect. 2. q. 3. referens Pontifices qui præmotioni consenserunt, relato Clemente 8. vt sup. tunc de Paulo V. (errore tamen Typographi ejus nomine suppresso) sic refert. *Cujus quæ mens fuerit, satis ipse aperuit, Bullâ quam dederat pro hâc nostrâ sententiâ, quæ quia promulgata non est, ad hoc solùm assumitur à Thomistis, vt ostendatur mens summi Pontificis illius.* Licet autem Paulum V. Bullam efformasse non evulgatam, satis innuatur in edicto S. Inquis. Hisp. infra; suadeatque prædecessorùm sequela; & ex varijs posset probari: tamen ne vel in specie

cie

cie videar transgressor Declarationis Innoc. X. ea omnia sileo, solùm responsurus cuidam importunę adversariorum objectioni.

480. Obijciunt enim ; dato quod Paulus V. Bullam condiderit illam evulgasset, quorsum enim condere, & statim eam supprimerè? Sed non evulgavit, ergo eam non formavit.

Resp. neg. mai. multa enim statuuntur, quę postea ob supervenientes circumstantias non expedit evulgare. Illas autem circumstantias fuisse negotia Venetorum alij communiter putant; & etiam Fuligatus, & Petra Sancta Jesuitæ, in vitâ Bellarm. causam alligant circumstantiæ illius temporis, dicentes lib. 3. fin. quòd Paulus V. *Commissâ subinde disputantium acie, demum judicaverit tempori aptum partes ambas discedere integro certamine.*

481. Si in re secretâ mihi licet conjectare, reor Bullæ promlugationem dilatam, ob emendationem Molinæ promissam. Cum enim hinc propenderet S. Societati non parvum putatum malum; jamque vt rumor erat, & alij scribunt, tæderet Aquamuivam Soc. Præpositum Generalem defensionem Molinæ contra suorum votum (vt habetur in vitâ Bellarm.) suscepisse; & nisi jactâ aleâ dedecus fuisset retrocedere Molinam indefensum pridem reliquisset: Cum aliunde negotia Venetorum vrgerent; ac inde decisionem Controversiæ spopondisset Paulus V. eoque venisset, vt jam Bullam conscribi curasset (vt supponit argumentum) quod non nisi

se

seriò agi præsumendum erat: Necesse erat Molinistis vel condemnationem pati ex Bullæ evulgatione, vel eam propriâ emendatione promissâ devitare: hoc enim vnicum videtur posse evulgationem suspendere, cum Judici via emendationis promissæ suavior sit & gratior. Certè sola causæ angustia videtur id suadere, quæ non patiebatur aliud remedium, quàm spondere effectum à Bullâ intentum, & à Molinâ recessum, & ad antiquitatem reditum & accessum gradatim, & pedetentim, vt sic causa appareret integra, & tamen Bullæ intentum imperceptibiliter haberetur. Hoc ego pace omnium, & sine vllâ adversariorum offensione aut rei certâ assertione conijcio, ex his motivis, quæ etiam illam gradatam mitigationem suadent.

1um. Est: quod hâc ratione videatur suppressus liber de ratione studiorum, de quo cap. 2. p. 1. sect. 5. Cum enim inhiberet ne *PP.* Societatis Lectores cogerentur ad docendam præmotionem, quam tamen fatetur esse vel videri D. Thomæ, videtur eâ ratione suppressus.

2um. Est: quòd dum Pontifex suspensâ Bullâ permisit, vt Molinæ sententia posset doceri, sic permisit vt tamen sanam doctrinam docerent: vt habet Ledesma relatus à Leonardo Jesuitâ p. 1. n. 34. dicens Clem. 8. permisisse Theologis de his materijs disputare *cum certâ tamen differentiâ, taliter vt illis, qui sunt ex Ord. Prædic. vt veri discipuli D. Thomæ suam doctrinam*



& sententiam sequantur sine aliquâ limitatione; illis verò qui sunt ex Soc. Jesu, qui Angelici Doctoris doctrinam saltem in hâc parte non sequuntur, & cum quibus est controversia, concessit vt istam materiam in lucem proferant taliter, quòd sanam & Catholicam doctrinam in omnibus doceant: & hoc constat ex litteris testimonialibus cujusdam Cardin. Madrucij; quas ego vidi. Errore autem typographi Paulo V. videtur Clemens 8. substitutus, aut aliunde: quem etiam ex Ledesma substituunt Puteanus & Duuallius: Cum nusquam reperiatur talis concessio Clementis aut rescriptum, neque sufficienter hoc suadet Philal. n. 106. & patet ex edicto Inquis. Hispalensis relato à Leonardo p. num. 13. edito an: 1608. in quo declaratur facultas à Paulo V. vtrique parti facta, & additur: *Quamobrem tenore præsentium tollimus qualemcumque prohibitionem factam per hoc S. Officium, & facultatem præstamus interim quoad sua Sanctitas resolvat de Controversiâ, vt possint disputare, & tractare de præfatâ materiâ.* Si autem Clem. 8. eam facultatem speciali permissione dedisset, Inquis. Hispal. nullam fecisset prohibitionem, vel cassa fuisset sua prohibitio. Nec insuper fuisset opus eam concessionem à Paulo V. innovari. Videtur ergo apud Ledesma Paulo V. Clemens 8. substitutus, sicque permisit Paulus V. vt adversarij sic suam sententiam docerent vt tamen sanam & Catholicam docerent.

3um. Est: quòd Paulus V. noluerit omnino Bullam supprimere, sed tantùm suspendere,

quasi

quasi sc. experturus fidem promissionis Molinistarum. Sic Colligitur ex edicto Inquis. Hisp. jam citato apud Leonardum, in quo dicitur: *SS. D. N. circa materiam de auxilijs ordinasse tam disputatoribus, quàm Consultoribus, qui Romæ hujus negotij causâ assistebant, vt domum possint reverti, asserens se oportuno tempore suam evulgaturum determinationem, interim præcipit cum rigore, vt in tractandâ hâc Controversiâ nemo audeat alteram Censurare partem.* Audis eum spondentem se oportuno tempore suam evulgaturum determinationem? Quæ verba, ni fallor, supponunt determinationem jam factam, solamque evulgationem ab illis Consultoribus & disputatoribus posse expectari, & spondet se illam oportuno tempore evulgaturum, quasi virgam censoriam elevans, monensque Molinistas se Molinam percussurum, si promissis deficiant.

4um. Est quod Molinistæ, præter lib. de rat. stud. suppressum, illius promissionis protulerunt indicia, vbi Molinam propriâ emendatione castigarunt, ex ejus Concordiâ in impressione Lugdunensi tollendo verba quæ habebat Augustino valde injuriosa. *Oportuit Molinam privatam & domesticam emendationem pati* (ait P. Baron lib. 4. apol. sect. 4. art. 3 §. 2.) *vt publicam & juridicam evitaret. Quæro à vobis* (ait idem ibid. sect. 1. art 3. §. 3.) *cur à posterioribus editionibus subtraxistis quæ in priori habentur verba quibus sanctè in Domino gloriatur, sibi inventam conciliandæ libertatis cum gratiâ, & præscientiâ Dei viam, Au-*

 gustino

gustino vel prorsus ignotam, aut confusissimè notam; quâ si usus fuisset, vel in promptu habuisset, non tot scandala à Pelagianorum, aut semipelagianorum casu, & disputationibus Ecclesia passa fuisset. Cur hæc Sancta gloriatio evanuit? Cur mutatâ pugnâ, rejecti aut contempti Patres ad auxilium modo vocantur? Cur ipsius Molinæ supercomprehensio, quâ unâ vult niti scientiam mediam, quasi insomnium explosa est? Cur abrogastis legem, quam vult per Christum & Patrem æternum constitutam, ut detur gratia supernaturalis sufficiens conanti ex viribus naturæ quantùm potest, sed sapientissimè privatâ Molinæ castigatione publicam occupastis?

5um. Est, quod Paulus V. noluerit adversarijs concedere vt de auxilijs scriberent, aut doctrinam Molinæ Commentarijs illustrarent. Ita habetur ex P. Gonet in præfatione ad tractatùm de gratiâ. *Francisci Suarez opus de auxilijs*, ait, *post iteratam prohibitionem editum est, & post negatam bis à summo Pont. Paulo V. facultatem, ab Eminent. Cardin. Burghesio nomine Authoris petitam, vt Montezino, Sylvius & alij referunt.* Et tandem decretum edidit an. 1612. vt refert Paulus Leon. p. 1. n. 13. quo inhibet libros imprimi de gratiæ auxilijs. Cum enim à suâ opinione non satis recederent adversarij, sed econtra jam plura in ejus favorem evulgarent, reor Paulum V. sic decrevisse ad redigendùm Molinistas ad dicti promissi meliorem impletionem: & vt hoc suaviùs fieret, decretum etiam Thomistas comprehendit, sc. vt causa semper appareret integra.

6um.

6um. Est, quòd R. P. Aquaviva Soc. Jesu præpositus Generalis anno seq. sc. 1613. videatur à Paulo V. arctiùs ad implendum dictum promissum compulsus, eoque vrgente edidisse, & toti Societati publicasse decretum, quo nostram sententiam videtur ei demandare, licet sub velamine aliquorum æquivocorum adjunctorum, estque hujus tenoris apud Tannerum 1. 2. disp. 6. q. 2. dub. 5. & apud Philal. n. 89. exceptâ vltimâ lineâ.

482. *Mandamus vt in tradendâ divinæ gratiæ efficacitate nostri eam opinionem sequantur sive in libris sive in lectionibus, ac publicis disputationibus, quæ à plerisque Societ. nostræ scriptoribus tradita, atque in Controversiâ de auxilijs divinæ, gratiæ coram summis Pontificibus piæ memoriæ Clem. 8. & S. D. N. Paulo 5. tanquam magis consentanea SS. Aug. & Th. gravissimorum Patrum judicio explicata & defensa est; Nostri in posterum omnino doceant inter eam gratiam, quæ effectum reipsâ habet, atque efficax dicitur, & eam quam sufficientem nominant, non tantùm discrimen esse in actu 2° quia vna ex vsu lib. arb. etiam cooperantē gratiam habet, vt effectum sortiatur, altera non: sed in ipso actu 1° quòd positâ scientiâ conditionalium ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissimè in nobis boni, de industriâ ipse ea media seligit, atque eo modo & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs vsurus si hæc inefficacia prævidisset. Quare semper moraliter, & in ratione beneficij plus aliquid in efficaci, quàm in sufficiente gratiâ etiam in actu 1°. contineri, atque hâc ra-*

tione efficere Deum vt reipsâ faciamus (ſeq. tacet philal.) *non tantùm quia dat gratiam quâ facere poſſimus : quod idem dicendum de perſeverantiâ, quæ proculdubio donum Dei eſt. Romæ* 14. *Decemb. anno* 1613.

Quod decretum, ſi cordatè penſetur, præcipit Ieſuitis vt gratiam prævenientem ex ſe efficacem doceant, licet æquivoca immiſceat, ne ſc. palam fieret eos ſtatim deſerere Molinam, & causâ cecidiſſe. Hæc autem duo ſic colligo.

1um. Quidem quia 1° gratia præveniens ex ſe efficax ea eſt quæ *à pleriſque Soc. Scriptoribus tradita eſt* vt ſup. cap. 2. patuit. 2° ea eſt quæ *in Controverſiâ de auxilijs coram Clem.* 8. *& Paulo* 5. *graviſſimorum Patrum* (ſc. Cenſorum) *iudicio, tanquam magis conſentanea Aug. & Th. explicata eſt, & defenſa.* vt ex dictis patet, & ſatis fatetur Annatùs diſp. 4. num. 20. & 22. & inauditum eſt quod gratia Molinæ, quam ipſemet fatetur Auguſt. contrariam, fuerit à Cenſoribus judicata Auguſt. conſentanea : legimus autem Clem. 8. in ipſis Congregationibus dixiſſe eam eſſe Aug. oppoſitam, imò & ſcripto ſuo talem exhibuiſſe. Legimus etiam PP. Societatis, ſeu totam Societatem faſſam in lib. de ratione ſtud. eam eſſe D. Thomæ contrariam ergo de eâ non poteſt intelligi illud decretum. 3°. Vult quòd doceant gratiam efficacem ex Dei propoſito efficaci, atque adeò vt venit à Deo, & quæ non emendicet ſuam vim à circumſtantijs loci temporis

poris &c. Sed talis non eſt gratia Moliniſtarum, ſed Thomiſtarum, ergo. Prob. mai dicit Deum ex efficaci propoſito efficiendi certiſſimè in nobis boni, ea media eligere de induſtriâ, atque eo modo & tempore conferre, quo vidit effectum infallibiliter habitura, *alijs vſurus ſi hæc inefficacia prævidiſſet.* Ex quo ſic arguo; ſtante illo efficaci decreto ſi Deus prævidiſſet priora auxilia non habitura effectum, alia elegiſſet ad illum infallibiliter habendum eo modo & tempore quo propoſuit, ſed illa poſteriora ſuam vim non haberent à circumſtantijs, quia eſſent, vt ſupponit, eædem circumſtantiæ, ergo. 4°. dicit quòd illâ gratiâ *Deus efficit vt reipsâ faciamus*, ſed gratia, quâ Deus facit vt faciamus debet eſſe prævia, & priùs facere nos agere, quàm agamus, cum cauſa ſit prior naturâ ſuo effectu, ergo.

483. Denique hic intellectus illius Decreti eſt adeo patens, vt Jeſuitæ ipſi ita intellexerint ſibi mandatum: ita vt poſtea tribus aut quatuor annis poſt mortem Pauli V. ſc. circa an. 1626. R. P. Vitelleſcus ſucceſſor Aquavivæ ab anno 1615. debuerit declaratione ſpeciali ſeriò & accumulatis teſtimonijs ſuadere Aquavivam non intendiſſe decernere vt docerent *Deum ſuâ voluntate prædeterminaſſe & prædefinijſſe aliquod opus noſtrum bonum independenter a cooperatione liberâ noſtræ voluntatis*; &c. Vide ſup. num. 79 illam Declarationem. Deſideraſſem autem ad majorem veritatis candorem, hanc declaratio-

nem fuiſſe maturatam, nec dilatam vſque poſt mortem Pauli V. ſicut etiam quæ apud Philal. num. 109. ſcribit Leſſius cupiviſſem ſcripta ante mortem Sixti V. à quo Leſſium reprehenſum fatetur Henriquez domeſticus teſtis. In ſimilibus enim ſecretis, ij ſoli, inter quos eſt ſecretum, poſſunt veritatem firmare aut contradicere. Nolim tamen, vt monui, hîc quidquam aſſerere, ſed ſolùm conijcere.

2um. Autem, ſc. quod aliqua æquivoca immiſceat, &c. patet cum dicit: *poſitâ ſcientiâ conditionalium* &c. Quibus verbis eum poſſet quis ſuſpicari loqui de ſcientiâ mediâ, cum tamen ſcientia conditionalium ſit nobis & Molinæ communis, cum hâc differentiâ, quod ipſe eam conſtituat ante decretum; nos poſt decretum. Similiter dum dicit, quòd auxilia conferat *eo modo & tempore, quo videt effectum habitura*: quæ etiam poſſunt intelligi in ſenſu Moliniſtico & Thomiſtico; in Thomiſtico quidem, ſi intelligatur vndequaque decretum præſuppoſitum & circa circumſtantias ipſas, & eventum ipſum. Similiter dum dicit gratiam efficacem eſſe ſemper moraliter ſaltem majorem in eo qui convertitur, &c. Iſta enim & poſſunt intelligi in ſenſu Molinę, & etiam intelliguntur in noſtro: ſi vnus ſit v. g. magis tentatus quam alter, ad illum efficaciter movendum non ſat eſt gratia eiuſdem intenſionis, quâ hic efficaciter moveretur. Hæc autem æquivoca (quæ explicuiſſet, ſi voluiſſet commendare Molinam, cum

nil

nil pro ipso ea determinet, & multa ad nostrum sensum ea trahant, vt patuit.) reliquit indeterminata ne statim à Molinâ recedere, & causâ cecidisse videretur. Sic ego conijcio.

Hinc autem habent Philal. & Annatus qualem provisoriam à Paulo V. obtinuerint, de quâ multum gloriabantur apud Phil. n. 119.

Hęc sunt, quę à me extorsit Philalethis invasio, ac totius Scholæ Thomisticæ moderata defensio; cujus canos denigrare, eamque antiquitate venerabilem ad juveniles nugas reducere Philalethes sibi promiserat. Verùm in suâ gravitate antiquâ stat immobilis, juvenilium & nascentium levitatum semper inimica; neque ei novas cunas potes effingere, nisi totam antiquitatem canam & decrepitam, novorum fætuum fascijs ridiculè volueris involuere; vt ex hactenus à me cum moderamine inculpatæ tutelæ Philal. repositis, reor manifestum. Gaudeo autem plurimùm Philalethem, dum libellum meum finiebam, ex Nominali factum realem veri amatorem, & generali à se adeò inconsideratè dictorum retractatione posteriori opusculo contra scientiam mediam scripto præmissâ & gloriosè editâ, resipuisse. Sic enim pacem invenio, vbi bellum putabam; & arma simul jungimus in vnitate spiritus, vbi dissidium verebar, & cui adversari mihi proposueram, præter spem auxilio sum, eique generalem retractationem edenti, ad omnium in particulari retractationem manum offero faxit

Deus

Deus vt ſuo exemplo oculos ijs, quorùm ſcriptis nimiâ credulitate eſt deceptus aperiat, & in vnitate ſpiritus toti Antiquitati conciliet. Tu autem amice Lector, ex hoc libello meo & Philal. exemplo diſce non citò credere adverſarijs, ne levis ſis corde; ſed ſpiritus diſcute, vt tibi veritas ſinceriùs innoteſcat. Ego autem omnia hoc in libello à me dicta Sanctæ Romanę Eccleſiæ & Superiorum judicio humiliter ſubmitto.



